4° Ph. U.
57

Digitized by Google

Phil. 2991

<36601982700010

<36601982700010

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Philos. Opera varia. 162.

40 Phil. 57

Digitized by Google

CORNELII GEMMAE
LOVANIENSIS MEDICINÆ PROFESSORIS,
DE ARTE CYCLOGNOMICA, TOMI III.

DOCTRINAM ORDINVM VNIVERSAM, VNAQVE PHIlosophiam Hippocratis, Platonis, Galeni & Aristotelis in vnius communissimæ, ac circularis Methodi speciem referentes, quæ per animorum triplices orbes ad sphæræ cælestis similitudinem fabricatos, non Medicinæ tantùm arcana pandit mysteria, sed & inueniendis, constituendisque artibus, ac scientiis cæteris viam compendiariam patefacit.



Ternus, ter triplices animus si compleat orbes,
Principio finem, Manibus astra ligat.

ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXIX.

Digitized by Google

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

MENTI RERVM ARCHITECTRICI,

DIVINI AMORIS ET PSYCHES HYMENEVM COR. GEMMA LOCO HYMNI MAGICI CONSECRAVIT.

ARMA ducísque suos veterum celeberrima vatum
Turba canens, aures, animos, atque ora potenti
Perculit appulsu: seu Saturni aurea pandat
Secula, seu sobolem argento, electroque decoram,
Seu rutila horrendum terris ferrugine Martem.
Maior me nunc, maior agit Deus, omnia latè
Et spolia, & currus, diuorúmque agmina secum
Corripiens; cuius simulatque afflauerit ignis,
Non ego vel venti vires, flammaque trisulcæ
Amplius, aut Bacchum, aut Cereris mirabor aristas:
Nec Iouis imperiis sæuo submissa tridenti
Regna canam, nec ditis opes Acheronte sub imo:
Sed tu magna opifex mundi, MENS ab Ioue summo
Progenita, innumeros mundi diffusa per artus:
Tu coniunx & amor magno immortalis AMORI
Naturam expedies, genus, atque minacia sponsi
Arma tui, quibus ille modis, quo semine primum
Terrarúmque, freticque chaos, æthraque liquentis
Informes habitus formosi in luminis orbem
Extuderit, nascique eadem, & nascentia duci
Circuitu dederit certo, & resoluta referri.
Conde caput tenebris procul (heu) procul accola diræ
Tysiphones, cui desidiæ glacialis ab vnda,
Et plusquàm Arctoo concrescens frigore sanguis
Obriguit, cui liuor inops, cui fastus, & atrox
Ambitio, primi sub limina pectoris omnem
Eripiunt oculis lucem, & talaria plantis

Amor ceu magnus dæmon Deorũ omnium potentissimus artis quoq; Cyclognomicæ primus inuentor.

Mens rerum architectrix Amoris coniunx, Psyche veteribus appellata.

In coniugio Amoris & Psyches comprehensa naturæ facies vniuersa.

Tres naturæ motus, Anal. Synth. conuersio.

Animarũ iustitatio antredi uinorũ Consyd.

Animarum descensus.

Aſcenſu prohibent, & ad inferiora reuellunt.

Animarum aſcenſus. *Iam noua terrarum facies, nouus ardet Eoo*
Lucifer, en video medium diſcedere cælum
Flammarúmque globos, nulloque eliſa fragore
Fulgora, ceu ſudo radios Aquilone mouerit.

Amoris diuini maieſtas. *Magnus* AMOR, *ſacra quem maieſtate verendum*
Sublimes ſtipant animæ, cœtúſque Deorum:
Magnus AMOR *triplici tria torta volumina ſpiræ*

Orbes diſcurſus Cyclognomici. *Inſinuans, vnum ex multis vomit orbibus orbem,*
Qui media extremis pariter liget, infima ſummis,
Partim habitu prono, partim reuoluta ſupino.

Effectus eiuſdem. *Tum ſubitò terram quatiens, pelagúmque, polúmque,*
Multiplicéſque vago iaculatus turbine tædas,
Anticipat celeri volutantia nubila curru.

Amor Amoris humanus animus. *Vnam te thalamo* PSYCHE, *te è millibus vnam*
Coniugio poſcens, O lucis lumen, AMORIS

Animi ſpecies. *Fortis amor, ſimplex auraï ſimplicis aura,*
Aura quidem ſimplex, ſed vires, nomina mille,
Æternóſque trahens æterna ab origine motus.

Dos Amoris mundi theatrum vniuerſum. *Huc ades ó formoſa, tui te ampliſſima ſponſi*
Regna vocant, pulchroque viro pulcherrima coniunx
Accipies pulchrum Mundi pro dote theatrum.

Pſyches & Cupidinis, id eſt Animæ atq; Amoris Hymenæus. *Pande ſinus formoſa thoro iam coniugis aureo,*
Flauentémque comam, & niueos proiecta lacertos,
Qualis ebur, Tyrium candens vbi tinxerit oſtrum,
Qualis in aërio Narciſſus vertice campi
Purpureos albo permiſcet flore colores.
Pande ſinus formoſa, tuus te expectat Apollo,
Ille tuus, ſplendore tuo, percuſſus & arcu,

Mentis diuinæ defluxus in animã rationalem. *Igne tuo flagrat, cuius violentior ignis*
Hactenus & Superûm vix vlli, hominúmque pepercit.
En tibi nunc animos ſupplex, tibi tela, manúſque
Porrigit, & pharetram, & luto venabula ferro

Saucius,

Digitized by Google

Saucius, in ſola te figens virgine vultus.
Vtque voles plenum felix agitata per orbem,
Nec teneros artus, habitum, florémque iuuentæ
Aut Boreas premat, aut hyberni frigora Cori,
Laxabit Zephyrum, blandi feret aura Fauonij,
Et rhœdam, & radios celeres, lapſusque rotarum
Subiiciet, virgam digitis, pennæque ſonantis
Remigium aptabit dorſo, & ſublimibus armis.
Pande ſinus formoſa, ſacro te ſemine ſponſus
Imbuet, æterno ſaturam te nectare Flora
Accipiens, ſummi Iouis in penetralia ducet;
Vnde Deum voces, hominúmque, & ſenſa ferarum,
Mille mali ſpecies aperit, medicamina mille,
Quæque trahunt ſupra cælos, infráque reducunt,
Quæque ſolent ſimilem cyclo ſortita figuram,
Et bona fermentare malo, & deformia pulchris,
Vnde maris vaſti, terræ, cælique decorem,
Et varias rerum poſſis cognoſcere cauſſas:
Mortalique in veſte opera immortalia præſtans,
Erga homines humana, Deos diuina, perennem
Circuitum peragas, quo te cæleſtibus ortam
Auſpiciis tuus & cælo regnare maritus,
Et ſuperis faciat paulatim aſſueſcere menſis.

Animæ raptus à Mente diuina vel cœleſti cupidine.

Animæ vehiculum alæ, & virga itineris dux.

Animæ rationalis ἀνάβασις.

Naturæ cognitio fructus Amoris & circuitus animarum. 3 Ordines Mundi.

Cauſſarum cognitio.

Finis vltimus ac rerum Bonum.

Digitized by Google

SERENISSIMO REGI PHILIPPO

CAROLI V. IMPER. FILIO,

CAETERISQVE CONSILII REGII PRINCIPIBVS viris, nec non totius inferioris Germaniæ triplici Statui, ceu circa Iouem in terris vnicum Diuorum cœtui vniuerso. S. P.

CRIPTVRVS VNIVERSALEM METHODI formam, quæ Medicinâ imprimis, deinde & artes, scientasq; cæteras, instar vnius sphæræ circa sphærarum innumeros orbes, omnem quoque rationalis animæ motum, intra vnius circularis ambitus speciem contineret; ita per vniuersi circulos suum agitatus, vt longè sublimiore carpento, quam quo vectum Promethea, vel Triptolemum ferunt, rerum singularum pugnas & similitudines, consensuum leges atq; dissensuum longè firmissimas animaduertens, easdem simul & vnitate senserim, & multitudine regi, agentium rerum ac passibilium sympathia prognatas caussarũ antipathia dissolui celeriter, interituſque viciſſitudinem experiri.

Proinde vt cum materie forma totius operis, iuxtaq; primi conceptus ideam, & partus ratio, & iam vitalis fœtus susceptio responderet; me quoque facturũ hic operępretium duxi, si quemadmodũ ille supremus Naturæ architectus Mundum hunc ambientẽ, atque sensibilem Mundo interiori, vel animæ rationali congruentẽ eidẽ propter analogiæ speciem dedicauit: Ego similiter fere hanc artem vnicam, vno suffultam stabili centro, pro ternis ordinibus rerum tres circulorum species continentẽ (quo virtus Animæ Naturæq́ue reducitur infinita) tali quoque in terris numini consecrarem, cui velut Monarchæ inuictiss. orbis hic pareat vniuersus, sitq́ue vna iustitiæ augustissima ratio, tres adsint radij, ęternis orbibus, æternæ felicitatis solio circumfusæ, Fortitudo, Prudentia, Téperantia, ceu circa Solem triplex errantium syderum status, circa Deorum patrem tres illæ charites primum, deinde & reliquus vertitur superorum omnium, mediorum, atque infimorum numinum chorus.

Talem ego contemplor nunc Maiestatem tuam, Serenissime Rex, diuinæ

Digitized by Google

diuinæ & volũtatis & poteſtatis imaginem, virtutum omniũ inter mortales, imperij ſacroſancti, tuendæque Reip. Chriſtianæ & Religionis exemplar admirandum.

Video & circumfuſos Procerum cetus, quorũ ordo diuinus mentem quoq; diuinã refert ſupernis ſedibus lapſam, inq; omnes terrarum (Regni tui) margines exporrectã. Ordo enim incõcuſſus & boni, & veri, pulchriq; eſt index lõgè certiſſimus: vt de præſagio ſuo diuinus Hippocr. in epiſtola quadã ad Philopœmenẽ abundè teſtatur.

Verè mihi & illud videre videor, quod multis in locis lib. de cæleſti deq; Eccleſiaſtica Hierarchia ſummus philoſophus demõſtrauit, quod vti interioris animæ ſint quædã corporeæ notæ, rerumq; ſenſibus occultarũ foris paſsim appareat ſenſibile ſimulachrum, ita cæleſtem illã Hierarchiã non ſolum hæc mundi viſibilis machina, ſed & homines ſinguli, atque vna ex multis conflata reſpublica repræſentet. Ita æternã Chriſti Eccleſiam terrenis oculis longè lateq; ſemotam refert in terris alter diuinus exercitus partem corpoream trahens, quæ tamẽ cum priore illa ſic coaleſcit, vt non minus quàm anima cum humano corpore vnam conſtituit humani ſpeciem animalis, hæc quoque præſens in terris cum illa ſuperna, minuſq; conſpicua intra vnitatis vnius & indiuiduæ rationem ſit comprehenſa. Quemadmodũ rurſus idem B. Dionyſius in cælis angelorum cõſtituit ordines nouem, qui rurſus in ternariũ redeunt, & hinc in vnitatẽ (qualis profecto partitionis regula in recenſendis demonũ claſſibus Æthnicæ quoque philoſophiæ principibus viris Iamblico, & Mercurio imprimis eſt familiaris:) Ita me hercule contemplor hunc cetum in terris longè pulcherrimũ, cuius caput incorporeũ Deus, Spiritale magis & ſummus pontifex, corporeum Rex, quo nemo ad regis æterni ſimulacrum propius venit. Diducti patẽt hinc ordines trini, in tres particulares alios diſtributi. Habitant autem hanc regionem (vt verbis Hipp. vtar in epiſtola) & artes, & virtutes omnis „ generis, & dij, & dæmones, ſenatus, conſilia, polus quoq; maximus, „ ſtellis inſignioribus coronatus. Vt iuxta diſtributionem Philonis lib. de Gigantibus primus ordo ſit ſummi illius concilij pars ſublimior ſacræ religionis antiſtites comprehendens, tanquam in vni-

uerſo

uerſo Angelicę claſſes, tanquam in humana fabrica caput, in anima diuinę mentis particula. Succedit iſti ſublimis alter nobiliũ cœtus, ducum, comitum, aliorumq́ue virorũ Principum mirabilis fulgor, armis, conſiliis Remp. Chriſtianam iuuans, qualis heroum ordo inter exercitus vniuerſi, cordis in humano corpore, vitalis animæ vis, aut ſpiritus inter illius cæteras poteſtates. Poſtremus ordo diuinus quoq;, quamuis pro loci, & rerum particularium multiplici vultu maiorem in multitudinem effundatur, ciuitatum reges, & conſules habet, duces & Senatores, quorum ea ad cæteros comparatio eſt & locus in vniuerſo, qũi & dęmonibus bonis in illo circuitu animarũ; in corporibus hepati; inter animæ vires atque ſpirituum, potentiæ naturali. Sunt rurſus in ſingulis, vt per naturæ reliquã ditionę gradus inferni, medij, ſupremi: ſed horum omniũ vna quædam conſenſio, vna virtus, & pulchritudo ad ſalutem regni totius, Regis inuicti gloriam, integritatemq́ue proſpiciens. Quò ſanè ſpectare & iſtud augurium puto, Georg. IIII.

Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circumſtant fremitu denſo, ſtipantq́ue frequentes,
Et ſæpè attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramq́ue petunt per vulnera mortem.

Vos igitur magnanimi Principes cum auguſtiſſimo Rege, velut Naturæ totius optimum ſimulachrũ, velut vnũ ex particulis pluribus conflatum corpus appello, vt eodẽ numine quo penè labentẽ hanc orbis machinã ſumma hac ſeculi calamitate ſuſtinuiſtis, noſtros labores pluſquam Herculeos adiuuetis: Opus hoc noſtrum, quod ſeſe ad orbis immẽſi ſpeciem rapit, ſuſceptum patrocinio veſtro ſit in accepti beneficij monumentũ, quò famã noſtrã inter contentionis publicæ tempeſtates, ab inuidorũ hominum rabie, morſu, mędacio & calumnia liberaſtis: vt idem pulchritudine veſtra videri pulchrius poſsit, veſtræ vnitatis imagine contra maleuolorum (ſunt hodie plurimi) peſtilens virus, & vires & robur accipiat. Veſtra denique prudentia & virtutum circulis abſolutis, ſeſe ab interitu vindicet, æternitatiſq́ue ſpeciem conſequatur.

Digitized by Google

ARTIS CYCLOGNOMICAE

TOMVS I. DOCTRINÆ TOTIVS CONSTITVTIONEM EXHIBENS, IVXTA NORMAM DISCVRSVS TRIPLICIS AB INTELLECTV PARTIM ET SENSV, PARTIM A RATIONE PROFLVENTIS.

B IOVE PRINCIPIVM MVSÆ, Iouis omnia plena, vt rectè diuinus cecinit Maro. Illũ ego cum Poëta opt. max. vt nostrã hanc animet foueatq́ sibi cõcentricam sphæram, illũ supplex ante omnia dominumq́ patremq́ compello Iouem, cuius solius nutu hic orbis immensus excubat, cuius viuifico spiritu velut anima, Naturæ per partes indita miscẽtur, viuũt, germinant vniuersa; è cuius immenso sinu, diuina ratio, diuinumq́ verbum, instar torrentis fluuij è summo in pronum præcipiti cursu cõcitati cunctis illabitur, cuncta permeat, totamq́ infusa per artus Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

Operis diductio ab opificis summi similitudine.

Ex illa etenim patris aterna potestate, verbiq́ sapientia postquam ardentissimi spiritus amor, siue voluntas vniuersa fundens & copulans, velut ab Analysi in Synthesim mundi plenus irrupit, hæc primo rerum concretio ac dissipatio, Anaxagoræ sub naturæ vocabulo intellecta prouenit: ac sanè quemadmodum in cæteris omnibus non solum ipsius artificis sed & maioris mundi similitudinem hic minor vbique repræsentat, hos ipsos etiã cõmunioris naturæ geminos motus vna cum eorundẽ plenis cõuersionibus humanus animus pro rerũ inuẽtione atque iudicio, admiratione primùm, studio deinceps assiduo, amore, propositiq́ exemplaris imitatione aliqua tenus est assecutus.

Cõmunioris naturæ tres simplicissimi motus.

Digitized by Google

Mundorum omniū in ordinis characterismo cōsensus cōmuniſſimus.

Primum etenim ex abditiſſimo Naturæ opificis intellectu, rebus ſingulis ſuæ creationis ordo velut quidam diuinitatis character inoleuit; illum acceptum hauſtu puriore mentes angelicæ in mundum externum hunc atque ſenſibilē, eiuſque partes ſingulas penes officij neceſſitudinem tradiderunt. Vnde & in motu maioris mundi per ortus atque occaſus, acceſſus receſſusq́ varios, agitationis illius triplicis imago perſpicua protinus eluceſcit. Secutus eſt hanc & μικρόκοσμος homo, in anima ſimul et corpore paſſim conſimiles impetus, anfractusq́ viarū analogos ad amuſim deprehendens. Quare & paulatim cùm alij ad ſcientiā magis, alij ad actionis felicitatē cōferre plurimū vellēt iuxta Naturæ pan-

Reſolutio cō muniſſima.

tomorphæ arcanam ſimilitudinē, artes quidē particulares plurimas ante omnia meditabantur: verùm quia ſingulorum modos effectuumq́ minus communiū rationes in vniuerſali cuiuſdam alterius gremio cōprehendi viderant ſcandētes altius paulo, rudes paulatim artium typos ex obſeruatione primum, deinde & epilogiſmo protulerunt. At cùm neq́ in hiſce concluſionum perpetuus vigor neque ſtabilitas vlla ſufficeret, rationem ilicet vnà cum intellectu in conſilium aduocarunt. Hinc primum diſciplinæ natæ ſunt communiores Rationalis ſcilicet & Metaphyſica,

Ex reſolutione cōmuniſſima neceſſitas verę Dialecticæ, artiſq́ Cyclognomicę demonſtratur.

quarū cōpoſitio vnà cum rerum naturaliū ſpectaculis à ſenſu primum atque imaginatione deſumptis ſcientiā alterā longè cōmuniſſimam fecit, vera Dialectica nomine cōprehenſam, artiū cæterarum & facultatum ſponſam indiuiduā: cuius quiſquis firmū

Præcipua vis huius inſtituti in vinculo ſiue cōiugio per Methodum Cyclognomicen Dialecticę ve lut ſponſæ cū artibus ac facultatibus cęteris.

coniugiū volet non cum arte duntaxat Medica, ſed et particulari quouis cognitionis habitu, hic rurſus ad quandā mediā ſeſe recipiat planè eſt neceſſariū, oportet enim extrema connecti vinculo quodā iſtiuſmodi quod cum extremorū vtroque ſocietatem perpetuā gerat. Tale quiddā eſt hoc inuentū Artis Cyclognomicæ, auguſtius multò quàm vel ipſa aliarū cōiunx Dialectica,

vel

Digitized by Google

vel habituum differentiæ cæteræ, quæ per Dialecticam sint explorandæ. At neque istius vniuersam gloriã ab ipso vestibulo spectandam protinus exhibere operæpretium duxi; tum quòd illius ambitum, ac latè exporrectam ditionem nemo perlustret facilè, nisi ingressus altius vel ad vsque penetralia mentem direxerit suam: tum quòd eiusdem fulgor atque infanda acies sic omnes perstringat animi neruos, omnémque exuperet dicendi facultatem, robur, & copiam, vt nullum sit adeo fecundum ingẽnij flumen, nulla tam studiosè affectata oratio, quæ veræ laudis huiusmodi aut speciem aut magnitudinem cõprehendat. Præstat hanc igitur nõ tam longè quæsitis encomiis persequi, quàm (quod fieri in Ægyptiorum mysteriis solet) solo silentio numinis instar venerari, contenti scilicet vsus istius imagine quadã rudiuscula, dũ sese Silenus hic prorsus aperiat, radioq; diuinitatis repentino cuncta perfundat. Quandoquidem verò negotium penè sit inauditum, et adhuc recenti inuẽtione calidum fumẽt, ne nimis longè petitis principiis rem parum frugiferam vestigasse videar, idcirco præter plurimorum vsitatam in docendo viam doctrinæ scopum & diagramma vniuersum malui statim in limine ante oculos & ora omnium constituere, non iuxta plenæ syntheseos ritum quo tradi primum discentibus debet, verùm ordine prorsus resolutorio. Cuius vnius ope filoq; certissimo gratulor mihi repertam sedem tanti numinis, maiestatis lucis & gloriæ, etsi me hercule per anfractus arduos, per sudores inexhaustos, per saxa & præcipitia, per labyrinthos inextricabiles. Cur enim mihi nõ gratuler ea iam facultate prodita quæ cunctis scientiis potior, cultis antiquior, cunctis ductricem manum per auia submiistrat, quæ nõ superbit vnius artis freta molimine, strictisq; paucarũ marginibus exporrecta, sed naturalem facultatem occupans Rationalem & Metaphysicam cum arte quauis atque scientia totius

Breue huius artis encomium.

Cur prius doctrinæ schema analyticũ ante oculos constituerit.

Vtilitates Methodi Cyclognomicæ.

philoſophiæ coniugium meditatur artificio prorſus admirabili, per doctrinam ſcilicet ordinum, circulosq́, methodicos ad naturæ exemplar fabricatos, quorum adminiculo nō tantum inueniendæ tradendæq́, rei medicæ methodus vniuerſa comparetur, ſed & artes qualibet ſiue ſcientiæ, omnésque rerum abditiſſimarum rationes à natura ſumptis exordiis per varios aſcenſus deſcenſusque & circuitus animorum tradi ac veſtigari poſſint, bonum hoc tam præclarū, tam ſuaue, tam latè patens celare poſteros nolui. Quamuis enim illius ſeminaria pleraq́, reperias in veterum philoſophorum monumentis, Galeni potiſſimum atque Hippocratis, Platonis & Ariſtotelis, in artem tamen iſtiuſmodi redigere nemo ante nos vel ſomniauit quidem. Nec eſt quod dictū hoc quiſquam arrogantius putet ſcio de methodis tractaſſe Galenum, ac multo fuſius Galeni interpretes, vel vſq, ad nauſeam ſcilicet. Scio & inſtrumentorum omnium conſtare apud Dialecticos expeditam rationem, ſcio deniq, eſſe & apud Neotericos Methodorum infinitum numerū, cùm iſti quibus id nomē ſemper in ore verſatur, vel actum ſapius agant, viam à veteribus rectè ſignatam inſyrtes magis & ſaxa trahentes, vel partem duntaxat negotij pro toto venditent, vel (quod longè turpius eſt) congeſtam farraginem ex ſentētiis alienis ſub Methodi nomine comprehendant, diſpendia verius bonarū artium, quàm vera compendia. Eiuſmodi medicinæ methodos hodie in triuiis inſtar holerum ſuccreſcentes paſſim reperias. At nos de illa loquimur generali methodo actionum quarumcunque ſignificatrice, conſtitutrice artium ac ſcientiarum omnium, particulares illas methodos, velut partes potius integrantes vnius doctrinæ habitu ac maieſtate complexa. Huic ego orarim vel à Ioue ſummo non infimam in cæleſti zodiaco ſedem, pro huius inuento litandam victimam Deo ſtruendas aras, noua tēpla dedicanda.

Doctrinę Cyclognomicæ ſeminaria qui dem à veteribus tradita à nobis primū in artem eſſe redacta.

Quantū neoterici aburantur nomine Methodi.

Quænam ſit nobis Methodi appellatio.

At

At iam in rei laudem vel inuitus transferor, possentq; plurimi ante rei gustum merito fortasis illud cum Poëta dicere: Parturient montes, nascetur ridiculus Mus. Malo itaque statim ab ipsis finibus auspicari, à rebus sensui manifestis, donec cautes & scopulos circumuectis ex improuiso pulcherrimus sese philosophandi campus aperiat, in quo non tantum huius medicinæ, sed & artium quarumcunque & scientiarum principia vel sole clarius elucescent.

Artis meæ summariam formam ipsa nonnihil præceptionum multitudine exemplorũ & partitionum varietate distractam, nullo commodius typo illorũ aspectui possum subiicere, qui rerũ argumenta lubentius doctrinarũ lacinioſis periodis latéque diffusa paraphraſi proſequũtur: quàm ſi ad orbis circumfusi externam ſimilitudinem: Solem illos & Lunam, vnà cum ſtipatricibus ſtellis, ſtellarum circulis, circulorum partibus, contentis & animalibus, in vniuerſa Methodo in artium & ſcięt̃iarum omnium Encyclopedia iubeam contemplari, omnemq; intendere mentis aciem, vt ambientis mundi ſingulas formas, conuerſiones atque connexus mutuos, cauſarum omnium & effectuum neceſſitudines, in hominem transferat, ex anima, ſpiritúq; & corpore conſtitutum. Primò quidem vim omnem ex mente opifice in opus productum, ex vno Archetypo in vultus ordine poſteriores, ex parte intelligibili in ſpiritalem atque corpoream trahat, ex mundo maiore in μικρόκοσμον hominem, ex homine in hominum ſocietates, ſiue cõnexus (quos Reipublicæ vel ciuitatis nomine poſſumus appellare) in ciuitatum gubernandarũ leges, in artium denique & ſcientiarum κάθαρσεις, in rerum omnium agendarũ, vel cognoſcendarũ rationes. Atqui vt magnum hoc primæ philoſophiæ myſterium paucis expediam, cogita primò id eſſe ſolem inter cæleſtia, quod rebus infuſum ſingulis naturæ

Operis totius argumẽtum.

Comparatio Methodici ſyntagmatis cum vniuerſo.

Imaginũ & exẽplarium mutua neceſſitudo in arte Methodica.

Solem quid referat in Methodo conſtituẽda.

Digitized by Google

exemplar abſolutiſſimum Deus; ſua videlicet mente, luce, virtute infinita totum hoc ſyntagma penetrans, regens atque perficiens. Planeta qui ſubter ſupráque Solem ſeſe circumagunt, velut particulares intelligentiæ, vniuerſalem opificis rationem (iuxta Platonis placitum in Timæo) ad architecturæ inferioris ſpeciem multiplicem trahunt, ideoq; ceu tutelares diÿ vel ſuccenturiati præſides nominantur. Luna his omnibus paulo inferior, induta naturæ faciem vtriuſque, mutabilis ſimul & immutabilis, optimè humanos animos alligatos ſedi corporeæ repræſentat, vires quidē et lumen à Sole primum concipiens, deinde & à planetis reliquis per aſcenſum: facta rurſus digreßione eaſdē parturiens, & reflectens in orbem hunc infimum ſublunarem: qui meritò cum ciuitate optimè conſtituta, etiam cum artium & ſcientiarum œconomia per diuinam Methodum dirigenda pulcherrimè comparatur.

Planetas quid referat.

Luna mentí humanæ in diſcurſu Methodico comparatur.

Aſcenſus, deſcenſus, & peripheriæ ratio ab vniuerſi ſimilit. ad Methodi cõſtit. tranſlata.

Itaque vt in Sole omnium principe certa eſt & intellectus, & voluntatis, & poteſtatis ſymphonia per exactiſſimam vnionem, ſed horum principiorum ratio magis, magisq; diuiſa in planetarum ſingulis: magis multo in orbe lunari, omnium maximè propter materiei infinitudinem & diſſolutionem, in his quæ Lunæ & ætheri ſubiiciuntur: ita quoque de Methodorum exēplari primo ad poſteriores ideas, ideārumq; poſtremas imagines comparato ſecūdum analogiam Hippocrati celebrem libro de Locis, item Platoni & Anaxagoræ, ſtatuere non inconueniens arbitramur. Eſt enim in animis noſtris ad normam mentium ſupernarum, ſicut & in Luna ad ritum orbium ſuperiorū aſcenſus, deſcenſusq; & conuerſionis perpetua ratio, ſecundum vel intellectus & cognitionis ſcalam, vel voluntatis & appetitus, vel actionis denique & poteſtatis, quam quidem à ſublimioribus hauſtam in inferiora tranſmittit, ſic vt illorum motuum orbitæ

Quid libet in quolibet.

in

in ſupernis quidem ad modum ſigilli potiſſimum & penes agendi conditionem magis exiſtant, in inferioribus contra paſſibili modo ad normam imaginum expreſſarum, in mente humana velut medio ſpeculo, qui characteriſmum ſanè ab alio ſit ſuſcepturus, eundem denuo in inferiores ordines tranſmiſſurus.

Mentis humanę conuerſiones ad Archetypũ vniuerſi.

Sicut igitur Luna per ſuos acceſſus ad Solem multo plus luminis in ſeipſam recipit ac virtutis, iuxta angulorum magnitudinem variè commutatam, minus verò reflectit in terras; ſed per digreſſus iterum creſcente pariter reflexionis angulo, uſque ad oppoſitionem terras quidem magis illuſtrat; paulatim tamen illi minuitur à Sole conceptum lumen: ita & mens humana ſi motum ab intellectu conſideres, per aſcenſum quidem ab effectis ad cauſas, à ſingularibus ad vniuerſalia, propior iam diuinis ad inuentionem rerúmque conceptum fit multo habitior, per deſcenſum verò ad traditiones & conſtitutiones earundem: per plenos autem circuitus exactum iudicium vtrimque protenſum, & ſibi triplex à natura delegatum munus abſoluit paucis ab Hipp. comprehenſum lib. diuino penitus, quem περὶ ἑαυτῆς inſcripſit: vbi poſtquam ſecerni ſingula in generatione mundi & commiſceri denuo tradidit, donec harmoniam ſint conſecuti per ſymphonias tres comprehenſim in ſingula penetrantes, ſic vt acutis & grauibus media conſonent, & infimis quibusque per proportionem ſumma conſentiant, huius quidem inconcuſſa muſica cauſam in aqua & ignis mutuo temperamento viſus eſt collocaſſe, tandem in hac verba prorumpens: Ignis quæ in cor- „ *pore ſicut omnia ad vniuerſi ſimilitudinem exornauit parua* „ *cum magnis et magna cum paruis. Paulo poſt ſpiritum addens* „ *vtriusque vinculum de ipſo ſic loquitur: Et alia quidem* „

Motus ab intellectu.

Hipp. preclara ſententia Methodi exẽplar vniuerſum in ſe cõplexa.

conſu-

Ignis circuitus triplex.

consumens, alia verò adaugens, aquæ tenuis & ignis dispersionem facit, insuperque non obscuri et apparentis secretionem à compacto, in quo delata omnia in apertum proueniunt, singula iuxta destinatum fatum: In hoc verò triplices circuitus ignis fecit, inter se mutuo intus & foras terminantes, alios quidem ad cauitatem humorum Lunæ facultate; alios verò ad externam circumferentiam, ad ambientē soliditatem astrorum facultate: medij verò & ad intro & foras terminantes, calidissimum ac fortissimum ignem habent, qui sanè omnibus dominatur, omnia gubernans secundum naturam sine strepitu, in quo Anima, Mens, Prudentia, Augmentum, Imminutio, Permutatio, Somnus, Vigilia. His sanè circuitus triplices potissimum in rerum externarum generatione conspicui, ab anima mundi per spiritum procedentem in mundi corpus vniuersum, in mentis humanæ discursus tandem, in artificiosam Methodum & methodicè constitutas scientias dimanarunt. Quin si præter intellectus reciprocos orbes, motū quoque vel appetitus vel voluntatis obserues, similiter animus cōtemplationi deditus à rebus abstrahitur sensibilibus; in sensuum lenocinia se demergens, à rerum diuinarum cogitatione decidit, & subinde quidem longissimè fluens in vmbram interpositæ terræ, tota & luminis, & virtutum suarū Eclypsim patitur. Soli verò sese vniens exactissimè, ipsa quidem eodem fruitur maximè vires concipiens longe plenissimas, sed terris diram ferruginem referens, & Solis splendorem paulisper absondens, maximarū deinceps mutationum conuersionumque causa existit.

Motus animi à voluntate & appetitu.

Eclypsis mētis humanæ.

Quemadmodum rursus ad Solis arbitrium Planetæ ceteri conuertuntur, Luna verò tum Phœbi sui, tum aliorū satellitum motus obseruat, à singulis quoque virtutis & luminis per aspectus varios diuersitatem quandā arripiens: Ita & animus noster

Diuersi aspectus mentis humanæ.

ſter ſurſum, deorſum, in orbem mobilis ad ſpeciem pulcherrimi exemplaris particulares circulos quibus inſiſtat, ex vniuerſi ambitu trahit, ad quorum rurſus ſimilitudinem cuncta corripiat quæ ditioni illius proximè ſubſternuntur, vt ſunt ratiocinatrici menti artes, ſcientiæ & rerum abditarum quæſtiones, quemadmodum ad ſpeciem motus Lunaris in circulis excentrico, deferente, epicyclo, mouentur hæc elementa orbis inferioris, laxatur corporum humiditas atque contrahitur, maria in longitudinem ac latitudinem fluunt & reſluunt, & in altitudinem depreſſæ, ab æſtuante ſpiritu denuo attolluntur.

Cõuerſiones Lunæ & mentis humanæ ad normam ſuperiorum.

Cõuerſiones infimarũ rerũ ad normã Lunę ſuperioris.

Sit itaque motus in elementis hiſce conſpicuis velut Methodi artificialis ab hominibus cõſtituendæ certiſſima lex & character indelebilis, cuius exemplar proximum in Luna hac noſtra, in humanis animis per certiores paulo, magisq́, & vniuerſales, & conſtantes circuitus definitur. Omnium verò anteſignana ſpecies in illa cæleſti reuolutione depicta, Solem quidem velut rationalis ordinis fontem, naturamq́, communiſſimã per omnia commeabilem optimè repræſentat. Cælum autem ſtellarũ fixarum, intellectus ſtabilem vim, ordinemq́, rerũ analogicum à ſupernis notionibus influentem. Planetæ reliqui ſeriem rerum phyſicam magis, ſecundum idem genus communiſſimum omnia referẽtes, quæ nobis ad vim imaginatricem præ cæteris ordinum ſpeciebus opportuna dicetur.

Methodi totius conſtitutio cũ vniuerſi circuitu comparatur.

Ordo Rationalis.

Ordo Intellectualis.

Ordo Imaginatricis facul.

Primum itaque de Methodo exẽplari quæ cunctis antiquior in vniuerſo natura deliuit ſinu, libro peculiari à nobis eſt exarandum. Secundo libro de cauſſis eiuſdem propioribus, de circulis Animæ rationalis ad conſtitutionem Methodi altius pertinentibus diſſeretur: Cuius Ideam ſequetur protinus vniuerſalis & abſoluta Methodi forma, tertiã operis totius partẽ occupatura, qua facultates artium & ſcientiarum omnium inueniri probè,

Primi libri inſtitutum.

Secundi.

Tertij.

Digitized by Google

vt ante promiſimus, conſtitui & indicari poſſint: cuius ſanè inſcriptio, multis nominibus reddi poteſt, ſi quis fortè vel frõtis intuitu, vel titulorum externis ſplendoribus capiatur. Habet enim hoc opus Philoſophiæ omnium primæ ſyntaxim pro noſtris viribus hodie & pro ratione temporis accuratam, qualis nimirum inter fortunæ publicas priuatasq́, tempeſtates conſtrui poteſt. Habes totius Phyſicæ, Metaphyſicæ, & Logicæ complexũ admirabilem, qui Medicinam præcipuè, deinde & facultates artesq́, cæteras per vniuerſalẽ Methodum cum illa Philoſophia triplici componat atque conglutinet. Habes fœcundiſſimum omnis ferè peritiæ, prudentiæ ſapientiæque ſeminarium, ex multis riuulis in vnum Oceanum refluis. quæ quidem mihi non ita deberi volo, vt omnium fontes non intelligam primos Hipp. Platonem, Gal. & Ariſtotelem, quorum diſperſas ſententias in artis dumtaxat vnius Methodicæ formam coaptare conati ſumus, vt ille quondam Æſculapius, diſcerpta Hippolyti membra componens, vitam naturæ opificis imitatione reſtituit, ad quam nos ſedulo collimantes,

Breue totius operis argumentum.

Doctrinę Methodicæ fontes 4.

TE MENS *ſtellarum numero caliſq́, locamus:*
Centrum & apex Deus his, area mundus erit.

TOMI

TOMI PRIORIS,

PARS I.

CATHOLICÆ METHODI SIVE TOTIVS ARTIS CYCLOGNOMICAE CONSTITVTIONEM EXHIBENS.

CAPVT I.

De Artis huius principiis προλεγομενῶν loco pauca præmittit.

HOMO DIVINVM ANIMAL, NATVRÆ IVXTA mortalis & immortalis confinium, ceu sola cælestis planta in terris est constituta, cuius radicem conditor hisce infernis sedibus vinxit, comam verò atque perpetuò frondentẽ verticem supra anni & Solis viam, supra cæli extremam circumferentiam ad nunquam interituros ambitus religauit. Quare huic tanquã suæ maiestatis simulachro longè pulcherrimo & mundum, & quæ in mundo sunt singula, tum ad vitam, tum ad bene viuendum contulit; quorum illud, ad fruitionem paratarum rerum vbertas perficit; alterum istuc naturæ & vniuersitatis contemplatio, qua quidem perculsa mens veternosæ moli repudium mittit, amorẽ simul, & desiderium scientiæ rerum istiusmodi concipit. Vnde licet antè mortalis homo ex ipso descensu atque terreni corporis indumẽto, licèt ęger, sentus, squalidus, licet in sensibilium spectrorum gurgite penè demersus, per ascensum denuo caput attollit, paulatimque à fæce turbida repurgatus velut ex Cimmeriorũ regione in clarissimam ætheris lucem immigrat, tandemque & cæli fornicem penetrans, iam ab ærumnis atque cupiditatibus liber, immortalitatem ipsam ceu postliminio recipit, ibique cum diis & deorum filiis pernoctando, veritatis verè (cuius nunc tantum per vmbram reminiscitur) idæam viuam assiduè contemplatur.

Homo ceu finis eorum omnium quæ ab opifice summo sint instituta.

In homine creato particulares fines duo, vita scilicet, vitaque fœlicitas.

Finis vtriusque vlterior resolutio.

Philosophica cõtẽplationis vis.

Constat igitur hominem ex tribus velut in vnum coagmentari, anima nimirum, spiritu, corpore; quarum cuique partium sua rursus natura particularis existit, sua virtus & ἐνεργεῖα, sua denique quodammodo propria perfectionis ratio. Dispersis, inquã, his omnibus iuxta conceptus animi nostri iam multiplicis, re tamen ipsa in indiuiduum quoddam centrum æterno flumine concurrentibus.

Hominẽ ex tribus consistere.

Animi natura (vt tantum his obiter viam sternamus ad sequentium enarrationem, donec de artis nostræ principiis disserendi fusius alter sese offerat ex professo locus) in hoc potissimum sita est: vt corpus gubernet intercedente spiritu, per corpus verò mundi huius sensibilis administrationem subiens, cunctorũ & rex & Deus velut tutelaris existat. Corpus hoc animæ loco domicilij

1 *Partiũ singularũ triũ vlterior Resolutio*

Animæ.

2 *Corporis.*

Digitized by Google

datum est, vt instar fomitis ignem violenter extra natiuam sedem continentis, illam quoque patriis quondam cunabulis vulsam huic prouinciæ ad præscriptum æui curriculum obligaret. Verùm quia id crassum & lubricum corpus maximè cum æternitate animi pugnet, nec duo extrema inter se dissidentia modis omnibus in vnam naturam facilè coalescant, accessit medio spiritus essentia indolis vtriusque consors, vniuersæ syngamiæ nodus indissolubilis.

Spiritus. 3

Singularum nexus obiter & sympatheia.

Rursus ille auræ simplicis vigor apparet vt actus quidam immortalis à Deo atque intellectu communiore dependẽs, sursum deorsum means, quandoque in se reflexa, agens interim per spiritum in corpus, per vtrunq; verò in alia quæ sint extra corpus constituta. Spiritus autem in animæ arbitrio positus, etsi animæ sit instrumentum proximum, eiusdem participatione per corpus sese agendo versus exteriora protendit. At corporis moles rei passibili cognata maximè, suapte quidem natura ignaua & excors actionem foras effundit per spiritum & animã, velut effectricibus caussis ad nutum accliue substerniculum.

Naturam rerum quarũcunq; similiter & naturæ fines ex vnitate in multitudinem fluere, ex hac vicissim in vnionẽ reuocari.

Finis vnius & simplicissimi nimirum summi boni propositionẽ omnibus naturæ insitam esse.

Finis vnius itinera lõgè diuersissima.

Quare sicut & natura reipsa est vnica ex animorum digressu diuersaq́ue relatione distincta, similiter & scopi illius vniuersim conceptus varia successione vt plures occurrunt, sic tamen vt in vnam essentiam, veram perfectionem scilicet solidamq́ue in summi boni vnione positam felicitatem referantur. Hinc & hominum generi fomes à Deo est insitus, qui boni pulchriq́ue expectationem enutriat, cuius tamen inuentio non minus sit abdita quàm Moly illius Homerici, cui, teste eodem poëta, *Nigra subest radix, lactisq́ue albedine flos est*; fitq́ue ideo vt inter sese prope dissentiant omnes, tametsi cunctos exerceat communis Amor & desiderium Boni, ad cuius cõsecutionem tam multis variisq́ue itineribus passim contenditur, vt propter opinionum negotiorumq́ue diuersitatem aliis quidem secundo spiritu, aliis aduerso fluctuãtibus circa falsissimas vmbras personatas sub imagine veri, nunquam idem fatum paremq́; fortunam sortiantur. Atqui cùm velut in tenebris thesaurum quiuis reconditum quærat, innumeræ nobis malorum species & calamitatũ germinant, propter solam beatitudinis spem intercedente per ignorantiam deceptione.

Omnis error ad consecutionẽ finis in viarũ ignorantia collocatur.

Itaque turbulenta hæc primum affectio mortalium animos in diuersa concitauit, cælum, terras, ac mare permiscuit, cogi conciones voluit, induci iudicia, compleri carceres.

hic ferrea iura,
Insanumq́ue forum, & populi tabularia tractat.
Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntque
In ferrum, penetrant aulas & limina regum.
Hic petit excidiis vrbem miserosq́ue penates,
Vt gemma bibat, & Serrano dormiat ostro.
Condit opes alius, defossoq́ue incubat auro.
Hic stupet attonitus rostris. &c.

Verùm posteaquam ex vnitate naturæ & finium, lapsi in multitudinem sumus; dico illius simplicissimi scopi, prima quædam constituenda capita duo, ipsum

Digitized by Google

ipſum eſſe ſcilicet, & bene eſſe; quorum eſſentia quidem in naturæ ſolius arbitrio ſita eſt: bene eſſe tum à natura, tum à nobiſmetipſis proficiſcitur. Quare omiſſis illis quæ non vſqueadeò in manu mortalium ſunt; vniuerſim hoc eſſe bene in particulares alios fines ſic ſubdiuiſimus, quorum natura prior ſit ipſa cognitio, dignitate tamen executio præſtet, quam & operationem appelles licet. Cognitio magis ad arcem totius animæ ſpectat: Executio ad corpus vniuerſum, verùm & cognitionem ſibi præuiam poſtulat. Cognitio præſentium partim, partim præteritorum ac futurorũ æſtimatur: Operatio demum, ſi deinceps progredi voles, in orationẽ ſeſe diffundit, actionem atque effectionem: de quibus ſingulis diſtinctius alibi cùm vſuuenerit loquar.

Eſſe et bene eſſe fines naturæ primi, quorũ bene eſſe magis in noſtro arbitrio poſitum eſt.

Finium ſimpliciſſimorũ analyſis ulterior.

Iam quia ad ſpem felicitatis per operationẽ aut cognitionem maximè prouchamur, neceſſe fuit, ſcopos hoſce poſteriores, ad priorem alterum cauſſæ atque principij rationem obtinere: quo ſanè adepto, futurum cogitemus, vt effectum illum potiorem prompte velut optatam induſtriæ metam aſſequamur. Artes igitur ſingulas ad ſcopos ſingulos fabricari humanis ingeniis decuit, vt harum intuitu generali, illorum finium particularem quemlibet dextrè quis inueſtiget. Quotquot enim communioris ſcopi partitiones per analyſim excurrunt latiùs, totidẽ & artiũ particulariũ gratia propagantur. Poſtremò cùm vita ſit breuis, ars autem (vt ille dixit) vnaqueque prolixior ſcrutandi altius occaſionem intercludat; neceſſe fuit cunctarum artium artem alteram reperiri, caput ac ducem anteſignanam, quæ fluctuãtibus animis per rerum infinitam multitudinem ceu lichnucha quæpiam in nocte altiſſima viatum omnium compendioſos circulos monſtrat ad fabricæ partim humanæ, partim orbis exterioris ſimilitudinem exaratos. Eiuſmodi quiddam eſt Methodus hæc longè pulcherrima anfractuum diuerſiſſimorum orbiculare ſyntagma; cuius profecto ſi ſcopos ſingulos & hinc ſurgentium innumera penè ſcientiarum genera contempleris, Methodorum ſpecies quoque plures emergunt. Verùm ſi ad vnitatem ſimplicem vnumque præcipuum finem executionem ſcilicet effectionemue (cui cognitionis incluſa ratio eſt) ſeries illarum vniuerſa trahatur vna cum hiſce differentiis, quas modò ex aliorum quoque principiorum iure deducemus, mox & inſtar vnius corporis ex ſpeciebus compactũ pluribus velut membris diagramma naſcetur, quale quod nobis vel abſolutæ Methodi ſolidæ ſiue Catholicæ nominibus eſt inſignitum.

Artium inuictio.

Artium diuerſitas pro diuerſitate rerum finium rationes.

Methodi inuentio cuius; breuis delineatio.

Omnium artiũ et ſcientiarũ, vnã eſſe, ceu communiſſimam Methodũ Cyclognomicen, quæ & Catholica meritò nominetur.

Sed vt ab illa (quam Rationales ſpecificam vocant) Methodorũ diſtinctione auſpicium fiat, eo demum hactenus noſtra vergebat oratio, propter hanc diuerſarũ in naturæ fabrica & partium, & facultatũ, & actionũ viciſſitudinẽ, finium quoq; multiplicitatẽ in humanis animis rectè conſtitui, quorũ reſpectu diuerſi demum animorũ habitus, artes atque ſciẽtię, diuerſa Methodo & tradi & veſtigari poſtulent, vt non immeritò, ſi Methodorum partitiones varias, iuxta Methodicorum principiorum differentias, voces in harmoniam vnicam, idipſum à finium reſolutione (cuius ſanè cõceptus vbique ſe obtulit primum) meritò ſit inchoandum. Quare

Progreſſus ad diſtinctionem Methodi, qua omnis à cauſis tũ propinquis, tum remotis ſingulis, maximè ſit euenda.

Primam diſtinctionem Methodi à finium ratione rectè deſumi.

Digitized by Google



Vides quopacto ille simplicior finis processu tandem analytico iuxta conceptus speciem infinitam in membra penè infinita procedat; quæ tamen singula sicut ad vnam beatitudinem vel verè talem vel imaginariam vergunt, iuxta ordinis compositorij normam, ita & huic opposita via resolutoria in finem priorem alterum colliguntur, quem Aetiologismum, siue causarum indagationem appellamus, cuius vnius suffragio omnis dexteritas negotij nostri proposítæque dudum felicitatis cardo versatur. Vides iterum huius partitionis membra talem inter se habitudinem obseruare, vt quamuis distincta specie vi deantur, ritu subalternorum tamen posterius vnumquodque thesim prioris sibi in subsidium vocet, eiusque rationem includat tacitè, non autem contrà. Quare inter præcipuos limites hic ferè continuus ordo spectatur.

Finium resolutorum cõpositio in Aetiologismũ proximè tendatur.

Ordo et necessitudo mutua specierum quæ sint à fine desumptæ.



Hos itaque animorum primos impulsus natura mortalibus dedit, vt fine sibi proposito quolibet eius resolutionem continuo meditentur, donec ad scopos particulares maximè & indiuiduos fluãt, vnde regressus per synthesim denuo priorum finium classes tanquam principia posterioribus applicet, optatoque

Digitized by Google

tóque laboris præmio potiatur, quare & ex eodem fonte ad constitutionem nostræ Catholicæ Methodi primus ille Canon emerget.

Verùm quandoquidem caussæ finalis intuitus caussam efficiẽtem prouocet, rerumque agendarum diuersa ratio in efficiẽtis animo ante omnia delitescat, erit & proxima finali partitioni suprà constitutæ illa quæ nunc penes idæam principij efficientis est fabricanda.

Secũda Methodi distinctio à caussa effectrice desumpta à partitione scilicet animi rationalis.

Discursuum quorumcunque effectricem caussam humanum animum in tres diuisum facultates libro sequenti demonstrabimus. Cùm enim in nobis hæc tria spectentur, Intellectus, Ratio, Imaginatio; idcirco & Methodi diuisionem alteram priori sic adaptabimus.

2

Methodi omnes siue ad cognitionẽ, siue ad praxim referantur, primas discursuũ species habent propter ætiologismum, vel

1 Ab Intellectu, hinc Methodus intellectualis & metaphysica.
- Metaphysicam viam insistens.
- In longitudinem fluens.
- Relatione ad idem principium.
- Via indeterminata planè quoad nos.
- Determinate quoad naturam.

2 Ab Imaginatione, hinc Methodus Physica & imaginatrix.
- Physicam viam ingressa.
- In longitudinem & latitudinem.
- Relatione secundum idem principium.
- Via indeterminata quoad naturæ perfectionem.
- Via determinata quoad nos.

3 A Ratione, hinc Methodus Dialectica, vel Logica potius, & Rationalis.
- Logicam viam obseruans.
- In tres dimensiones, sed potiss. altitudinem.
- Relatione circa idem principium.
- Via determinata partim quoad nos, partim quoad naturam.



Ad hanc partitionem tertij potissimum canonis doctrina pertinebit.

Est & in huius compage membrorum quædam necessitudo mutua, sic vt notitiam vtroq; modo determinatam & ratione comparabilem velut primariam perfectioremque ordine resolutorio proponamus. Huius gratia præcedat discursus Physicus, vti & propter Physicum is qui ab intellectu dimanauit. Contrà secundum naturæ seriem compositoriam priùs laborandum est intellectu, per quem educta linea à finibus singulis per phantasiã magis est terminanda, donec vtriusque iudex ratio vtriusque imperfectionem suppleat per notionum copulam atque extremorum symmetriam.

Ordo & connexus specierũ ab efficiente desumptarum.

Porrò Methodorum omnium inuentrix anima postquam in finis cuiusque idæam sese direxit, materiem inuestigat, totique iam repertæ sic sese accommodat, vt huius vniuersa series per prioris distributionis extremos margines æquabiliter fusa videatur.

Tertia distinctio Methodi à materie ex quæstionis scilicet vel relationis specie qua quæstionum partes variè cõferuntur.

Est autem discursus Methodici materies duplex, prior propriè dicta, penes Relationis differẽtiam, inclusam tacitè in effectricis caussę partibus ipsorumq; finium ratione. Est & materies communis altera penes quæstionũ, & responsionum genera: vnde adeò & Methodi subit partitio tertia, vel ex relationum diuersitate, tanquam subiecto proprio, vel instrumẽtorum & quęstionum, ceu materiei communis varietate cõtexta: quam sanè idcirco velut interiore fultã principio, materialem sectionẽ non verebimur appellare. Nectatur interim & hæc cum præcedentibus ad formam subiecti diagrammatis.

Metho-

Digitized by Google



Illud imprimis hic obſeruandum, nomen analyticæ methodi vel ſyntheticæ differentias aſſignare, non tam à materie quàm à forma deſumptas; ideo verò poſtremis ſubiici diuiſionum ſingulis membris, vt diſtributionum omnium contextus quidam perpetuus eluceſcat.

Cæterùm quoties Methodum vel definitiuam, vel diuiſiuam, compoſitiuam, aut demonſtratiuam appellamus: illud non ſegniter expendendũ reor, (in quo pluris impacti naufragiũ patiuntur) hîcc ipſa nomina valde ambigua, multis prolixæ diſputationis hactenus, erroris maximi occaſionem præbuiſſe. Vel enim ſic dici intelliges, vti ad inſtrumentorum fabricam, velut finem referantur, vt definitiua ſit Methodus quæ definire docet, compoſitiua quæ componere: vel prout ex talium inſtrumentorum partibus velũt principio certa quædam tractatio rei ignotæ, aut artis conſtitutio in membra ſua, ac partes ſit tribuẽda, vt cùm ex definitionis norma Medicinam conſtituimus, vel vnius demonſtrationis explicandis partibus totum inſtituti noſtri curriculum occupamus.

Habes

Habes in hac diuiſionis tabula rurſus ſpecierum contextus iſtiuſmodi, vt particulari cuilibet vniuerſalis illa ſubſeruiat, vtque ad ſimplicioris arbitrium compoſitioris ratio ſit adaptanda. Quare & rerum idæam prius communem figendá in animis arbitramur, quàm exerceri poſſis circa ſingula; prius diſcendam naturæ cognitionem in negotio medico, quàm ægrorum curationem; prius inſtrumentarias methodos atq; prodromas; quàm hanc catholicam, ex iis velut viis pluribus in vnam perpetuam coagmẽtatis. Nulli itaque dubium puto, quin ea vulgata Methodus examinandi thematis (quæ quia per quæſtiones concatenatas incedit, Erotematica dici ad aliarum diſtinctionem prometeretur) non tam ſit abſolutè Methodus appellanda, quàm diſcurrentis animi ſubſtrata materies methodiq́ue perfectioris elementum potius & pars natura antiquior, quodq́; altera inſtrumentalis methodus huic ad amuſſim correſpondeat inſtar correlatiuæ (vt ſic loquar.) Cùm enim quæſtio rem primo in dubium vocet, inſtrumenta verò diſſoluant, pares neceſſe eſt dari & quæſtionũ & inſtrumentorum differẽtias, ſi quæſtionum genera prima præ oculis ſtatuamus. Nam vt 4. ſunt inſtrumenta potiſſimum ad cauſſæ indaginem requiſita, Reſolutio, Diuiſio, Diffinitio, Demonſtratio: ita & quæſtionum aliæ ad res diſperſas nimium aut contractas atque multiplices, vel rurſus occultam eſſentiam, vel plurium compoſitionem altius explorandam referuntur.

Ordo in ſpecie-bꝰ ſingulis à me ratione deſumptus.

Liquet hinc adeò illorum abſurda diſtributio, qui ordinem à Methodi ratione ſecernunt, huius nimirum conſtituendo ſpecies 4. Diuiſoriam, Reſolutoriam, Definitoriam, Demonſtratiuam, quæ nihil ſunt aliud, quàm Methodi ſolidæ prima, & ſimpliciſſima quædam elementa, vel inſtrumenta potius à Dialecticis mutuata, quorum ſingula ad ſui integritatem inuentionemq́ue viam compendiariam alteram particulatim prærequirunt. Illius verò doctrinæ ordinum conſtituunt ſpecies tantum tres, cùm potiùs ex ordinis diſtributione, differẽtiæ Methodorum eſſentiales elici debeant, vti mox deducemus. Nihil enim aliud ſonat vel ipſum Methodi nomen, quàm expeditam viá, ſiue ordinis ſuccinctam rationem.

Nam eſſe plures ordinũ differentias quam Methodos, nec ecentiatis.

Poſteaquam igitur efficiens cauſſa Methodicæ conſtitutionis materiẽ aptè pro finis neceſſitate digeſſit, formam eſſentialem nititur introducere pendentem penitus ex illa efficientis ad finem habitudine, agentiſq́ue ad paſſum analogia mutua. Quare cùm & in finiũ cõſecutione, & formæ effectricis exẽplari (mente humana ſcilicet) prioris pateat, poſterioris ac medij connexus ſempiternus, ſitq́ue in illis circa hæc tria motionum ordinatarum differentiis, alia ſimplex, alia verò compoſita, ſimplicium rurſus hæ quidem rectæ ſint, illæ circulares; rectè demum vel animorum aſcenſu vel deſcenſu diffiniantur: idcirco pro motus quoque & ordinis varietate (quem propriè Methodorum omnium cauſſam formalem recenſuimus) hæc demum quarta Methodi ſectio in ſpecies verè eſſentiales germanaſq́ue differentias, ſic aptè prioribus attexetur.

Methodi quarta diſtributio caeteris potior à forma ratione dependens.

C Metho-



Necessitudo mutua speciesum à forma deductarum.

Quod si in illa pridem cœpta membrorum comparatione perstiteris, patebit denuo simplicius vnumquodque amplexu compositioris includi, similiter institutionem Methodi rectè circulari præbandam, circulis autem plenioribus imperfectos. Quandoquidem, vti iam insinuatum sæpius fuit, simpliciora singula compositorum sunt elementa.

Conclusio summaria de Methodi distinctione multiplici.

En quanto vobis compendio Methodorum omnium non species tantùm recensuerim, sed & diuidendi diuersas rationes, iuxta principiorũ constituentium analogiam; quæ si cum aliorum partitionibus conferantur, has planè in vnitatem proximè consentire deprehendes, illas autem diuulsas magis atque infinitas quàm sint mundi Democritici.

Quapacto diuisiones tam multiplices Methodi in vnitatem optimè reuocentur.

Vnionis ratio, qua iam propositæ sectionum quadruplices classes ad sygygiam inconcussam redigantur, ferè talis existit, vt ab efficiente causa sumpta diuisio in finalem totam se tota diffundat, omnesque species istius ordinis in speciebus alterius, præsertim primis & simplicioribus expendantur, similiter materialis partitio in vtramque priorem se porrigat, formalis tanquam interiore principio manans in omnes omnium species siue disperſas, siue per modum vnius corporis inuicem coaptatas, adeò vt quicquid viarum sit vspiam, aut Methodorum atq; discursuum, ad tria hæc velut capita reducantur, Analysim, Synthesim, & conuersionẽ siue συωπτριφέραν. Quorum Analysis quidẽ magis ad scientiarum inuentionem pertinet: Synthesis ad traditionem effectionemque, Iudicium etsi ad compositoriam viam sit inclinatior, vtriusq; tamen circuitu veriùs adimpletur. Verùm quando iam Methodi partitiones sin gulæ rudi Minerua sunt exaratæ, iuxta illam diuisionis normam, quæ generis dicitur in suas species, tandem ad postremam alteram accingamur, antedictarum omnium seriem vniuersam, non iam vt species ambitu suo complectentem, sed veluti totum concretum ex partibus multis in vnius corporis molem.

Tria præcipua totius Methodi capita, Analysis, Synthesis et Peryphema.

Digressio ad alteram partitionis speciem, qua Methodus, vt totum diuiditur in partes integritatem absoluentes.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT II.

Delineationem syntheticam docet Methodi solidæ siue Catholicæ ex speciebus cæteris in vnius effigiem ductæ.

CVM itaque nomen id generale Methodi ad scopum propositum ab animis nostris, circa quæstionem vnamquamque viam compendiariam præ se ferat planam ac facilem penes ordinis rationem, sintque tot Methodi distinctiones specificæ complexu perpetuo sibi cohærentes, quòd illius prima principia demonstrantur: idcirco & solidam Methodum, perfectam, siue catholicam definimus, quæ à primis & simplicissimæ cognitionis Methodis ad finem vltimum siue compositissimum (vt est effectio) vel ab effectione, contrà per quæstiones medias ad simplicissimas vsque prorogatur. Quamuis enim illud vix vsuueniat vnquam, vt scopi cuiusuis consequendi gratia extremarum classium, & mediarum omnium plenè curriculum peragremus; hanc tamen idcirco ceu plenioris idæam ante oculos statui, vt quantum in nobis positum sit, exemplar omne perfectius in animum nostrum, & consuetudinem transferamus.

Methodi absolutæ siue Catholicæ definitio.

Nunc de quæstione qualibet quænam sit prior, quæque posterior, ex antedictis liquidò constat. Id sanè cunctorum caput & summa est, simpliciores Methodi species velut ministras totius & instrumenta perenni quodam ordine referri ad suam principem, vti partes ciuitatis in bene constituta rep. solent. Verùm artis cuiusque inueniendæ gratia, iuxta seriem resolutoriam eruenda sunt nobis ex abdito primùm axiomata, rerumque quas aucupamur caussæ, principia, & elementa, propter hæc argumentandi ratio & demonstrationis principia, quorum comprehensio ab altera rursus terminorum notitia simpliciore dependet. Sed postquam per finis analysim inuentis artibus circuli medietatem absoluerimus; mox huic discursui Methodus synthetica constituendis omnibus quàm vestigandis aptior, eadem vestigia relegens, ad ipsum finem statim ab elementis per medias caussas ordine propiores aduersam orbitam rapit. Atqui apparet & compositionis, & resolutionis ratio non solùm in hac catholica Methodo, verùm & in eius partibus singulis partiumque particulis minimis, donec ad instrumenta peruenerimus.

Species Methodi antedictas habere interdum et partium rationē ad Methodum absolutam, qualis in artium inuentione & constitutione imprimis est æstimanda.

Resolutionis totius & compositionis breue diagramma.

Idem partiū omnium in toto & totius in partibus singulis.

Quandoquidem verò penes & finium & quæstionum cohærentiam omnis istius contextus, seu compositionis cardo versetur, contextus denuo se iuxta, vel plenioris, vel simplicioris notionem ingerat intellectui nostro, proinde hanc ipsam examinis nostri consequentiam paucis exhibui antè totalis Methodi diagrāma, vt quamuis hæc eadē pro plena artis istius cōstitutione sub ipsum finem nonnihil sint repetenda: principiorū tamen doctrinā superficiariā ceu gustū pellicē tironū inexercitatis animis in ipso limine moueamus.

Ratio cur totius negotij breue cōpendium in operis fronte constituat antequā artis principia plenè sint demonstrata.

Digitized by Google

Cum de circulariter discurrendi artificio sit susceptus sermo, debere et sermonis eiusmodi partes circuli rationem inter se obtinere.

Sic enim rei quam profitemur professionis norma planè consentiet, vtque in omni Methodo à rudi primum cognitione ad determinatam alterius proficiscimur, qua parta denuo reuersi in circulum indefinita priùs cognitionis principia propius intuemur, ita & ex obscura totius negotij synthesi rectè in plenam analysim sese mēs nostra diffundit, vnde rursus in orbem obliquata suæmet constitutionis modum atque principia explorans, certius illud, vnde defluxus rudimenta desumpsit, elaboratorum axiomatum fide & stabilitate compensat.

Syntheseos totius breuis exagesis.

Confusa quælibet ac magis vniuersalia notiora quoad nos existere satis demonstrat Aristoteles capite 1. lib. Phys. 1. Huius autem cognitionis ductu prius, velut per nebulam, procul cōspecto Socrate, offert sese substantiæ notio, deinde corporis, paulatim verò & animati atque sensibilis, rationalis, atque postremo etiam indiuidui. Neque verebor hic scabras passim Dialecticorum voces interserere, cum in sermone philosophico Syrenes Musis, iuxta Pythagoram minimè sint præferendæ.

Simplicissimarū quæstionum expeditio.

Priùs itaque quæritur, quid sit corpus, quàm quid sit corpus humanū, priùs etiam de corpore humano simpliciter tali est disserendum, quàm quatenus morbis aut sanitati obnoxium sui curationem postulet. prius denique de sanitate vel morbis in vniuersum, quàm de huius atque illius affectione naturali vel præter naturam. Quin quòd si à communissimis iter auspicaberis: ante omnia quæres, Num res talis existat, de qua nobis est controuersia, idque sub absoluta ratione, & minimè ad substantiam vel qualitatem vllam determinata: Vt si quæratur, An sit corpus humanum, statim notiones communes suggerunt omnis scientiæ atque cognitionis principium à sensu esse vel intellectu. vbi sensus abundè testatur, mentis negotium est superuacuum; si de rebus insensibilibus quæstio fiat, statim per prius vel posterius aliquod conclusio est inferenda. Ita enim Deum ex effectibus, ex patris hypothesi filium esse cognoscimus. Nunc cùm homines esse & hominū corpora sensus ostendat, quid-
1 nam sit corpus inquiritur, similiter per suas caussas. Primò quidem indeter-
3 Modi examinandæ quæstionis simplicis ordine coherentes ab intellectu, à sensu & ratione.
minatè quoad nos, determinatè quo ad naturā, ex relatione scilicet ad idem principium, & ordinum inspectione, quem mundi res obtinent, tum inter se mutuo, tum ad principium primum ac finem vltimū, qualis intuitus simplex & naturæ prior existit, nobis verò maximè rudis & confusaneus, ab intellectu quippe & Metaphysica discursione dependens. Secundò aduocat mens sen-
2 sum in subsidium, cuius lenocinio iam pridem corporibus est alligata, atque hic secundum idem commune principium vel essentiale vel accidentale cuncta dispescens denuo explorat altius, ac Physica discursus specie definit melius quo ad nos, minus quo ad naturam. Itaque & mobile colligit & substantię rationem, vbi per substantiam commune quiddam cum incorporeis habet; per
3 mobile verò à rebus immobilibus est separatum. Postremò per rationem cuncta componens, ac diuidens multo quàm pridem accuratiùs concreta fundit, diffusa recolligit, donec perfectum discursionis orbem circa cōclusionis eius-

dem

Digitized by Google

dem centrum peragrauit. Vnde & corporis accidētia & ſubſtantiales proprietates variè diſcutit, totum quoque in partes dirimit, & partium ſingularū rationes cùm ſubſtantiales; tum accidentarias inueſtigat; vbique determinans partim quo ad nos, partim quo ad naturam, quid ſit illorum quodlibet, quantum, quale, vbi, quando, quæ cuique cognata, quæ pugnantia, & id genus reliqua, quorum coaceruatio in Methodi communis ſpeciem ſurgit inueſtigando themati dedicatam. At cùm de corpore ſatis doctrinam communiorem exanthlarit, ad humani corporis contemplationem deſcendit, iuxta tritam ſententiam, Scientiæ Phyſicę extremos fines in Medicinę auſpicia propagari; ſunt enim inuicem ſubalternate, quales Græci ὑπάλληλας vocant. Itaque humani corporis cauſſas perimendas iterum ſibi proponit, iuxta triplicem diſcurſionis ſeriem ante iam definitam, diſtinguens protinus totum in ſuas partes vſque ad elementa, in ſingulis ſpectans inuentionem formę atque materiæ primùm, deinde & cauſſarum cæterarum, ſemel per ordinis cohærētiam ab intellectu, mox per ſigna interna quædam & propria, quædam magis communia, tādem & per Logices inſtrumenta. Rurſus cùm de humano corpore ſatis eſt demonſtratum, nequaquam ceſſans rationalis anima ſub ſanitatis vel ægritudinis ipſum ratione perſtringit, vnde & ſanitatis ac morbi cauſſas inquirit planè, vti in præcedentibus dictum eſt, ſed ſub reſtrictione maiori & propriùs ad praxim declinante. Tandem verò cùm per ſingulorum ſtatuum cauſſas eorundem ſcientiam anima ſit cōſecuta, quærit num naturalem affectionem ſeruare per ſimilia poſſit, num præter naturam inundantes morbos curare contrariis. Itaque ad compoſitiſſimam ſpeculationem deuoluta diuerſorum trium in arte propoſita ſubiectorum naturas meditabitur, humani corporis ſcilicet tanquā paſſibilis, medicaminum verò & rerum adhibendarum velut agentis, poſtremò & Analogiæ tanquam vinculi ſub indicationum claſſe deliteſcentis. Vbique verò eadem eſt trium antedictarum diſcurſionum ratio ad cauſſarum inuentionem vel Aetiologiſmum, niſi quòd quæſtio compoſitior quæuis in finium formas multipliciores ſeſe diffundat pro rerum ſcilicet ſpectandarū diuerſitate. Simplicioris autem alterius ſimplicior quoque eſt reſolutio, nam pro cognitione humani corporis, vt tale eſt, tantum corporis fit reſolutio, deinde & humanæ figuræ, ex qua interiorum formarum analyſis ante occulta ſe prodit. Verùm ſi corpus humanum ſpectes, vt morbo vel ſanitate affectum, ibi & antedictorum analyſis prærequiritur, deinde & ſanitatis & morbi. ſi demū propius ad negotium Medicum, artiſque neceſſitatem prouehamur; mox terminorū, & medij ſimul indaganda natura eſt, vt nauem in portu collocemus. Similiter pro artis vniuerſalis cōſtitutione prius ipſarum vocum quàm rerum doctrina capeſſitur, mox prius an ſit, quàm an hoc vel illud, tantum vel tale. &c. Poſtremò ſi quis axiomatū artē conſtituentiū veram ſcientiam volet adipiſci, terminorum ſimplicium, vt ſubiecti & prędicati cognitio eſt obtinenda, atq; adeò ipſius medij per quod illorū copula demonſtretur, prius quàm horū connexionem veram aut falſam eſſe deprehendat. Terminorum & medij ſimiliter

4

Methodus vulgaris & vſitatæ maximè.

Deſcēſus ab vniuerſalibus paulatim ad particularia.

Progreſſus ad quæſtiones problematicas.

Poſtrema diſcurſio per ſyntheſim circa rerum agendarum rationes, ſeu quæſtiones practicas.

Quæſtionis practica partes triplices, agens, patiens atque proportio.

Omnia ad cauſarum mētionem referenda.

militer cognitio existit per caussas proximas, Rationis ratio tandem per caussas vlteriores. Felix igitur qui rerũ potuit cognoscere caussas: Hoc enim opus, hic labor est, huc mentis acies, huc omnes ingenij nerui sunt intendendi.

Laudes ætiologisticæ disciplinæ.

Nam non antè datur Telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit arbore ramos,
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit, primo auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.
Ergo altè vestiga oculis, & ritè repertum
Carpe manu, namque ipse volens facilisque sequetur,
Si te fata vocant, aliter &c.

Ars quantũ naturæ conferat ad caussarum inuestigationem.

Omnes enim scientiarum habemus principia in nobismetipsis, at non omnibus demonstrandi artificium datum est, nisi idipsum vel authorum probatissimorum lectione sedula, memoria stabili, accuratoque examine consequantur, vel (quod paucissimis vsuuenit) fæcundæ indolis atque naturæ indulgẽtia, tanquam dextri afflatu syderis, impetrarint. Esto tamen, vt inter naturæ dona præcipua Methodicam hanc dexteritatem numeremus, eandem tamen humani rursus ingenij legibus atque arte roboratam ad perfectionis cumulum altiùs aspirare nemo inficias ibit. Hæc de synthetica totalis Methodi dispositione impræsentiarum satis. Nunc ad eiusdem doctrinam Analyticam fusiùs excurramus, donec in priora vestigia versi rudem hanc artis constitutionem latiùs effundamus.

Digressio ad totius doctrinæ Cyclognomicæ constitutionem Analyticam.

CAPVT III.

De Methodi Catholicæ Analytico typo.

Analytica diductio quid à synthetica differat.

CATHOLICÆ Methodi seu cursum syntheticum, siue analyticum spectes, vnũ & idem est diagrãma ordinis, duntaxat ratione differẽs secundum partes singulas, prout in ipsis à discurrente animo ad cognitionẽ vicissitudo est deprehensa. Quare & figurã solidæ Methodi sub tabulæ vnius imagine pictam facilè disces, si priùs illud perceperis, totius cuiuslibet integritatem ex suis partibus sub solo figuræ materialis intuitu percipi posse, ac proinde nos eiusdem Methodi syntaxim non tam spectandam euidenter in caussis cæteris, quàm quęstionũ serie protulisse, sic tamẽ vt & principiorum reliquorum ratio inclusa tacitè comprehẽdatur. Duo sunt etenim interna maximè rerum principia, per quę vnumquodq; totius cõpositi essentiã præ se ferat, forma nimirũ atq; materies. Sed vtraq; rursum media est inter caussas extremas, finem atque efficientẽ scilicet, sic vt & forma & materies quandoque finis speciem possit induere, quandoque & effectricis caussæ, finis quidem vt sequitur, efficientis vt præcedit, etsi non semper finis vel efficiens conuersim sub formæ aut materiei imagine concipiatur, etsi neque materies vnquam formæ includat speciem, nec forma materiei. Ergo si principiorum

Delineationem Methodi et totius ex partibus à fine materiæ maximè desumendam.

Caussarũ diuersarum notiones sub vnius aliquando nominibus cõprehendi.

Digitized by Google

plorum internorum vtrumque sumpseris tacitè, mox & caussas cæteras in totius compositione ligabis. Sed rursus forma cùm sit posterior quo ad nos, nec definitè nobis, nisi sub signis sensibilibus exprimatur, quodammodo in sinu materiæ delitescit, sic vt materies totum quiddam potentia dici mereatur, ex cuius intuitu formales adeò & finales, & ab efficiente caussa specierum differentiæ sumptæ nobis facillimè subolescant. Itaque quot sunt fines, totidem & quæstionum genera cogitemus, vt & quæstionum gratia & circa quæstiones ab iisdem & per easdem fieri cuncta non immeritò censeantur. Vt cùm de fabricando ædificio quis laborat, prima occurrit quæstio quo pacto sese ab hominum conspectu atque ambientis aëris inclementia tueatur; mox tecti struendi ratio surgit, deinde propter hunc alterum finem oritur & secunda quæstio, tectum quopacto firmiter locet, vt & figuram commodam & durationem assequatur, quare pro conclusione & muros & basim necessariam videt, sed horum caussa denuo lignorum, lapidum, calcis, tanquam elementorum vsus in mentem venit. Quibus demum comparatis, procedit opposita via ex antequæsitis iam muros & fundamenta locans, ac tectum vltimò superinducens. Resoluitur itaque quæstio composita quæuis in simplices, particularis in communiores alias sub conceptu finium, sed procedunt iterum inuerso tramite simplices ad compositas illas, verùm sub efficientis ratione, & hæc demum omnia propter formam præcipuè & per formam interiorem, cuius reuera exterior isthæc syndrome materialis tantum velut index & fomes occurrit.

Materies totum quiddam potētia rationis finalis et formæ et effectricis causse habitū pra se fert.

Resolutio in Architectura.

Compositio in Architectura.

Cōclusio ex antedictis de diuisione Methodi totius in partes.

Primum itaque in negotio Medico Cephalalgiæ historiam demus exempli loco. Hanc si in particulari quopiam curare Methodicōs voles, ad morbi illius Methodum communiorem omnis cogitandi cura decumbat, vt quemadmodum sub axiomate generali particularius alterum per subsumptionem innotescit, sic & sub artis vniuersali ratione illa se manifestet, quæ circa singula est. Vnde cùm in communi Cephalalgiæ curandæ Methodo, iuxta viam inuentricem seu resolutoriam primò ad symptomatum seriem signaque humanis sensibus obuia, tanquam caussarum optimè indicatricem sobolem intellectus conuertatur, fit quoque in consideratione minus communium, vt statim ab his, quæ vel vulgi oculis patent demonstrandi auspicia nobis certiora quæramus, discursu quidem analogistico, cuius tamen principia ex obseruatione sedula & diuturna per epilogismum antè sint constituta. Verùm quia omnis determinatio fida ad veram scientiam spectans, tum quo ad nos, tum quo ad naturam scilicet, sola ratione sit comparabilis tanquam discursus logici effectrice proxima caussa: ratio autem se ipsa sensum exigat determinantem singula plenius quo ad nos; intellectum verò à parte diuersa plenius quo ad naturam: Idcirco discursus logicus ipsa consecutione postremus recensebitur, & tamen natura externorum medius, quippe qui illorum vtrumque perficiat, & ab vtroque vicissim perfectionis suæ auspicium trahat. Primos itaque animorum impetus, vt viam Methodicam currant,

Analytica diuisionis breuissima cōprehēsio exemplo ab arte Medica.

Ascensus à particularibus primū quæstionibus ad vniuersaliores ordines.

Ascensus à sensu ad intellectū ac rationem.

Digitized by Google

currant, ab intellectu protinus ordiri consentaneum est, rebus conceptis scilicet per modum finium mediorum principiorumque ordine cohærentiũ notione confusa. Huic discursui succedit Physica determinatio à sensibilibus signis exorsa, velut carceribus propriis, quæ cum obiectis intelligibilibus componens Ratio extensam in tres dimensiones sphæram prorsus absoluet.

Quæstionis practica consideratio prima penes Analyticã viã.

Cùm itaque circa communiores, & (quæ istis subsumi solent) particulares Methodos conceptus finium sit omnium primus; Sanitatis autẽ restitutio vel conseruatio in re medica sint de operationum genere; illud imprimis cogita, Restitutionem circa ea versari quæ non sunt, Conseruationem circa res actu iam subsistentes. Atqui restitutio fit per demolitionem contrarij, quandoquidem morbo sublato, qui sanitatem impugnat, natura mox ipsa partes restaurat absque subsidio Medici. Similiter conseruatio fit partim per prohibitionem contrarij nondum aduentantis, partim per roborationem naturæ. Contrarij prohibitio & demolitio fiunt per caussas contrarias: Naturæ autem roboratio fit per naturæ fomites atque consimiles caussas. Communissimæ itaque Medicorum indicationes sunt vel similium, vel contrariorum, similiter & hæ sunt nobis, ceu primùm in arte nostra infusæ notiones, Conseruationem esse per similia, Contrariorum demolitionem per contraria: quanquam & hæ sententiæ siue cõceptus primi ad aliarum facultatum genera sese non minùs extendant, quàm ad Medicinam ipsam. Cùm itaque effectio vel procreatio eius, quod ante non erat in rebus naturalibus, naturæ concessa soli videatur per suas nimirum caussas intrinsecas, sic vt nec propriè hominem homo creet, neque substãtiam deperditam possit restituere; fit sanè vt ad naturæ opificis imitationem atq; exemplar archetypum Medicæ professionis opera velut amussim explorẽtur vniuersa quidem vel conseruationis vel profligationis nomine comprehensa. Seruamus sanum per similia, morbum infringimus per contraria: sed cùm actio vnius in alterũ per similia vel contraria includat sibi rerum triplicium hypothesim, subiecti scilicet agentis, vt termini à quo fit actio; subiecti passibilis, vt termini in quem recipitur virtus agentis: ac postremò medij paragogi, velut vinculi, quò virtus actiua rei passibilis naturæ copulatur. Patet continuo istorum trium, agentis inquam, passi, & proportionis mediæ caussas primum internas, & proximas nobis eruẽdas, deinde remotiores atque extrinsecas, donec venerimus vsque ad elementa. Nam sicut omnis doctrina atque scientia per suas caussas existit, ita prorsus & actio, quodque de actione dictũ est per similia fieri aut contraria, id omne ad caussarum indolem est referendum, ita tamen vt nomẽ contrarij latiùs se proroget, quàm apud Aristotelem, pro omni scilicet eo quòd actionis alterius caussæ quomodocunq; refragatur.

Communissimorum finium communes, maximè indicationes & axiomata.

Ascensus à quæstione practica ad simpliciores ordine.

Exempli deductio in Cephalea.

Cum igitur Cephaleam tibi curandam proposueris velut finem vltimum, hunc tibi in conseruationem & expugnationem deinceps resoluas licet, quandoquidem humani capitis integritas labefactata sub diuersa formarum imagine ingerit sese intellectui nostro; etenim primũ vt sani quiddam residuum obtinet, deinde vt affectum alterum præter naturam. Caput igitur vt sanum est,

Digitized by Google

eſt,ſeruari per ſimilia decet,vt ægrotum curari per morbo contraria. Iam quia & conſeruatio & profligatio ſunt actionum diuerſæ ſpecies,vtrobique neceſſe eſt ſpectes motionum terminos duos, & inter vtrumque analogiam mediam. Imprimis igitur pro conſeruatione ſubiectum paſſibile vel terminus ad quem eſt capitis portio adhuc integra,cui quærendum eſt ſubiectum agēs ſimile per cauſarum analogiam , quare ſubiectum paſſibile in ſuas cauſſas eſt reſoluendum , vt ſimilitudinis ratio in extremis per analogiam indicem ex naturæ penetralibus hauriatur. Similiter pro morbi ablatione caput rurſus loco ſubiecti paſſibilis in conſideratione cadit,iam non vt ſanum,ſed ſub ægritudinis notione: quærēdum eſt igitur genus affectuum præter naturam,per cauſſas principiaque prima & elementa , quibus coaptandæ ſunt per analogiam mediam cauſſæ contrariæ in ſubiecto altero , cui totius actionis præfectura ſit tribuenda. Vides ad Aetiologiſmum & cauſſarum inueſtigandarum neceſſitatē cuncta referri, quē ſcopum catholicum vt dextrè cōſequamur,diſcurſuum trium circulos in ſolidam ſphæram coaptabis,iuxta doctrinam ſequentium Canonum 1x. quos tomo iſtius operis 111. effuſius proſequemur.

Et hæc quidem totius artis ſuperficiaria quædam eſt comprehenſio. Nunc æquor ingreſſi pleniùs ſecundis ventis expanſa carbaſa proferamus.

CAPVT 1111.

De Artis Cyclognomicæ elementis primis,deque Methodorum omnium Archetypo & exemplari primo.

QVOD ſi res omnis per ſuas cauſſas eſt,atque cognoſcitur, cōſtituendæ quoque Methodi cauſſæ neceſſariò referuntur : ſunt & harum propinquiores quædā & magis intrinſecæ, remotiores aliæ,quæ vel principij verius vel elementi appellationem promerentur. Sed vt iam ſolidam conſtitutionem artis ingreſſi à primis vſque cunabulis filo perpetuò deſcēdamus , cauſſarū omniū principem ſuprà vulgariter notas 4. Idæam Archetypam ſiue exemplarem non immeritò poſuit diuinus Plato . Sunt enim non in mundo duntaxat intelligibili,ſed & in animis noſtris ante productionem quamlibet rerum efficiendarum rationes. Sunt & in mundi partibus totius quædam imagines, & in ipſo toto Idææ partium velut adumbrationes perfectiſſimæ , velut infuſa ſeram & tenues ſine corpore vitæ. Quamobrem ſi per omnem vaſtæ illius machinæ, quam vniuerſi nomine vocant,oculorum aciem vndique circumtuleris, occurret ilicò huius quoque conuerſionis Methodicæ exemplar abſolutiſſimum,nobis quidem adhuc mortalibus infandum penitus atque in arduo poſitum,ſub notione tamē obſcura comprehenſibile; ſi deſœcatis terræ ſordibus,animorum alas ex hoc ergaſtulo ad illam ſponte influentem atque inuitantem lucem explicuerimus. Videbis etenim in Architecto Deo ante cunctorum fabricam (vt pulchrè lib. de mundi opificio docuit Philo) totius ordinis Analytici primùm , deinde &

Conſtituenda Methodi cauſſæ atque principia.

De cauſſa Methodorum omnium principe vel exemplari.

Exemplar in ipſa opifice Deo & totius mundi fabrica.

Digitized by Google

Synthetici fuiſſe quandam velut vmbratilem rationem. Propoſito etenim homine tanquam ſcopo, res mundi maioris cæteras eius penè vnius gratia, partim vt cauſſas proximas, partim vt medias atque elementa digeſſit. Rurſus in ipſo particulatim homine, partes tum corporeas omnes, tum incorporeas ea lege cõtexuit, vt primò totius nomine in ὁλομελίαν καὶ ἑυφυΐαν planè cõſentiant, deinde vt minores maiorum miniſtræ ſint & pediſſequæ; maiores verò minoribus nexæ, & vitam vitæque pabula & robur, vnà cum ſpiritu largiantur. Similiter in mundi maioris partibus, ſiue hunc viſibilem ſpectes atq; incorporeum, ſiue intelligibilem alterum, talis quoque ſpectari debet ſymphonia mutua, vt cum infernis ſupera, cùm primis vltima officiorum æterna viciſſitudine vinciantur. Hanc primam Analyſin apparet ſecuta ſyntheſis, qualem dierum 6. curriculo nõ in inſtanti vnico ipſe per Moyſem diuinus ſpiritus tradit cap. Geneſ. 1. Quòd ſi ad captum humanæ mentis primi motoris efficientiam celebrant Vates, quid eſt quòd nos quoque prohibeat cum Philone penes Mineruam craſſiuſculam arbitremur hanc mundi mẽtem opificem ſeu ſigillum ordinis vniuerſi ex creandarum rerum analyſi, ad earundem ſyntheſim facta velut conuerſione prorupiſſe. Habes iſtius imaginem triplicem, Primam in rerum eſſentia & gradibus, penes quos illæ ſunt diſtributæ: In totis quidem & ſingulis, vt ſi aſcenſus ſit à corporibus ad qualitates, hinc rurſus ad animam, angelos, Deum: In partibus verò, vt in eodẽ homine gratia viſcerum ſint vaſa, vaſorũ cauſſa ſint oſſa & muſculi; vel propter rationalẽ animã iraſcibilis, propter hãc cõcupiſcibilis, & generatrix: In mundo externo propter animalia ſint humores, cibi potuſque; propter hæc denuò orbis elementaris, elementorum gratia cælum atq; ætherea regio, quibus poſtremò præfici oportuit mundum alterum incorporeum, vti & animabus ſenſu carentibus, quæ ſentiunt aliæ; irrationabilibus rationales; & formis ligatis corpore, intellectus puri ſiue intelligentiæ. Secundam eius conuerſionis imaginem habes in rerum effectarum connexu, alteratione, ortu', interitu, viciſſitudine varia, & conſecutione mutua, dum ſcandunt quæcunque priùs cecidere, caduntque quæ fuerant in honore. Eiuſdem orbis figura tertia eſt obſcura primum in animis noſtris, & veluti à cunis inſita, procedente verò tum vſu, tum iudicio ab arte confirmatur. Obſcura quidem exiſtit primùm in quæſtionum genere, dum ad felicitatem omnes & boni conſecutionem tendimus, velut vltimum finem; eius autem potiundi ſtudio actionem variam meditamur; propter actiones, artium ſtudia; harum deinceps gratia propoſitiones & axiomata, & tandem quæſtiones ſimpliciſſimas de natura partium, propoſitionis, ſubiecti & prædicati. Quibus inuentis omnibus regredimur conuerſa ſerie, & quaſi per ſyntheſim ad orbis integritatem aſpirantes, donec potiti fuerimus ſcopo, qui nobis præfixus ab initio fuit. Rurſus in artiũ & facultatũ genere propter ſuſceptam quæſtionem, artem quoque particularem iuxta naturam ſubiecti meditamur, huius gratia indagandi veri falſiq; ſcientiam, quæ nobis ſcilicet diſcurſionum inſtrumenta ſuppediteť, ea eſt facultas Logica vel rationalis: propter rationalem

Exemplar in fabrica humani corporis.

Imago prima in rerum eſſentia & gradibus.

Imago altera in rerum effectarũ connexu & mutatione.

Imago tertia in animis noſtris ita quo ad habitum, tum quo ad facultates ipſam & actiones.

Artium & facultatum cæcubus.

Digitized by Google

nalem denique Methodi perfectæ disciplina est expetenda, vt nobis vtendi facilè cuiusuis instrumenti viam monstret ac elaboret. Quare & à Logica scandimus ad Physicam, ab hac ad Mathematicen, à Mathematica ad Metaphysicen; qui quidem scientiarum circulus est longè perfectissimus, ad naturæ exemplar fabricatus. Pari ratione à sensu ac phantasmatibus ad rudem ascendimus compositionis ac diuisionis notam in potentia imaginatrice positam, vel descendimus econtrario. ab imaginatione sæpius itur ad rationem certiorem, ab hac postremò ad stabilem notionem, & Metaphysicam, ad intellectus lucem æternam notionesque communes. Omnis itaque confusa cõuersionis ratio sub†Synthesis nomine atq; Analysis, velut capitibus, cõtinetur. Earundẽ impetus primos, robur atq; perfectionem in magni illius Dæmonis siue Amoris potestate constitui. Nunc postquam naturæ opificis sigillum probè intuiti sumus, de absoluta Methodo, & ea quam arte elaborãdam diximus, verba per compendium faciamus.

Potentiarum circulus cæteris indefinitior, cũ sæpe ascensus à notionibus videatur ad ipsas sensibiles species, sæpe à sensu ad intellectũ, sæpe ab vtrisque ad rationem, vel à ratione & sensu ad intellectum, prout variè concipitur noti ignotique ratio.

Cum nihil sit aliud Methodus quam vestigandi veri via compendiaria; quę sit compẽdij potissima ratio, scire imprimis operæ pretiũ duco. Tota vis igitur agendi dexterè, & facilè cognoscendi per rerum caussas in ipsis ordinibus potissimum collocatur. Ordo enim intelligẽtiæ signũ est, vt Plotinus refert; & quicquid ab ordinis ratione discedit, instar ἀμεθόδου non iniuria recensetur. Sed rursum diuersi sunt ordines pro discurrẽtis animi relatione diuersa. Nãque is vel res vniuocè spectat cõceptu Physico, & secundũ idẽ, vt in constituẽdis generibus 10. quo maximè filo fertur doctrina Peripathetica: vel res cõsiderat habitudine prorsus analoga & Metaphysica, quo, iuxta Platonicos, in omnibus omnia figurantur ductu perpetuo ad vnũ idemq; principiũ, fontẽ vnionis scilicet, bonitatis, veritatis, ac pulchritudinis: vel res circũagit cõceptu logico & rationali per instrumentorũ peripheriã circa eandẽ conclusionẽ velut centrũ, donec assumptis primo & media vniuersa, & rationũ extrema consentiãt. Eam sanè velut vndantis animi salutarẽ anchorã amplecti potissimũ visus est diuinus Hippocrates; cùm circularis ordo non solũ robustior cæteris, sed & figurarũ omniũ sit maximè capax. Iuxta Idæã itaq; mẽtis illius triplicis diuinę, mundanæ, atq; humanę ter in ternariũ ęqua proportione distributæ, iuxtaq; hæc antedicta relationũ genera tria, rerum tres etiã classes velut Cyclognomicæ facultatis elemẽta, velut discursionum carceres primos præfixos tibi vel à natura cogitabis.

†Analysis et Synthesis omnis in animo discurrẽti conuersionis capita seu circulorum partes existunt.

Methodi definitio.

Ordo Methodi formalis ratio est.

Ordines ex animorum relatione maximè discrepare.

Relatio triplex.

Digressio ad primam artis Cyclognomices elemẽta.

*Quemadmodũ verò in mẽte opifice prima, in anima nostra, in anima mundi, & rebus vniuersis sunt quidam circuli, vel orbes orbibus implexi variè, quorum illæ limitibus raptę in seipsas denuo conuertuntur: similiter & nos discursionum quarumlibet scalas in circulorum species adaptauimus, sic tamen vt ipsa connexionis ratio penes animi discurrentis infinitudinem, sit infinita. †Sicut rursus in sphęra maiores circuli, minores continent, omnes autem in orbis vnius integritatẽ planè cõsentiunt: ita prorsus & isthic vsuuenit, vt quemadmodum imaginatio à ratione, ratio ab intellectu continetur; sic & imaginatricis potentiæ classis seu sphæra physica intra rationalis ambitum sita;

Orbium cõsensus & circulorũ in vniuerso.

†Continentiũ et contentorũ series respectu cognitionis quo ad nos, nã vti particularia in vniuersalibus continẽtur, ita imaginatrix virtus & ratio minus cõmuniũ principiorum in intellectu, qui circa communiora est occupatus.

Digitized by Google

hæc verò deinceps intra ſuperiorem ſeu metaphyſicen, & demum in ſingulis imagines omnes ab exemplaribus interni circuli ab extrinſecis comprehendantur. Sunt igitur claſſes rerum, velut certorum ordinũ, penes quos ſub certa relatione diſcurritur, obſcura quædam diagrammata ad exemplarem Methodum ſiue Archetypum quodammodo referenda. Vnde & velut orbis vnius atque immenſi ſphæras particulares tres aſſignauimus, quarum virtutis imaginatricis vna ſit intima, intellectus exterior altera, tertia inter vtramque media ad facultatem rationalem referatur. Et quoniam vbique peripheriarum diffe-rentiæ particulares occurrunt, proinde & ſingulas in tres minores alias ordine diſtribuimus, & ſic deinceps ſeruata ſæpius ſacræ ternionis analogia. Sed illa eſt animæ rationalis vis atque pernicitas, vt & numerum pro arbitrio variet, ac licet illius ſphæra intra maiores cæteras collocetur, ipſa tamen ſuperato vel obis immenſi ambitu cæteras quandoq; contineat, & complectatur. Fitque hoc modo, vt & contentum continẽtis induat rationem; vt animus ſeſe quodammodo & ſe ſuperiora cognoſcat, fatoque (iuxta Platonicos) longè ſublimior, eius ſe poteſtate prorſus abſoluat. Sunt itaque claſſes præcipuè tres, Phyſica, Rationalis, & Metaphyſica: ſed & hæ rurſum triplices iuxta contentæ imaginis vel continentis exemplaris neceſſitudinem: ſunt enim & idæarum genera triplicia; quædam ſolius continentis ſiue ſigilli rationem præ ſe ferunt, quædã imaginis tantum, quædam denique vtriuſque. Ac licèt vnus ſit Deus exemplar omnium, ſolius continentis vniuerſalis notam vſurpans ſibi, eſt tamen in vnoquoque mentium genere quiddã ſuperius omnia continens, velut exemplar archetypum eſt, & imago multiplex ad huius efficta ſimilitudinem; eſt & medium quod pro relatione diuerſa ſuperioris quidẽ imago, inferioris exemplar dici non incongruè mereatur.

Claſſes rerũ quæ dantur.

Claſſes triplices.

Singularum claſſium trium ſubdiuiſio.

Vt anima in conſtituendis ordinibus & partitionibus rerum infinita.

Summa diſtributionis antecedẽtis.

Exẽplar in vnoquoq; claſſiu genere vnicũ eſt, imagines duæ, ſic vt ternarius in nouenarium proferatur.



Quod autem ad partes vniuſcuiusque ſeu particulares ordines ſpectat, habent & nouem iſtorum ordinum ſinguli ſcalas tranſuerſas alias, plærasque rectas, ac tertias velut obliquas, cuiuſmodi omnes licebit vel dimenſionũ triũ, vt lon-

Digitized by Google

vt longit. latitudinis atque altitudinis nominibus insignire, sic tamen vt altitudinis ratio vbique sit cæteris absolutior, ipso dumtaxat genere triplex, & primis generibus classium æquè communis, quippe quæ omnem relationis idæã primario in se comprehendat. Etenim in Metaphysicis classibus tribus vbique relationis sunt ordines ad idem continuum loco, tempore, vel æquiuoca similitudine. In Physicis tribus secundum eiusdem essentiæ rationem, idem subiectum vel accidens. In tribus classibus Logicis circa idem instrumentaria collatione & circuitu facto, vel vt instrumenta diuersarum specierum inuicem comparentur, vel eiusdem speciei plura, vèl vnius instrumenti partes inter se mutuò. Exemplar primum vbiq; est velut cómunior ratio, cuius nimirũ instinctu posterior imago dirigitur, cum hæc vicissim illius velut soboles, notas exhibeat particulares magis rationi aut sensui manifestas. Sic enim oportuit non solum in creatione vniuersi, sed & consideratione qualibet mentem corporibus alligatam paulatim à superis ad inferiora duci, vt hinc similiter sursum eadem graduum necessitudine conuertatur. Sed pressius singula atque euidentius forsan sub tabellarum effigie referemus.

Quid sit exemplar primum in vnoquoque classium genere.

Quid imago.

Vsus singulorũ.

TYPVS CLASSIS METAPHYSICAE

Primus, pro exemplari & idea priore, secundum conceptum sublimiorem magisque Metaphysicum.



Pro longitudine.

A B C Scala transuersa rerum ab vno ad infinitam multitudinem atque materiem. *Partium materialium in scala transuersa.*

A quidem gradus entium maioris participationis, boni, veri, vnius, & pulchri.

B Gradus entium mediæ participationis.

C Gradus entium inferioris ordinis ac minoris participationis.

Pro Latitudine.

D E F Scala recta à parte continentium, vt sphærarum. *Partium materialium in scala recta.*

G H I sinistra à parte contentorum, vt animalium, &c.

D quidem & G vtrobique opacitatis, abyssi atque materiæ.

F & I lucis & formæ nobilioris.

E & H vtrobique ordinem in scala recta demonstrat eius analogiæ siue proportionis quæ est inter lucem & abyssum, inter formã atque materiem. Velim te verò hîc contemplari segmenta singula A B C in latitudinem exporrecta distribui singulis quæ in longitudinem prorogantur. Quod & in tabellis sequentibus etiam atque etiam obserues monco. *Omnia ferè in omnibus cõtemplãda penes cõtinuam quandã analogiam.*

Digitized by Google

Eiusdem exemplaris Metaphysici altera delineatio ad Physicam rationem propius deuergens.

Assumatur eadem figura quæ prior. Hic

A B C scalam transuersam à caussis primis ad effectus vltimos denotabit.

A quidem gradum caussarum extrinsecarum maximè, quas Græci προκαταρχέντες vocant, effectrices primo Latini & remotiores nuncuparunt.

B Gradum refert caussarum præcedentium.

C Proximarum & continentium.

Reliqui scalæ rectæ ordines D E F à parte continẽtium rerum, quæ in vniuerso sunt. G H I autem à parte contentarum, formæ materiæque distributę classes ostendunt, & inter vtramque analogiæ mediæ, vti supra. Sunt enim & inter materiales formas & formantes seu principes, continentes aliæ, aliæ pręcedentes & procatarcticæ, vt fusiùs alibi demonstrabitur.

Iunges autem ordinibus singulis in altitudinem id quod in hac classe velut præcipuum est, iuxta tres rerum præcipuos gradus; segmenta quoque confusa continuę dependentiæ ad idem principium temporis & loci, iuxta illorum scilicet differentias III. quæ quia intelligenti à sensibus inolescant, ægrè idcirco à Metaphysicis abstrahuntur, quorum relatio ad idem potissima iuxta tabulã præcedentem in illa rerum æquiuoca similitudine & dissimilitudine continetur, signis interim secundariò & à relatione Physica mendicatis, prout vnumquodque situ, tempore præcedit vel sequitur. Vbi tamẽ nihilominus præcipua vis ab intellectu est referẽte singula ad idem principium quantitatis, quæ materiæ vt comes est indiuidua, vnde & hanc classis Metaphysicæ partem velut nonnihil ambiguã vsq; ad Physicen prorogaui. Ratio in sequẽtibus elucescet.

Triplicium classium, alterni transgressus.



Partium enarratio in scala trãsuersa. Classiũ segmẽta in varios numeros distrahi, quorum tamen ternarius velut fons, & caput existat.

PRO IDÆA MEDIA SIVE præcipua classe Metaphysica schæma subiectũ intueberis.

Hic ordo est Analogicus Platoni maximè familiaris.

A B C D E scala transuersa mundorum ordine quintuplici inuicem dependentium, quem tamẽ pro intellectus varia comprehẽsione, vel in ternarium licet contrahere, vt par sit vbique diuisionis proportio: vel extendere in septenarium, vel ad alterius numeri harmoniam religare, cuius tamẽ ternarius sit velut elementum primum.

Scala

Scala recta dexterior F G H I, & ſiniſtra K L M N rerũ ſunt circuli, ex quibus vniuerſi natura conſiſtit, F quidẽ & K ipſorũ corporũ: G & L qualitatũ quæ ſpiritus corporibus iungunt. H & M ſpirituum qui animas qualitatibus nectunt. I & N formarum gubernatricum ſeu principalium claſſes oſtendunt, à dextris quidem L H G F rerum continentium, à ſiniſtris cæteræ K L M N rerum quæ à dextris continentur. Rurſus in A quidem rerum quæ pertinent ad mũdum incorporeum atque intelligibilem maiorem, angelis ſcilicet & intelligentiis liberioribus deſtinatum. In B eorum quæ ad mundum corporeum maiorem, vt cæli, ætheris atque orbis ſublimioris. In C quæ ad minorem mundum & incorporeum ſpectant, vtpote ad animum humanum vinculum & nodum totius vniuerſi. In D eorum quæ ad mundũ corporeum minorem referuntur, ad corporis ſcilicet humani fabricam, mundi maioris atque ſenſibilis imaginem, vti animus ipſius eſt mundi intelligibilis. Poſtremò in E tranſuerſo circulo rerum congeriem imaginandã propoſuimus, quæ ad mundum artificialem ſiue rempublicam bene conſtitutam, nec non ad artium œconomiam, & cuiuſlibet ſcientiæ ſyntaxim ordinatam à ſupernorum orbium analogia traducuntur. Cogitabis itaque in horum mundorum vnoquoque eum eſſe concentum & ligaturæ muſicæ ſpeciem, vt paſſim ſuperna ſummis, inferna infimis, media quoque mediis pari proportione conſentiant. Vt ſint in ſingulis velut quædam corpora, ad materiei rationem proximè deuergentia; quanquam in rebus incorporeis ipſa natura abſtractior omnem penè compoſitionis & diuiſionis modum ſubterfugiat. Sed loquor humano more, & iuxta Plotinum, qui & ſuam quandam materiã in angelis poſuit non tam verè materiem, quàm quatenus ab intellectu noſtro reſpectu ſenſibilium rerum, quibus immergi ſolet, penesque ſimilitudinem, proportionem, atque metaphoram ſic ſeſe habere concipitur. Eſt igitur ſua quædam cuique materialis portio, velut compoſitionis baſis, eſt & aura ſiue vehiculum ſpiritus qualitatum ſyndrome, ſcilicet ad ſpiritus animæque & corporum nexus imprimis neceſſaria. Sunt & ſui cuique ſpiritus, ſua anima velut forma totius præſes & gubernatrix. Confer te demum per ordines ſingulos, & diſcurrens obiter in latitudinem modò, modò in longitudinis ſcalam, & in omnibus omnia per analogiam harmonicam ſedulò contemplatus, videbis ilicò per intellectus aciem, Homeri illam catenam auream, à Luciano toties decantatam, qua mundi res ſingulæ ab vno dependent, & ab eodem delapſæ in infinitæ multitudinis chaos conuerſa ſerie ad idem principium, ad vnitatem indiuiduam, præclari velut cuiuſdam tripudij choro, aſſiduè reuertuntur. Sed hæc expreſſius in maiori tomo (ſi diis viſum erit.) Nunc vide tabellam alteram, eiuſdem Metaphyſicæ claſſis velut idæam tertiã præ ceteris antepoſitis ſenſui maximè planam, qualis rurſum extendi & contrahi modis ferme infinitis poteſt.

Partiũ enarratio in ſcala recta.

1 *Mundi quinquplices.*

2

3

4

5

Concentus omnium.

Singula in ſingulis eſſe, quomodo accipiendum.

Catena aurea Deorũ omnium ab Homero celebrata.

CLASSIS

Digitized by Google

CLASSIS METAPHYSICAE IDAEA TERTIA *vmbratili tantum ratione depicta.*

Partium explicatio in transuersis ordinibus mutuo se consequentiũ. Creationis triplicis ordo in vniuerso, vnde & principiorum effluxus omnisque essentia.

I Esse simpliciter.

2



Transuersi circuli D E F triplicis creationis seriem demonstrant, D quidem à Patre, virtute stabili, vnde esse simpliciter prodit (si paulo altiùs loqui iuxta veterem theologiã fas est) centro comparabile, estque vt exemplar omnium, vt sigillum, archetypum, & cõceptus vniuersi. huius series omnino consona est cum mundi iam actu formati partibus atque concentu. E, seriem creationis alteram notat, à diuino spiritu scilicet virtutisq; radio velut in rectum prorogato. Hinc esse cõmune atq; protensum indefinitè, areæ sphæricæ cõparabile, tanquam generationis rudis inchoatio; quæ statim & duplex occurrit, primũ absq; reuolutione perfecta in G circulo, vnde principiorũ ortus planè indeterminatus: ea numero triplicia recensuimus ex radiorũ impulsu in lõgit. materiẽ primã, ex ductu in lõgit. & lat. formã, ex impetu tertio in altitudinẽ omnesq; dimensiones, proportionẽ extermorum vinculũ. Materiei indefinitas qualitatum differẽtias assignauimus, præter cæterorum forsitan opinionem peruulgatã, eæ sunt æquabilitas, asperitas, & extremorum mediocritas, humoris cuiusdam imaginem vel glutinis materialis præ se ferentes, quo partes magnitudinis inuicẽ copulentur, dicente scriptura sacra: Erant aquæ super faciem abyssi. Formarum differentias primas statuimus perspicuitatem lucis, opacitatem, & mediam qualitatẽ tertiã. Proportionis verò æqualitatem vnicam, & species inæqualitatis duas, maioris scilicet atque minoris. Quod si iam nectas singula singulis, variæ exurgent cõpositionum differentiæ, quarum contextu in eodem E circulo & creationis ordine elementa catholica numero totidem, indefinita quidem adhuc secundum speciem, sed ex radij diuini reuolutionis subobscuro rudimento, determinatiora paulo in H quàm erant in G ipsa principia prima. Materies enim iã posterior in qua actu contemperatio est humoris æquabilis cum luce perspicua, elementum producit aëreum tam in cælis atq; ęthere, quàm in orbe sublunari. Lux, humor, qualitatum vtrinque mediocrium confluentes, aurã elementarem præstant extremorum mediam, & connexionis vlterioris instrumẽtum. Lux opaca cum humore aspero & inæquali indefinitum constituunt terræ elementum in singulis quoque mundis & mundi partibus conspicuum, eadem serie qua elementa cætera A B C in longitudinẽ scalæ vniuersim prorogantur,

Esse commune.

Principiorũ ortus indeterminatus maximè.

Materiei ortus.

Formæ.

Proportionis.

Singulorũ principiorũ indefinita qualitates.

Elemẽtorum Catholicorum ortus indedeterminatus.

Eorundem ortus determinatior.

Aeris ortus.

Aura media ortus.

Terræ ortus.

Digitized by Google

rogantur, vt ſint A & C quidem extremorum ordines, B verò ipſius vinculi & proportionis mediæ. Poſtremò F litera tranſuerſam ſeriem ſignat creationis tertiæ atque poſtremæ à verbo ſeu filio virtutis diuinæ radio in orbem vndique circumacto, vnde eſſe perfectum in rebus apparet circumferentiæ comparabile, velut partus vniuerſi huius gradus ſunt, ordo, cõnexio, vita. Diſtribuitur autem eiuſdem creationis ſubiectum primò in mundum maiorem, minorem, & minimum, ſiue rempublicam humanam. Horum trium vnumquodque partem habet ſui corpoream, incorpoream, & mediam. In ſingulis rurſus à dextris velut continentes ſpheræ: à ſiniſtris velut contenta animalia, quorũ alia ſupremum rurſus ordinem, inferiorem alia ſibi, tertia mediam regionem vendicarunt. Poſtremò in omnibus apparet ordo quem ante præſcripſimus, corporum, qualitatum, ſpirituum, animarum. Vel (ſi intra ternarij fines malis perſiſtere) apparet portio quædam aërea, quædam terrea, quædam cum auræ mediæ natura planè conſentiens. Nam quod ad ignem & aquam attinet, ſunt & hæc elementa, ſed ſenſibiliora, iuxta Hippocratem, ſed poſterioris cuiuſdam compoſitionis, virtute ſcilicet lucis perſpicuæ vel opacæ in aërem, vel terram vlterius progreſſa. Diuidimus igitur planiùs mũdi ſenſibilis machinam in regionem cæleſtem, ætheream, & ſublunarem, in harum ſingulis primæ compoſitionis elementa ſtatuimus aërem, terram, & auram mediam. Poſterioris compoſitionis ignem, aquam, & auram rurſus vtriuſque mediam: ſic tamen vt in cæleſtibus forma ad lucis magis accedat ſpeciem, ad ſplendoris in regione æthetea circa lunam ad luminis vim in ſublunaribus, ad colorem in mixtis atque compoſitis orbis inferioris. Similem partitionis normam in mundis eçteris, & (quæ cuique ſunt) particularum differentiis Marte tuopte (ſi paulum aduigiles) facilè deprehẽdes. Sed vt iſtius ſchematis vtiliorem dumtaxat portionem rudiuſculè demus, huc mentem aduertito.

3

Eſſe perfectum. Ordo. Connexio. Vita. Partes creationis tertiæ.

Ignis & aquæ cuiuſmodi ſint elementa.

Diuiſio vniuerſi maximè plana.

Digitized by Google

Mundi opifex iuxta Merc. Trismeg. Materiei purissimus aër, Aeris anima, Animæ mens, Mentis denique DEVS *ad efficientiam exigit.*

	1 MATERIEM, ceu subiectum vltimum.	2 QVALITATEM, vt vinculũ spiritus.	3 SPIRITVM, vt vinculũ animæ.	4 ANIMAM, vt totius præsidem formam.
IN MVNDO INTELLIGIBILI	*Lux intelligibilis in glutine materiali consimili.*	*Qualitates intelligibiles.*	*Spiritus intelligibiles.*	*Intellectus purissimi.*
IN CAELESTIBVS	*Lux corporea cælestis & firmissima concretionis.*	*Cælestis calor ex luce perspicua, & frigus cæleste eiusdem vinculũ ex luce opaca vel inperspicua.*	*Cælestis spiritus inferiorum gubernatores.*	*Intelligẽtiæ orbium cælestium gubernatrices.*
IN ÆTHEREIS	*Corpora splendida mediæ concretionis.*	*Calor æthereus, frigus æthereum.*	*Spiritus ætherei.*	*Dæmones.*
IN SVBLVNARIBVS	*Corpora luminosa infirmæ cõcretionis.*	*Calor elementaris & frigus illi oppositum.*	*Spiritus elementares.*	*Heroës.*
IN ANIMANTIBVS	*Corpora colorata concretionis polymorphæ.*	*Calor animãtis Hippocrati innatum calidum, huic frigus innatum opponitur.*	*Spiritus animæ idæas continens & rationes rerum agendarum, vel ante fœtus formationem.*	*Animæ.*
IN HOMINIS ANIMA	*Sensus, in quo obiecta sensibilia.*	*Imaginatio, in qua phantasmata.*	*Ratio, in qua discursuum seminaria comp. & diuis. rudimenta.*	*Mens, in qua notiones, καὶ κοιναὶ ἔννοιαι.*
IN REPVBLICA	*Corporeæ partes in republica, vt principatus, magistratus, populatus.*	*Legum, qualitatũ, & circumstantiarũ velut nexus propiores.*	*Legum ritus et ceremoniæ, velut vincula.*	*Legum rationes velut animæ earundem.*

QVATERNIO PYTHAGORICVS PER MVNDI *septenos ordines pari proportione distributus.*

Quàm

Digitized by Google

Quàm multa ſtatim ex hac connexione cuique argumentari liceat in facultate ſua, nulli niſi ſtupidiſſimo dubium reor. Sed non eſt quod rationes omnium vel diduci latius, vel iſthic particulatim à nobis excuti velis: Sunt enim hæc loci alterius, temporis atque negotij. Atque vtinam quæ nunc pro vtiliſſimis tradere in ſcopum propoſitum volui, id fieri quàm pauciſſimis poſſit, ne nimiũ videar in docenda Methodo ipſius Methodi ſepta tranſiluiſſe. Verùm age nunc ad claſſes Phyſicas vela vertamus.

CLASSIS PHYSICAE TYPI.

Prior pro exemplari claſſis Phyſicæ ſecundum idem habitudine ducta ab imaginatrice potentia.

1 *Sub notione magis rationali ordo vniuocus Ariſtoteli familiarior.*



In Longitudine.

A Summorum generum gradum repreſentat. *Partes ſcalæ tranſuerſa in longitudinẽ prorogata.*

D Infimorum omnium atque indiuiduorum claſſem.

B Generum & ſpecierum ſubalternarum.

C Specierum ſpecialiſſimarum.

In Latitudine.

E & F differentias vtrinque velut formas eſſentiales, vel proprias vel cõgeſtitias, ſuperiorum diuiſiuas, conſtitutrices inferiorum. *Partes ſcalæ recta ſiue in latitudinẽ prorogata.*

E quidem dextri lateris.

F Prioribus oppoſitæ, & ſiniſtri lateris.

In Altitudine.

Licebit occultis notulis tres illos adiungi Phyſicos continuæ dependentiæ gradus, quorum præcipuus ſecundum communem atque eandem ſubſtantiam, alter ſecundum idem ſubiectum, tertius ſecundum accidens referatur. totus enim hic ordo prioribus totis ferè promiſcue complicatur. *In altitudinem.*

Digitized by Google

2 *Sub motione magis reali, eaque rursus vel Physica magis in rectum vel Metaphysica transuersim incedens, quarum vtraque intra priorem sit comprehensa.*

In scala transuersa. A B Ordo partium maiorum totius integralis. B C Minorum partium. C D Minimarum.

vel Temporis præteriti. Temporis præsentis. Tẽporis futuri

Rebus enim sensibilibus cunctis per phantasiam illico nectũtur locus & tempus. Vnde hæc scala ad Physicos equè & Metaphysicos spectat cum & latitudo quæuis longitudinem in se contineat.

In scala recta E Rerum quæ ad ignem analogæ sunt. F Rerum aëriarum. G Rerum aquearum. H Rerum terrearum.

vel in E Corporeæ substantiæ communionem significet. F Qualitatum. G Spirituum. H Animarũ & formarũ gubernatricum.

Licet enim sic variis nominibus atque segmentis dispescere nunc scalam rectam, nunc transuersam, modò relationis species, quæ secundum idem commune vertitur, sua nequaquam septa transcendat.

Partium enarratio in Scala trãsuersa.

Partium Scala recta explanatio.



Idea Media classis Physicæ.

Hic rursus A B C D E quinque transuersi circuli rerum quæ sunt in vniuerso, sphærarum scilicet & animaliũ. In A quidem sint immortalia. In B rationalia. In C sensibilia. In D animata. In E corporea. Hunc ordinem in continuum proportione pari vt proroges licet.

Scala longitudinis dextra ad mundi essentiam spectat, rerumque successiones ex essentia profluẽtes, in F quidem, actiones, in G proprietates, in H formę intimæ, principes atque essentiales.

Scala longitudinis sinistra accidentium cæterorum, & rerum est magis in sinu materici collocatarum, vt I. eorum accidentium quæ ad figuram propius spectant, quantitatem dico, qualitatem, locum, & tempus. etsi K naturales magis potentias referat, vel impotentias, L verò passiones atque passibiles qualitates.

Ex

Digitized by Google

EX ANTEDICTIS PATET

Eiusdem classis Idæa posterior, & hæc, vt cuique ingenium fert, formæ quoque multiplicis assignari potest.

1 *Secundum accidentium magis communionem manifestam.*

	Lux perspicua cum humore æquabili.	*Lux perspicua cum humore inæquabili.*	*Lux opaca in humore inæquabili.*	*Lux opaca in humore æquabili.*
	Calidum Humidum.	Calidum Siccum.	Frigidum Siccum.	Frigidum Humidum.
ELEMENTA COMMVNIA.	AER	IGNIS	TERRA	AQVA
ELEMENTA CAELESTIA.	Lux qualis in ♆ ♀	Lux qualis in ♂ ☉	Lux qualis in ♄ ☿	Lux qualis in ☾
ELEMENTA AETHEREA.	Splendor aut vehiculum aëreum.	Splendor aut vehiculum igneum.	Splendor aut vehiculum terreum.	Splendor aut vehiculum aqueum.
ELEMENTA SVBLVNARIA.	Lumen aëreum ex perspicuo & æquabili.	Lumen aut subiectum igneum ex perspicuo & inæquabili.	Lumé terreum ex opaco & inæquabili.	Lumen aqueū ex opaco & æquabili.
HVMORES ET TEMPERAMENTA	Sanguis & sanguineū temperamentum.	Cholera & bilioſa crasis.	Atra bilis & crasis melancholica.	Pituita & crasis phlegmatica.
AETATES.	Pueritia. Pubertas. Adolescentia.	Iuuentus. Aetatis virilis exordia.	Senectus & ætas decrepita.	Virilis ætas. Senium.
ANNI TEMPORA.	Ver Galeno temperatum.	Aestas.	Autumnus Galeno inæqualis.	Hyems.
CARDINES MVNDI.	Meridies.	Ortus.	Septentrio.	Occasus.
VENTI.	Auster cum collateralibus.	Eurus.	Aquilo.	Zephyrus.
PARTES ANIMALIVM.	Caro, pulmones, medullæ.	Parenchymata, vt hepar, splen, cor.	Solidæ partes, vt ossa, nerui, cartilag. venæ, arteriæ.	Cerebrum, adeps, stomachus, intestina.
PARTES VINI, OLEI ET SIMILIVM.	Flos { Vini. Olei.	Vinum feruentius aut oleum.	Fex { Vini. Olei.	Mustum aut oleum quod iam concoqui pridem cæpit.
ANALOGIA accidentiū cæterorū prę-sentium sensibilium. { Visu Auditu Gustu Olfactu Tactu.	*Aëreo.* Aequabilia tenuia.	*Igneo* Tenuia leuia, sed inæquabilia.	*Terreo* Crassa & inæquabilia.	*Aquæo* Crassa, sed æquabilia quæuis.

Confuſus partiũ, & habitudo mutua in claſſe Phyſica.

Patet hic habitudo maximè quæ ſecundum idem appellatur: nam vel ſecundum ſubſtantiæ communis analogiam iſta coordinantur, naturæ ſcilicet igneæ,aëreæ,aqueæ,terreę participationem,vel ſecundum accidentium communionem,calidi,frigidi,humidi,ſicci, quorum cõſenſus vim formæ interioris magna ex parte comitatur. Pulcherrimè quoq; ex eodem fonte deduces, quæ quibus conſentiant maximè, & quibus offendantur, iuxta formarum eſſentialium accidentalium ſympathiam & antipathiam. Ita enim iuuenibus morbi bilioſi magis incumbunt,propter ignis communionem;iidem æſtate & ventis orientalibus imprimis accendi ſolent;& ſi temperati ſunt,ſimilibus gaudent;ſi pro naturæ conditione intemperati,à contrariis facilè temperantur, vt hyeme & flante potiſſimum zephyro. Similiter de cæteris ratiocinabere.

Vſus.

Exemplum.

Eiuſdem ordinis atque Idææ figura altera,cum exemplari claſſis Phyſicæ primo exactius quadrans, & res coaptans ſecundum eſſentiæ communionem magis occultam, tam in accidentibus quàm ſubſtantiis ipſis; particulatius tamen expreſſa paßim in Dialecticorum monumentis.

Partium explanatio.



Tres ſunt naturæ totius orbes præcipui, A quidem idęarum relationũ omnium atq; entium rationis, B ſubſtantiarum, C verò accidentium cæterorum. Finge verò in A & B ſuos particulatim quotlibet reſpondẽtes inuicem. In C verò claſſium prædicamentalium interpuncta, Quãtitatis ſcilicet, Qualitatis, Actionis, Paſſionis, Loci, tẽporis, Situs, Habitus. Finge & circa ſubſtãtiæ interordinia orbis accidentalis circulũ verti, deprehendes & iſthoc modo habitudinem quæ ſecundum idem eſt, modo tamen magis rationali, quíque iam pene circa idem diſcurrentis animum rapere videatur. Apparet enim intuentibus obiter hæc claſſis cum illo exemplari primo nonnihil ambigua. Nam vti à ſenſu proficiſcitur primum,& ex conſideratione ſecundum idem, ad phyſicen facultatem propius ſpectat: vti verò ex animorum agitatione circa idem, atque ex peripheria accidẽtium circa ſubſtantias,formarum circa ſubiecta,naturæ communioris circa ſingula, vbique ſub nominibus entium rationis,magnam hinc ſanè ſuæ conſtitutionis partem diſcurſioni Logicæ debet. Vnde profecto & definitiones,diuiſiones q̃, & demõſtrationes logicæ vel rationales magis, tum ex iſthac,tum primo phyſicæ claſſis exemplari,quàm illa propria & ſibi dedicata rationali claſſe trahuntur. Eadem verò inſtrumenta quatenus phyſicam appellationem ſubeant, ex præcedente ſchemate viuidiùs effloreſcunt, vti ex ſequentibus facilè diſces.

Inſtrumentorum Dialecticarũ primi exempl.

Sed

Sed superest classis Logica siue rationalis, tertia quidem quo ad nos, sed media inter priores naturæ ordine collocanda.



CLASSIS RATIONALIS PARADEIGMATA.

1 *Prius quod exemplaris Archetypi locū habet in animis nostris, hac fermè ratione describitur.*

Pro Longitudine.

Interior circulus A Deus omniū A ϗ Ω, fons veri, vnius, boni: fons omnis essentiæ vitę, & pulchritudinis, expers omnis compositionis, loci, & temporis. Circa hunc orbes ingentes 4. transuersi sese conuertunt, mentemque humanam ad motus illius instar Methodicæ circumducunt.

Partium transuersarum anatome.

Orbes 4. circa Deum velut centrum perpetuo reuoluti, quorum particulatim singuli in 3. portiones alias distribuuntur. Atque hic triētes iuxta essentia speciem differunt, sed ipsi gradatim circuli iuxta recessus accessusque gradus ad Deū, vel materiē primā.

B. quidem Idearū omnium, et simplicioris essentia triēs.

- *Idæas simpliciores ostendit in 1. circulo.* quales in mente Archetypi vigent.
- *Rationes in 2.* quales in anima pullulascunt
- *Semina in 3.* quales in natura aut qualitate
- *Formas in 4.* quales in mole materiali maximè efflorescunt.

Hic circulorum triens ad esse simplex penitus spectat.

C Naturæ seriem monstrat indeterminata passim ratione diffusæ.

In
1. Quidem circulo mentis stabilis, cui annexa est numeri ratio.
2. Animæ mobilis per se, cui inest & numerus & tempus.
3. Naturæ mobilioris in alio, non ab alio, cui subest & numerus, & locus, & tempus.
4. Molis materialis magis atque corporeæ, mobilis in alio, & ab alio, cui annexa sunt numerus, locus, tempus, & ἀναξία.

Hic circulorum triens ad esse commune altius spectat.

D Mundorum ordinem prę se fert, interni intelligibilium superiorum, externi circuli eorum magis, qui circa intelligibilium imagimem assidua cognatione reuoluuntur.

In
1. Mundus intelligibilis maior.
2. Mundus maior corporeus.
3. Mundus minor, seu μικροκόσμος homo.
4. Mundus artificialis, vt scientiarum constitutio & ceip.

Hic triens ad esse perfectum magis est referendus.

Digitized by Google

c Fati initium.

M Eiuſdem perfectionem ſignificat.

E Vitam ſuperiorem, penes quam, cum libet, ſupra Fatum attollimur.

F Vitam inferiorem, quæ nos in fati abyſſum præcipites vocat, niſi alis ſubducti Platonicis pedem maturius ſupra alterum hæmiſphærium eleuemus.

Pro Latitudine.

Explicatio partium ſchalæ tetæ. M N O ſcala circuli recti pro cognitionis ala dextra, quæ veritatem velut obiectum reſpicit. Vbi M quidem intellectus gradum exhibet. o phantaſiæ. N verò rationis mediæ. I K L eiuſdem circuli recti ſcala dextera, pro appetitus & volútatis ala, cui & nos tria ſegmẽta inſculpſimus, vt in L quidẽ ſit amor cęleſtis & ſolidus. In I vanus & voluptuarius. In K alter quidá ἀλλοτριόστολος.

2 *Schæma ideæ Mediæ atque præcipuæ claſſis rationalis, quæ ſuperiorisquidem velut imago eſt exemplar poſterioris.*

Transſertis vtilitatis explanatis.



Hic ordo totus per tota extrema diffuſus, verorũque particeps, æquè & Platoni & Ariſtoteli celebris, ſed maximè Galeno atque Hippocrati, ex quorum officina Methodi totius ratio penè defluxit.

A Velut cóclusio circa quá vertuntur orbes cæteri B C D.

B Quidem circuli tres, naturæ communionem omnem atq, diuerſitatẽ inueſtigant. &

B quidem in orbe
1 Naturæ cõmunionem, & diuerſitatẽ ſecundũ relationẽ ad idem totum ſiue principium.
2 Eandem penes etiã rationis.
3 Eandem penes accidentium habitudinem atque ſubiecti.
} Primi ſitus B

Et hæc quidem omnia diuiſione & reſolutione illi oppoſita perfici ſolent.

C Circuli rurſus in cauſſæ & effectus dependẽtiã elaborãt.

c quidem in orbe
1 Ratione intellectuali Metaphyſica, & ad idem factarelationẽ, hinc definitio Aetiologiſtica.
2 Ratione Logica, & circa idem, ſub nominibus rationis, hinc definitio Rationalis.
3 Ratione Phyſica, ſub habitudine ſigni & ſignati, hinc deſcriptio.
} Secundi ſitus c

Vniuerſa

Digitized by Google

Vniuersa igitur per ætiologismum & definitionem.

D Circuli, inuentionem medij moliuntur,

In orbe { 1 Facta demonstratione per caussas sub caussæ nomine, & consideratione Metaphysica. / 2 Per caussas sub generis vel differentiæ nomine, vel totius compositi. / 3 Per caussas sub accidentali notione. } Trientij tertij. D

Hinc verò demonstrativa Methodus, quarum alia ex probabilibus, alia ex necessariis comparatur.

Rectorum orbium G H I scalam insinuat dextram, earum specierum quæ se animis nostris ad veri cognitionem tendentibus offerunt: quarum in G. quidem sunt species verissimæ; in H eædem ambiguæ; in I verò falsæ & personatæ. Scalæ sinistræ gradus K L M, similiter species virtutis appetitricis ostendunt: K quidem ingenuas veras: L ambiguas: M fucatas atque vmbratiles. Sed classis Logicæ duplicibus scalis, in longitudinem scilicet ac latitudinẽ exporrectis, restat in altitudinem tertia, cõmunis (pro altitudine) & classis eiusdem typis cæteris primo ac tertio scilicet. Nam vti occultis lineolis in Metaphysica classe pro altitudinis scala relationis continuæ gradus ad idem signari fecimus, in Physicis secundum idem; ita & hic tres sunt secundum idem permistim infusi continuæ dependentiæ gradus, ordinis instrumẽtarij circa conclusionem videlicet, prout nimirum in hoc ipso vel totius generici, vel specici, vel integralis partes connexæ inuicem comparantur. Ex ante protracto schemate (tanquam ex parente soboles) sequens figura dependet.

Rectorum orbiũ explicatio.

Partium scala obliqua et in altitudinem propagate explicatio.

3 CLASSIS RATIONALIS IDAEA POSTERIOR.

Pro Longitudine.



A Sphæræ totius centrũ ipsa est cõclusio, circa quam orbis instrumentorum vertitur; cuius quidẽ reuolutionis certiora auspicia partim ex classis Physicę idea prima, partim ex Metaphysices posteriore trahuntur.

Orbium machinarum distributio.

A 1 Ignoti simpliciter vestigationem spectat, cui debentur definitio, descriptio, nominis interpretatio.

A 2 Multiplicis indagationem respicit; cui si multitudo coacta est; diuisio quadrat; si dispersa, resolutio simplex.

A 3 Propositionis fidẽ explorat, dum termmorũ nexus in medio contẽplatur ipsius demonstrationis subsidio. Orbis interior intellectiuę potissimũ facultati, & discursioni Metaphysicæ cõparatur: Sequens rationali: Postremus Physicæ atque imaginatrici.

Digitized by Google

Vnde in B quidem ſtatuimus inſtrumentum prius, quod definitio nominatur, vt:

In orbe
1 Ea ſit definitio quæ per cauſſas expreſſe, atque ſub habitudine ad idem (principium vel effectum ſcilicet) eſt inſtituta, Logici cauſſalem vocant.
2 Illa quæ cauſſas quidē explicat, verum ſub nominibus entium rationis, & hæc quidem veriſſima definitio eſt.
3 Illa quæ accidentaliter ſumpta eſt à ſubiecto ſcilicet vel eius paſſione, vt ſunt cuncta deſcriptionum genera.
} Trientis primi. 2

In arcu C diuiſionis ac reſolutionis inſtrumenta vertuntur.

Atqui in
C 1 Diuiſio vel cauſſæ in effectus, vel totius in partes, & his oppoſita reſolutio omnia ex relatione Metaphyſica ducta.
C 2 Diuiſio generis in ſpecies, & huic oppoſita reſolutio, vtraq; ex habitudine logica circa idem.
C 3 Diuiſio accidentis in ſubiecta, ſubiecti in accidentia, accidentis in accidentia: quibus & ſua eſt oppoſita reſolutio, vniuerſim ex relatione Phyſica ortum trahens.
} Trientis ſecundi. C

In ſegmentis arcuum D demonſtrationum ordines exarantur; atqui hic rurſum,

In
D 1 Demonſtratio, quæ per cauſſæ vel effectus habitudinem expreſſam comparatur.
D 2 Demonſtratio, quę per cauſſam ſit ſub nominibus entium rationis.
D 3 Demonſtratio Dialectica magis atque probabilis ex habitudine potiſſimum pendens, ſecundum idem ſubiectum vel accidens.
} Trientis tertij. D

Si mentem adhibeas, facillimè in huius ſphęræ ſyntagmate animorum aſcenſum omnem atque deſcenſum rationalem, deinde & peripheriam vniuerſam velut in ſpeculo contemplaberis. Eſt enim deſcenſus ab orbe 1. ad 2. denuo & hinc ad orbem primum vel intimum, ſcientiæ ſiue concluſioni proximum. Circumuolutio à B potiſſimum per C in D. donec ad primos carceres, vnde digreſſa eſt, reuertatur. Atq; hæc de tranſuerſis orbibus tantum, quibus vt latitudo claſſis cum altitudine impleatur, recti ſuperincumbunt duo, interior vnus, alter exterior, & horum ſanè ſcala dextera E F G ad ſeriem analyticam ſpectat. ſiniſtra H I K ad eius oppoſitam ſyntheſim. Quæ quidem viarum differentiæ in inſtrumentorum Dialecticorum ſyntagmate vniuerſo imprimis eluceſcit. Cùm enim vulgata quædam ſit Methodus excutiēdi thematis, quæ quia per quæſtiones cathenatim incedit, rectè ἱστορηματικὴ dicta eſt, plærisque tamen vel pro præcipua circumfertur, etſi totius Methodi ſiue catholicæ pars, vel inſtrumentum verius appelletur, idcirco iuxta eandem quæſtionum ſeriem, quæ à ſimplicibus ordine ad cōpoſitiores, & hinc ſe rurſus in orbem quandoque circumagit, nos & huius diſcurſionis logicæ ſyſtema vniuerſum in tria partiti ſumus, iuxta comparationum differentias, quibus hæc inſtrumenta logices, nunc ſyntheticῶς, nunc analyticῶς ad inuicem referuntur.

Diſtributio partium in ſcala tecta.

Methodus vulgaris & ἱστορηματικὴ.

Prima

Digitized by Google

Prima igitur collationis ſeries ſit velut in E inſtrumentorum diuerſi generis inter ſe. Sub huius ambitu interni circuli L demonſtrationum nomina, M punctus, diuiſiones ac reſolutiones rerum ſimplicium (nos compoſitiones rectius appellamus) N verò definitiones deſcriptionesque continebit. *Prima inſtrumentorum comparatio.*

Altera collationis ſpecies in F exiſtit inſtrumentorum eiuſdem generis inter ſe, idque ſecundum magis minuſque communis rationem, & hæc proinde comparatio, ceu particularior intra priorem eſt comprehẽſa, licèt & penes totius analyſeos filum eandem appoſitè conſequatur. Sic verò ſub huius ditione interni circuli, Q quidem communiorum Argumentationum, Diuiſionum, Reſolutionum, Definitionum; P minus communium; O proximarum & particularium maximè ſtationes exhibebit. *Secunda.*

Poſtrema inſtrumentorum Logices comparatio in ſingulis patet, cum horum inſtrumẽtorum quodlibet totum diſſoluitur in partes, maiores primum vt in R. deinde & in minores ordine, vt in S. tandem & in minutiſſima ſcrupula, vt in T. Quod ſi orbem tibi diſcurſionis penè perfectum voles, hinc rurſus ſumptis auſpiciis paulatim à partibus inſtrumenti cuiuſque ad totius compoſitionem, à minus compoſitis ad perfectiora ſingula, ab vniuerſalibus denique ad particularia, vel à remotioribus ad illa proxuma, minuſque communia inſtrumentorũ genera, oppoſito cõpoſitionis ordine progredi licet: vt eorundem orbium ſiniſtræ ſcalæ deſcenſus oſtẽdit, primũ in H particulatim T S R, in G rurſus Q P O, poſtremò & in K interioris ordinis gradus N M L. *Tertia.*

Habes conſtituendorum ordinum confuſam hactenus & indeterminatam rationem, ſed opportunam maximè & veritati proxumam, quippe quę ad ſtabiliendam Methodum certam numerorum æquabili lege conſentiat, ab ipſa autem naturæ opificis ſimilitudine protrahatur. Priuſquàm verò diſperſa nimium in vnitatem denuo referamus, hæc ſit dictorum ſumma complexio. *Concluſio.*

CLASSIVM IX. BREVIS EPILOGVS,

Cum reductione earundem ad ternarium, rurſus & hinc ad vnitatem induiduam.

CAPVT V.

CVM rerum omnium prima ſint genera duo, quorum alia in mẽte dumtaxat, alia in natura eſſe dicantur: idcirco & conſtituendarum claſſium duplex eſt ratio, rebus nimirum propoſitis, vel vt ſunt in animo tantum, vel vt in natura. Equidem quo cunctis vno negotio facerem ſatis, miſta ex vtriſq; generibus forma, compoſitionis tertium genus inueni. Mentalem etenim rerum cõſiderationem ad rationalem partem magis reuinxi cum claſſe logica, quæ ipſi imprimis ſit dedicata. Reales ordines cõtra ad intellectum magis imaginatricemq; facultatem, ad contemplationem Phyſicam, vel Metaphyſicam alligaui. *Rerum prima genera duo.* *Duæ conſtituendarum claſſium ſimplices rationes.* *Tertia & miſta conſtitutionis ſpecies.* *Ordo Mentalis.* *Ordo realis.*

Digitized by Google

Rurſus cùm in conſideratione qualibet ſiue ordinibus ſingulis, alij ſint exemplares maxime, tanquam in Deo reſides, in mente opificis primi: eorundem alij rurſus ab intellectu inferiore tãquam imagines effloreſcant, quarum & priores aliquæ, poſteriores cæteræ, ceu magis effuſæ nobisque familiares appellantur; idcirco & trinitate in ſe ducta claſſes vniuerſim effinximus nouẽ, ſic tamen vt omnes ad tres potiſſimum refluant, ſintque in ſingulis trium archetypæ quædam, velut ſigilla vel exemplaria; quædã vti effigies primę; quædam poſtremò, vt harum imagines poſteriores.

Exemplares claſſes.

Imagines priores & poſteriores.

Claſſes ex 3. nouem.

In claſſe Metaphyſica quæ ab intellectu potiſſimum pendet, exemplar id omnibus præferendum eſt, vt ordo prior in rectũ perpetuus cogitetur, à ſummo Ente ad non Ens infimum per medios gradus, penes participationẽ idæarum omnium, Vnius, Boni, Veri, Pulchri. Tranſuerſim rurſus ſtatuantur, & alij gradus rei cuique intra compoſitionem quodammodo ſubſiſtentes, à prima abyſſo ſiue materie ad auram mediam proportionis gubernatricem, & hinc ad ſuperiorem alteram, ſeu toti præſidem formam. Huius imago ſenſibilis ac magis expreſſa eſt, in rectum ſanè à mundo maiori per microcoſmon hominem, vſque ad bene conſtitutam rempublicam ſiue ſcientiam aliquam, quæ velut imago mundorum ſit omnium ſupernorum. Velut Mundus μικρότατος ad naturalis vtriuſque ſimilitudinem ab homine conformatus, qualem ille fortaſſe Prometheus finxit, cùm ignem cęlitus ſuſtuliſſet. Tranſuerſim denuo ducantur ordines plures, ab ipſis nimirum corporibus ad qualitates, ab his ad ſpiritus animamque gubernatricem, quæ cæterorum vires in ſe complexa, ſit finis compoſiti, ſit & principium anteſignanum. Nos hic maioris diſtinctionis gratia, mundorum ſingulos rurſum diuiſimus in alios duos, corporeum ſcilicet vnum, atque intelligibilem alterum, quæ vel vt partes cuiuſque antedictorum trium, vel ſpecies concipi poſſunt, & rurſum dirimi infinitis modis, cùm & ipſa in animo noſtro compoſitionis diuiſionisque poteſtas numero ſit infinita. Poſtrema imago claſſis eiuſdem fuerit, quæ iuxta creationis triplicem ſeriem mundi res vniuerſas ductu continuo ab vno trinoque fonte diducit, & cuius ſubſidio diſperſa plurimum in vnitatem optimè referuntur, vti vberius figura plenior ſuo loco & tempore demonſtrabit. Iſtarum claſſium trium ſyntagma eſt vnicum, rectis vndique, tranſuerſisque circulis exaratum, claſſis intellectualis vel Metaphyſicæ nomine comprehenſum; at circulis illis in longum latumque exporrectis accedunt alij communes ſanè figuris tribus, ac velut occultioribus notis in altitudinem ſubrigẽdi, vt cogitemus in ſingulis dependentiam mutuam ad idem vnicum per partes analogas ratione vel loci, vel temporis, vel alterius ordinis: ex quo ſimilitudo confuſa & tantum æquiuoca, naturæ certior quidem, nobis indefinita conſurgit. Sunt autem ſicut & ex diuiſione qualibet totius in partes integritatem conſtituentes; ita & ex rerum ordinibus, locis atque temporibus diſtributarum plurimi gradus. vel enim dicuntur res ſummæ, mediæ, infimæ: vel priores loco, mediæ atque poſtremæ: vel demum pręteritæ, pręſentes tempore ac futuræ. Ex hiſce claſſibus intellectus

Claſſis Metaphyſica anacephaleoſis.

Digitized by Google

intellectus ſubſidio conſtitutis inuentio quoq; confuſa primum exoritur quo ad nos: Quare & Metaphyſicus ille diſcurſus, qui cæteris prior in ſphæra rationalis animæ pro longitudine referetur.

Succedunt Phyſicę claſſes ab imaginatrice potiſſimum facultate cõpoſitæ, atq; ad diſcurſionẽ Phyſicam mox adaptandę. Huius ſyntaxeos pars vel forma exemplaris prior recto & præcipiti lapſu à ſummis generibus per ſubalterna ad ſpecialiſſima fertur, tranſuerſim diuiſiuas paſſim oſtendens & conſtitutrices differentias; vel ſi quid promi poſſit illarũ loco. Idea eiuſdem media vel imago prior in longitudine quidem ſubſtantiarum exhibet gradus, iuxta communioris minúſue communis formæ participationem: in latitudine verò formarum omnium ſeriem eſſentialiũ, accidentalium, & quæ eſſentiam comitãtur, prout eidem vel propiores ſunt, vel ab eadem longiùs ſemouentur. Imago poſterior mundi res vniuerſas ad elementorum, vel trium, vel quatuor indolem optimè religauit, quod ſanè vt ferat cuique ſententia, variari modis rurſum vel infinitis licet. nam ſiue primorum generum, ſiue elementorum mundi catalogum ſpectes, etſi (vt libro de nat. humana inquit Hippocrates) diuerſa diuerſi ſtruant; ſententiam tamen omnes eandem ineunt, vt quamuis alij duo, alij tria vel plura numero elementa conſtituãt, nonnulli vnicum tantum, etſi rurſus & inter Medicos plerique hominem ex ſolo ſanguine conformatum cenſeãt, alij ex bili tantùm vel pituita, omnes quidem verbis diuerſa proferũt; epilogum tamen eiuſdem ſententiæ vel inſcij cõprehendunt. Quod & Ariſtoteli vſueniſſe arbitror, dum de principiorum numero contra Thaletẽ, Meliſſum, Anaxagorã, &c. tantopere litigat: cùm ipſi fortaſſis minimè cõſtet quopacto principij nomẽ ab antiquioribus fuerit definitum. alij enim principium ſubſtantiæ, alij fortaſſe continuitatis, vel magnitudinis, vel efficientiæ voluerunt. Ita cùm in corporibus noſtris de venarum arteriarumque principio diſputatur, niſi quid nomine principij voles antè conſtituas, poſſum & cor vaſorum omnium, poſſum & hepar venarum principiũ affirmare. Ita ſanè & particulares de re quapiam opiniones diſſidentes in concordiam rediguntur iuxta cõceptus cõmunioris aliquam rationẽ. Sed vt ad claſſes me recipiã. Harũ quoq; figurarũ triũ cùm ſit ſyntaxis vnica ex circulis pluribus, recta, trãſuerſim excurrẽtibus; accedit tamẽ & ratio cõmunis altera, velut in altitudinẽ exarãda, progreſſus Phyſici, & ſecundum idem: vt alij ſint continuitatis gradus ſecundum idem commune genus, ſiue eſſentiam rei, vel ſecundum commune accidens, vel commune ſubiectum, ſub ſigni ſcilicet ſignatique nominibus, ex qua continuitate diſcurſus ille in latitudinem germinaſcet.

Claſſis Phyſica anacephaleoſis.

Variandi ratio in ordinibus infinita.

Poſtrema nobis eſt claſſis etſi naturæ media, quam Rationalem & Logicam appellaui, velut ex Rationis mediæ officina ſcaturientem. Huius exemplar primarium in longitudine tres voluntates habet, tres cognitionis præcipuos gradus, in latitudine Idearum ordines primo, inde & naturæ in commune diffuſæ ſpecies, tandem & mundorum omnium rerumque ſeriem, vt actu ſint diſtributæ, prout hęc ſingula circa ſuum opificem velut centrum, & circa eadem

Claſſis Logica anacephaleoſis.

dem animus noster cognitionis ala & voluntatis ascendit descenditque continuè vel penitus circumfertur. Eiusdem classis imago expressior data est, vt recto quidem ascensu descensuq; voluntatis & cognitionis tripartitæ nuper obiecta totidem numero comprehendat, prout sublatus animus ad verum bonumque, vel decliuis ad falsum malumque altius reuellatur. Transuersim in latit. iterum III. ordines assignantur. Primò naturæ cõmunio atq; diuersitas sub nominibus entium rationis: Secũdò eiusdem communio ac diuersitas sub nominibus caussæ vel effectus: Postremò earundem consensus atque dissensus, prout in medio quodam velut ad communem regulam comparatur. Respondet huic imagini tertia, cuius diductio transuersim quidẽ instrumentorum Logicõn differentiis partim essentialibus, partim accidentariis adaptatur; alter autem in rectum descendens ordo eorundem collationem mutuam refert: primò, vt magis minusque cõmunia sunt inter se; mox & secundum vniuscuiusque partes maiores, medias atque minores: Ita in vnũ redactis rationalis discursus classibus tribus, vna quoque conceptus ratio, & cõmunissima velut in altitudinem assignanda est: vt quidem sint plurimi dependẽtiæ gradus per instrumenta specificę similitudinis, genericæ rursus & accidẽtariæ. Horum omnis relatio circa idem, ex qua discursus tandem rationalis aptissimè producetur. Vides vt rerum immensa series ex vnitate paulatim in infinitam multitudinem serpat: vtque naturæ totius conceptus rudior (cui potissimùm hæc operis pars à nobis est dedicata) per tres primarias classes, vel ordines distributus, velut multiplicatione quadrata sese in nouenarium scindat, ex quo paulatim & Cubice ad septem vsque & viginti interordinia ad solidi corporis speciem quàm facillimè proferatur.

Numeri ternarij & nouenarij summaria ratio, & eorundẽ progressus ex vnitate vsque ad 27. figuram corporis cubici.

Ratio cur dispersa reduci in vnitatem maximè debeant.

Sed cùm inferna pars animæ nostræ ex vno multiplici distincta fusius rerumque communium particulares facies propter commercia externorũ sensuum certius assequatur, sed non tam firma complecti memoria possit, nisi dispersa penitus in vnitatem denuo vel simpliciores ordines colligantur. Idcirco ne propter insolentẽ luxuriem ordinum IX. propterque exorbitantem paululum ipsarum vbiq; partium varietatẽ (quæ reddi modis innumeris queat) inter discursus methodicos non satis succurrant singula, nec prõpte cum libet in vsum necessitate præcipiti proferantur; nequaquam fore id superuacuum puto, si tres præcipuas classes ex antedictis nouem sic fabricaueris, vt particularium quælibet intra ternarij limites comprehensa ad integritatem vnius id maximè conferat, quod sit in genere suo velut antesignanum. Eadem opera & fructu maximo disces, quanta sit animæ rationalis in compositione varia atque diuisione dexteritas siue potentia, quantumque rebus iisdem humanæ cogitationis vi vel impugnantes oppidò species separatis, ordo tamẽ partium in toto (si rectè processerit) atque in eodem illarum consensus mutuus vbique analogus efflorescat. Atqui vt breui complexu inexercitatos tyrunculos paululum adiuuemus (nam dare perfectos rerum ordines, non est instituti nostri, cùm potius docere sit animus instituendi ordinis compendiariam rationem,

ideoque

Digitized by Google

ideoque inter communia tantum communis hactenus atque indefinito impetu discurramus ipsam discursionis cuiuslibet Methodum accuratam præ oculis statuentes, sed particulares quæstiones de rebus ipsis non nisi per accidens propterq; doctrinæ communioris illustrationem in medium productu-ri:) ponam figuris rursum liquidioribus effingendarum classium typos præcipuos 111. Metaphysicum vnum relationis ad idem intellectui congruentē: mox & Physicum alterum relatione secundum idem ab externis sensibus maximè virtuti phantasticæ familiarem: quibus succedet tertius Rationi domesticus ordo, qui relatione omnium circa idem velut centrum Logicus vel Rationalis appelletur. Habebunt singuli ex sui generis particularibus typis decerptos præcipuos segmentorum gradus, quorum sublimior scala in longitudinem, in latitudinem infima, media rursus in altitudinē erigatur, vt insit vbiq; figuræ simplici sectionis prioris idea, qua primum vnitas in ternarium, ternarius in nouenarium excrescebat. Sed cùm planè ad circulum seu rationem sphæricam nostri contendat propositi forma, in rebus expansis figuram quoque ipsarum classium circularem maluimus imitari potentiæ mobili animæque discursioni maximè consonantem. Nunc tamen cùm ad memoriæ stabilitatem, propter firmissimam basim, sit aptior trigonus; cumque ad lineam rectam detur vel arcus vel circuli certa proportio; figuræ autem multilateræ ad trilateram reducantur vt elementum primum; idcirco postquam perlustrauerimus mobilioris animæ redactos nuper in circulum gradus, eorundem certè comprehensioni stabili sic per trilateras hasce pyramides optumè consulemus.

Redactio omnium nouem in ternarium.

Figurarum ratio in constituendis classibus.

FIGVRÆ

FIGVRAE PRIMARVM CLASSIVM TRIVM

Ex orbibus nouem in tres trilateras pyramides concinnatæ.

I

CLASSIS METAPHYSICA

intellectui maximè familiaris.



C Continuitas apparentis similitudinis veri boni vnitatis pulchrit. &c. quæ ad Deum referuntur.

Vbique Relatio ad idem æquiuoca.

In ſummo, commune punctum vel apex Deus, infinitus ſecundum actiuam potentiam.

In imo Materies, infinita ſecundum paſſibilem vim.

CLASSIS

2

CLASSIS PHYSICA VIRTVTI IMAGInatrici maximè seruitura.



3 ALTITVDINIS SCALA.

1 Continuitas secundum idem vel commune Accidens.
6 Continuitas secundum idem commune subiectum.
H Continuitas secundum eandem substantiæ rationem vel generis, vel speciei, vel differentiæ nomine comprehensam: quæ velut augustior cæteris locum in discursu Physico primarium habet.

Vbique Relatio secundum idem, vniuoca, primario quidem si secundum substantiam, secundario & per reductionem quandam si secũdum subiectum vel accidens, vti ex sequentibus amplius innotescet.

Commune fastigium Natura rerum effectrix, vel Deus.

In Basi res singulares sensibiles, vel indiuidua.

Digitized by Google

3

CLASSIS MEDIA SEV LOGICA AD RATIONALEM

facultatem maximè ſpectans humaniq́ue animi raptum circa naturam atque entia rationis.



3 Continuitas orbis inſtrumentarij totius generici ratione.
4 Continuitas orbis inſtrumentarij totius atque eiuſdem ſpecifici ratione.
5 Continuitas inſtrumentariæ collationis totius integritatis ratione.

Vbique relatio partim rerum, partim inſtrumentorum circa idem, ſubinde analoga, ſubinde vniuoca, ſubinde mixta quadam ratione.

In area naturæ rerum inſtrumentorumúe diuerſitas.

In medio ſcientia, ſi res rationis obſeruet; Deus, ſi res vti ſubſiſtunt.

In circuitu animus rationalis vnus ac trinus, ad ſui artificis ſimilitudinem, & cuncta ad ſui imaginem in trinitatem & vnitatem rapiens.

Vberio-

Digitized by Google

Vberiorem istarum classium vsum per doctrinam canonum IX. interque exercitamenta particularia promptius assequeris.

Quod si adeò totius quoque conceptus Pyramides III. in vnam principem ceu columnam solidam arctare sit animus, quę tibi per inexhaustá oceani molem, Naturęque abditæ cymmerias tenebras gradienti velut fax æterna præluceat: ad vnitatem illam æternam hic te conuertas est necessarium. Vnde & vita omnis, & nexus, & pulchritudo, similiter & status, ascensus, descensus atq; conuesio velut radij triplicis cõtinua quadam dimanatione procedũt. Nihil enim in tota philosophia verius, quàm Deum vnum, Florem mentis & caput (vt Zoroastri verbis vtar) vbique velut architectum principem, summumque geometram vnitatis suæ & trinitatis indiuiduæ imaginem sacrosanctam in rebus conditis expressisse: vt sit ab infimis ad suprema vsque, & hinc cõuersim ad infima raptus quidam perpetuus, qualem profecto per scalã immensam à terræ radicibus ad plagas vsque æthereas exporrectam, perque accessus angelorum regressusque varios ostendit in somnis Deus patriarchæ summo atque philosopho Iacob: cuius sanè pulcherrima ratio præclarè à Iudæo Philone reddita est libro de somniis, vbi & diuorum venerationem æternorumq; spirituum ceu mediatorum mortalibus necessariam demonstrauit. nam & si inter nos & patrem sit mediator filius, si tamen inter & filium & nosmetipsos nulli sint ordines medij, iam certè extrema se turpiter iungunt; peritq; totius ordinis & hierarchiæ pulchritudo, vnde & plus impendeat periculi nobis, plus etiam diuinæ magnificentiæ detrahatur. Nec vetat quippiam vel hinc probari quæ rident insulse plurimi animarum hinc euolantium triplices status, atque inter extrema cuiusdam generis medij vindicem flammã, cuius sanè vel priscos philosophos sensum habuisse in viuis apparet, vti ex monumentis Platonis atque Plotini est manifestum.

Reductio in vnitatem quo fonte primum sit haurienda.

Deus omnium Fons.

Raptus mundi perpetuus.

Scala vniuersitatis Iacobo in somnio diuinitus ostensa.

Quin & supremo cum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes; penitusque necesse est
Multa diu concreta modis, &c.

Sed istæc nonnihil supra propositi metas, atque odiosa fortasse pluribus, qui in rebus sacris sermonem philosophicum vix admittant, reiectisque rationibus logicis à sola semper auctoritate depẽdeant, cùm tamen in auctoritate explicanda per rationem priuatam quiduis audeant, vt doctè admonet philosophus summus & Reuerendiss. Cardinalis Hosius libello quem de hæreseon originibus scripsit. Sed neque hic rationi assiduo locus. Vnde id tantum digressus volui, rectè vbique, ad vnitatem classis vnum principium summum & finem infimum, plures verò analogos statui atque intermedios gradus, cùm absque medio extrema inuicem nec pulchrè, nec commodè comparentur. Viderunt hæc Ethnici Vates, non per solidam fidem (quippe quæ nobis Christianis solis à sancto spiritu per Baptismatis sacramentum infundantur) sed tantum naturæ instinctu simpliciore, tumultuaria prorsus atq; vmbratili ratione,

Conclusio.

Aethnicorũ sagacitas circa diuinorum contemplationem.

Digitized by Google

qualis quæ per Eccleſiam vnicam, intellectumque communem minimè gubernatur. Vnde Pythagoras vnitatem imprimis creditur adoraſſe, ſed & eandem trinam virtutis triplicis aſtruebat. Eiuſdem ferè ſententiæ eſt illud Orpheicum.

Monas Pythagorica.

Monas & trias Orphica.

πάντ' ἐνορᾶς, ἢ πάντ' ἐπακούεις καὶ πάντα βραβεύεις.

Videtur enim tribus hiſce nominibus cõſilio, luce, vita, trinitatem aliquam in vnitate ſignaſſe, qualem nos iſtic liquidiore ſchemate commonſtramus.

TERNIONIS SACRAE PARADEIGMA.

Monas & Trias Mercurij Triſmegiſti.

Productionem huius vlteriorem columnæ ſequens pictura mox exhibebit. Quid autem prolixius inter Philoſophos moror, num magis illa Mercurij miranda ſententia? MENS autem (vt in Pimandro meminit) vtriuſq; ſexus „ fœcunditate pleniſſima, vita & lux, cùm ſuo VERBO mentem opificem pe„ perit, qui quidem Deus ignis & SPIRITVS numen ex hoc ternario in mul tis non longè à Moyſis ſententia diſcrepans, paulatim conſonam ducit vniuerſi molem, ſuo principio per numeros certos ac pondera, perque proportiones ordine reſpondentem, tandemque in fine Aſclepij & mẽtis humanæ portiones cõgruas pro gratiarum actione depingit, vbi ſic ait, Donas nos ſenſu, ra„ tione, intelligẽtia: Senſu quidem, vt te cognoſcamus (per ſenſibilia ſcilicet ſi„ mulachra) Ratione, vt te ſuſpicionibus indagemus (per inſtrumenta ſcilicet „ propria diſcurſuumq; ſeminaria) Intelligentia, vt te cognitione cognoſcentes „ gaudeamus (per infuſa ſcilicet prima principia radiumque mentis ſuperioris) „ ac tuo ſaluati numine gaudeamus. Pulchrè itaque vel ſolo naturæ lumine antiquiores philoſophi ad illud ENS ENTIVM viam mortalibus prępararunt. Vnde & vnitatem illius, & trinitatem, progreſſumque cõtinuum per ordines mundi minerua craſſiuſcula percepere.

Virgilij de Deo ſententia Georg. 4.

Deum namque ire per omnes
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum;
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.
Scilicet huc reddi deinde, & reſoluta referri
Omnia, nec morti eſſe locum, ſed viua volare
Sydera in numerum atque alto ſuccedere cælo.

Vbi

Vbi Poëta maxumus eleganter admodum non modò diuinæ naturæ radium mundi mẽbris infuſum ſingulis explanauit, verùm & primos infinuaſſe viſus eſt omnium motus, aſcenſus ſcilicet, deſcenſus atq; conuerſiones, in quibus potiſſimum integritas mũdi & vniuerſa vita cõſiſtit. Sed multo expreſſiùs noſtræ religionis antiſtites, quorũ referre ſententias quotcunq; vel huic loco ſunt opportunę, friuolum foret ac ſuperuacuũ penitus. Quin cùm ille immenſus artifex, teſte Pſalmiſta, ignitis curribus ſuis, atque inacceſſæ luci æternam caliginem circumfuderit; præſtare arbitror vt cum B. Dionyſio Areopagita illud de Deo dicamus, potius omnes affirmationes noſtras incõpactas penitus apparere, vt ſumma hæc vnitas nullis humanis viribus vel capi vel exprimi poſſit: nam ſi veritatem voces, obiectat ſe falſitas; ſi ſubſtantiam, ingerit ſe accidentis ratio; ſi bonum, mali; ſi primum ens, non entis atq; materiæ conceptus animũ (velis nolisque) diuellit. Vnde & nomina quidẽ quàm plurima tribuit in vnitatẽ vnicã conſonãtia: nã & Deũ vocat & vitã, pulchrũ & ſapiẽs, lucem & veritatẽ. Sed ipſa quidẽ bonitas (vt verbis ipſius vtar lib. de diuinis nominibus cap. 2.) diuinam totam eſſentiã quicquid ſit tandẽ definiens atque enunciãs à ſcriptura ſancta laudatur, nemo bonus, niſi ſolus Deus. quare & talẽ coniunctionis diſtinctionisq; rationẽ theologis viſus eſt præfixiſſe, vt omniũ ſit affirmatio, omniũ negatio, omni affirmatione atq; negatione ſuperior, primarumq; principaliũ perſonarũ, ſi ita dicendũ eſt, aliarũ in aliis omnino cõiuncta & nulla in parte confuſa manſio & ſedes. Quemadmodum (inquit) lucernarũ lumina (vt exemplis quæ ſub ſenſum cadunt & aptis vtar) quæ in vna ſunt domo & tota inter ſe, ac mutuo in totis, integram certamq́ue inter ſe quæ propriè cohæret habent diſtinctionẽ, cùm interim & coniuncta diſtinctione ſint, & coniunctione diſtincta. quibus mehercule verbis Trinitatis ſacratiſſimæ rationẽ infandã (quoad humanis viribus licuit) luculẽter abſoluit, vnius & trini radium in cuncta diffuſum eiuſdẽ operis cap. 1 1 1. his ferè complectitur. Hoc autẽ & vnum, & bonũ & pulchrũ vnius vi ac nomine, omniũ multorũ & pulchrorũ cauſſa eſt & bonorũ; ex hoc ſunt oẽs rerũ ſtatus, qui eſſentiã attingunt, cõiunctiones & diuiſiones (vt ita dicã) idẽtitates, diuerſitates, ſimilitudines, diſſimilitudines, ſocietates, commerciaq; contrariorũ, non cõfuſæ res & proprietates, ſuperiorũ prouidẽtiæ, parium inter ſe cõnexiones, cõuerſiones animorũ, rurſuſq; omniũ in omnibus cõgruę cõmuniones, cõcentuſq; vniuerſi, vt mentium, animorũ, corporũ. Sed perſonarũ trium in vnitate eſſentię rationẽ omnes theologi veteres ita paucis perſtringunt. Quia Deus eſt vnitas ſumma, gignẽs ac pater dicitur: ex eo autẽ quòd vnitatis æqualitas, genitus ſiue filius: ex eo quod vtriuſq; cõnexio, ſanctus ſpiritus. Quod ſi autẽ exactè perpendas à patre filiũ gigni, hoc fuit in ſacris Deũ omnia in verbo creare, quo argumẽto verbũ, artẽ atq; ideã creatorũ reſpectu affirmat D. Aurelius Auguſt. Nã creatura, quia Deus pater eſt, eſſe incipit; ex eo quod filius, perficitur; quod verò ſanctus ſpiritus, ordini cõgruit vniuerſali & coaptatur. quæ ſunt in rebus ſingulis trinitatis æternæ veſtigia; quod idẽ cõprobat cõmentario in Geneſ. ca. 1. Vides vt noſtra

Trinitatis atque vnitatis diuinæ idea pauca ex orthodoxis deſumpta.

Digitized by Google

hæc quoque principia etſi Platonem in pluribus redolent, ab illo ſacrarum literarum fonte non ita diſſideant, quin illuc vnde deſumpta ſunt primum (at nonnihil ab Ethnicis deprauata) quàm facillimè reducátur. Sed vetus prouerbio vox eſt, Ea quæ ſupra nos, parum ad nos aut penitus nihil. Quin vt familiarem & nobis circunfuſam proximè progreſſus iſtius imaginem demus: Refer te denuo ad mundos præcipuos tres, & eorundem ſingulos gradus: apparet hos omnes ratione ſtabili ex vno in tria & ix. ductu continuo prorogari: ac viciſſim ex ix. per iii. referri in ſimpliciſſimam vnitatem. Habes enim maiorẽ orbem, minorem & medium: in ſingulis ſua contenta, continentia, & impetũ facientia vel animas, ſpiritus, corpora: poſtremo & in horum vnoquoque inferiores ordines, medios & ſupremos; nec vetò partiri vlterius ſeriuata ternarij ſimilitudine, vel vſque in infinitum. Sic enim vniuerſim ideę ſunt comparatę, vt inferiorũ omnium rationes in ſuperioribus ſint comprehenſæ, ſuperiora viciſſim inferioribus ordine, iuxta minoris maioriſque participationis ſeriem naturæ ſuæ imaginem virtutemque communicent, ne temere dictum ſit illud, OMNIA IN OMNIBVS ESSE, quod cùm Platone primum diuinus ſenſit Hippocrates. Accipe verò totius primum ſenſibilis mundi ſiue maioris imaginem in ſole hoc longe pulcherrimo, quem propter cognationẽ vel apparentem ſimilitudinẽ dignatus eſt ipſemet rerum ſummus artifex ſedem ſuam vel habitaculũ appellare. eſt enim Sol vnicus totius lucis, caloris ac vitæ ſenſibilis fons, velut princeps aut anima mundi, velut communis intelligentia totius orbis ideam infinitis radiis & potentiſſimo orbe complexus, quod ſanè hinc facilè conſtat, quia quicquid ſtellarum reliquũ eſt, hunc tanquam regem inſtar ſatelliticij circumſiſtit, hunc ſolum obſeruat, huius parent imperiis, orbes ſuos ad nutum iſtius circumagunt, caloręque ſuum, vel caloris actum potius eiuſdem caloris impulſu, vitam ex vita, & lumen quodammodo ex lumine mutuantur. Nam ſiue cæleſtium motuum ſecteris veterem theoriam, ſiue repertas pridem Nic. Copernici, viri clariſſimi, & planè inuerſas prioribus Hypotheſes, Solem in centro ſcilicet vniuerſi immotum penitus cum cælo octauo conſtituentes, Terram in loco Solis orbe lunari vndique comprehenſum, vbique ſanè Solem vt mundi medium fatearis eſt neceſſarium: & quod ad cæterorũ motus attinet, omnes reſpectu viæ Solaris vnius eclipticæ ſcilicet diriguntur: vnde & deferentes augem excentrici eorundem & epicycli pulchrè ad Solis aſpectum, velut vnam certiſſimam regulá, velut amuſſim explorantur. Quodque ad virtutes omnium, ſunt ſuæ cuique peculiares, vt & effectus quotidiani, & ipſa apparens lucis varietas docet; verùm hæc eadem in Sole quodammodo velut actu perpetuo viget, in cæteris vinctæ perpetuo à Solis actu id planè expectant, vt per ſchematiſmos mutuos è poteſtate in actũ prouocentur, vnde & eius calore & velut communi ſpiritu pendent accedente varia directionum viciſſitudine. Nam habent planetæ omnes vim calidi in luce vt ſumme concreto fomite deliteſcentem, & ſi quid efficiunt in hiſce inferioribus (quod omne tantum eſt vniuerſale, propter correſpondentis atque ſubiectæ materiæ infinitu-

Paraſceue. ad vnitatis & trinitatis ideã expreſſam in mundi tribus, et eorum partibus ſingulis.

Mundi prima diſtinctio.

Imago Dei in Mundo maiore Sol.

Sol mediũ mundi aliorum ſyderum dux. Planeta omnes ad ſolis arbitriũ mouentur.

Solis vis actualis. Syderum vires à ſole in actũ prouocantur.

Digitized by Google

infinitudinem, vnde & eorum significatio tantum est communissima) virtute solius id calidi præstant: verum Saturno idem calidum magis decumbit centrum versus ab ipsa circumferentia. quod & in orbe Lunari est vero simile. Marti cõuersim vis omnis protensa videtur ex centro magis ad circumferentiam. Ioui Veneriq́ue magis æquabili ratione per aream vniuersam, vti Mercurio per eandem, sed inæquabili modo. Ligatur omnis hæc calidi virtus propter ipsius lucis ingenitam qualitatem, quam præter communem à Sole protensam habet: in ♄ quidem propter analogam terræ compactamq́ue nimis superficiem lucis, quæ quodammodo & frigidi caussa efficiens in sublunaribus est æstimanda. in ☽ ☿ ♀ propter analogam aëris elemento æquabilitatem nimiam velut humidi caussam. in ♂ & ☿ propter inæquabilitatem nimiam. Vnde & siccitas in rebus subditis germinascit. Vnde ☉ actum dat omnibus. Luna vehiculum vel vinculum calidi, & cum Sole Mercurius impetum præcipuè submini strat. Rectè igitur in prædictionibus illis meteorographicis non ex aspectu præsenti statim, vt vulgus facit, venturarum mutationum iudicia ferimus, cùm prius oporteat in sublunarem regionem à mundo supernò totius systematis semina delegari, quæ per directiones, vmbrarumq́ue circuitus certos ex mera potentia prouocentur in actum. Atqui cum cæli totius idea in Sole præcipuè vigeat, regionis sublunaris in Luna, rectè vbique eorundẽ congressus ceu maris & fœminæ in iudiciis obseruamus; vnde velut iactis seminibus directionem instituenti euentuum tempora & vicissitudines pulcherrimè deducuntur. nos horum (absit inuidia verbo) non absque applausu vel doctissimorum hominum persæpe periculum fecimus, nunc imitari studẽt ineptus vnus & alter sub cuiusdam Athẽsis nomine, qui rem nequaquam assequitur, verborum interim & carminũ ex nostris Ephemeridibus fædissimo plagio vel plenas paginas suffuratur. Nunc vide, num qualis artifici Deo per vniuersum, talis ferme & Soli per res sensibiles ex vnitate virtutum multiplicitas fluat, ex multitudine rursus in vnitatem omnium reditus colligatur, quemadmodũ ex vno Oceano inundat vberrimus Nilus, vnde ceu facto circulo per sinus diuisos iterum

Probatur id in singulis.

Solis & Lunæ congressus idea omnis generationis compitum.

Atque per ora nouem, vasto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arua sonanti.

Sunt enim in mundo maiore contigua singula, propter communem spiritum, quæ contiguitas id maximè præstat, vt iuxta perhennes ordinis gradus caloris, vitæ, lucis, sensus & motus sit quidam consentus mutuus, mutua participatio. Atqui horum idea in Sole vt simplicissima & generalis maximè est, iuxta Ptolomæi sententiam libro τετρα βιβλίου. vbi & de Luna idem iudicium ferè promiscuè tulit, in stellis cæteris dispersa penitus & singularis, non tamen vsque adeò quantũ in sublunaribus elementis mistisque corporibus, quæ quanto ex pluribus sunt cõstituta, eo & signi, & caussæ rationẽ magis multiplicem præseferunt. hinc autem nata est contrarietas primum, deformitas omnis materialis, fortunæ acerbissima velitatio cum humana ratione, sic vt & iste delapsus

Solis & Lunæ vis generalis maxime, aliorũ syderum dispersa et singularis magis.

Digitized by Google

lapſus ex vno in multitudinem per animorum incuriam vel opinionem prauam, ceu prima ſit viſa veteribus peccandi occaſio, quemadmodum de lapſu angelorum doctiſſimè cenſuit Beatus Dionyſius Areopag. Verùm age, cum Cæli, Soli, Soliſq; intuendorum gratia nati propemodum ſimus, vt horum ſei licet ſenſibili ſimulachro, internum illum ac nullis ſenſibus peruium Regem velut ſub ænigmatis nube, & obſcura cinctum indagine contemplemur:

Eſto hoc demum in mundo Maiore

SOLIS VNIVS ET TRINI SENSIBILE SIMVLACHRVM, eiuſq́ue dimanatio in mundum maiorem hunc vniuerſum.



Sol Anima vel oculus Mundi, iuxta Platonicos.

1 Anima Cognitrix Princeps & Gubernatrix.
2 Mundi Maioris Spiritus Animalis.
3 Cæleſtis regio.
4 Anima Vitalis & Iraſcibilis mundi.
5 Mundi maioris Spiritus vitalis.
6 Aetherea regio circa Lunam.
7 Anima naturalis & vegetatrix.
8 Mundi Maioris Spiritus naturalis.
9 Elementorum turbida & Sublunaris regio.

A principe parte Solis vt anima vel eiuſdem intelligentia, mediante Spiritu, per corporeá lucem, inſinuat ſeſe illius Radius animæ vniuerſi, per ſpiritus eiuſdem, vſque ad corpoream qualitatẽ. Vnde hic Nouenarius

VT PRINCIPIA.	1 Princeps facultas intellectui comparabilis cum defluxu radiorum.	2 Media facultas rationi comparabilis cum circuitu Radij.	3 Inferior poteſtas imaginatrici comparabilis cum reflexu radiorum.
VT MEDIA	4 Lux cum calore cæleſti vel elemento Stellarum.	5 Splendor cum calore æthereo.	6 Lumen & color cum calore elementari.
VT FINES	7 Vita & eſſe ſimplex in rebus vniuerſi.	8 Connexus miſtura & eſſe determinatum.	9 Continuitatis ordo cum attractione ſimilis ſeparatione contrarij: vnde eſſe commune.

Ideam

Ideam omnium prorſus analogam in cælo hoc vniuerſo, in ſtellis ſingulis, & mundi partibus minutiſſimis non aliena admodum ratione concipies.

Imago diuinæ vnitatis & trinitatis in Microcosmo et eius gubernatrice anima rationali.

Flecte nunc mentis aciem in teipſum, inque humani generis ſpeciem microcoſmi nomine comprehenſam. Conſtamus omnes ſimiliter penè ex animo, ſpiritu, corpore. Sed anima rurſus in rationalem aptè dirimitur, iraſcibilemque, & appetitricem. Corpus proportione pari in ventrem ſuperiorem, medium & infernum. Spiritus in hæc diffuſus aut animalis dicitur, aut vitalis, aut naturalis. Atqui vt oculus vnicus ideam cerebri refert; cerebrum, vel caput (Platone teſte) totius humanæ fabricæ: ita & rationalis anima velut vnum & omne eſt, formamque ſimplicem ter triplici modo diuiſa potentia velut nouies Styx interfuſa coercet. Eiuſdem itaque & partitionis ratio & vnitatis imago priori conſimilis ſub ſtellæ vel ſyderis ſpecie ita concipi poteſt.

ANIMAE HVMANAE VNIVS ET TRINAE Imago rudiuſcula, eiuſdemque velut gubernatricis extenſio in Microcoſmum vniuerſum.

Digitized by Google

Anima Rationalis Microcosmi gubernatrix.



1
☉
Animalis animæ vis, cognitionis, sensus, & motus.

2
Spiritus animalis Microcosmi nat. ☉ ☿ ☿

3
Venter Superior vnà cum neruis vniuersis & cerebro.

4
☿
Vitalis animæ vis & pulsus gubernatrix.

5
Spiritus vitalis nat. ♂ ☿

6
Venter medius, vt thoracis regio, vnà cum corde, & arteriis, & pulm.

7
☽
Naturalis animæ vis vegetationis gubernatrix.

8
Spiritus naturalis natura.
☽ ♄ ☿ ☿

9
Venter inferior cum hepate, stomacho, liene, intestinis, genitalibus, venis vniuersis, & carnosis partibus.

A parte principe minoris mundi fluunt virtutes analogo modo, per singulos gradus, vt in maiori ostensum est supra. Verùm si animam rationalem ad obiectum proprium referamus, pulchrè ex ternario hic nouenarius aperitur.

		1	2	3
VT PRINCIPIA.	1	Intellectus agens.	Intellectus passibilis seu ratio.	Phantasia vel imaginatio.
		4	5	6
VT MEDIA	☿	Analogismus.	Conuersio mutua analogismi & epilogismi.	Epilogismus.
		7	8	9
VT FINES	☽	Sapientia.	Scientia.	Peritia.

Verùm de mentis humanæ partibus, deque totius animæ distributione pulcherrima, de gradibus singulis, partiumque consensu admirando, etsi abunde tractarint veteres ac neoterici; quantum tamen ad constitutionem methodi pro effectrice caussa sit necessarium, dicemus fusè secúdo huius syntagmatis libro; vbi de caussis nimirum fabricandæ methodi proxumis & præcedentibus ordine differetur.

Nunc

Digitized by Google

Nunc adeo ad mundum illum μικρόκοσμον à viua naturæ imagine conuertamur. Eiusmodi quiddá est; Ciuitas aut Respublica est & bene cõstituta scientia siue facultas in animis nostris. At nunc Rempublicam vt orbem vnum, eundemque multiplicem præ oculis statuamus. Constat hæc omnis religione, armis, atque forensi toga. Exurgunt in singulis particulares ordines tres; quorum infernos alios voces, mediocres status, ac supremos cæteros. Sunt itaque ceu partes in toto diuulsæ, quæ quantum in vnitatem semper aspirent, ex illo apologo Menenij Agrippæ de partibus humani corporis, earumque consensu mutuo facilè constat, quem (vt testis est Liuius) coram seditioso populo pacis conciliandæ gratia opportunè referebat. quem si semper obseruent & ciuitates cæteræ & summè florentia regna, non ita diuulsis animis, non ita plurimi priuato duntaxat commodo consulentes; & se, & salutem publicam præsenti exitio darent. Fit enim quemadmodum in humana fabrica quoties fatiscente spiritu naturali & animalis deficit, horumque consensu mox & vitalis tertius, aut ex corde afficitur cerebrum, ex cerebro hepar, aut ventriculus perturbatur: hic inter medicos varij varia consulentes, alij in caput mali coniiciunt caussam, alij in ventrem, hepar, vterum aut henem: cùm interim sit vnus affectus propter humorũ duntaxat & partium sympatheiam multiplex, vnde & illi continui defluxionum atque exhalationum circuli, nisi & medicamentis pluribus in vnitatem temperatis, & vni, toti, & promiscue partibus singulis consulatur. Ita nimirum in ciuitate si quisq; solum se sapere putet, si sibi consulat soli, & secum agi feliciter censeat, res vbi priuatas in portu collocarit, fato interim cõmuniore venturam procul pernicié non animaduertat: quodq; vel ex inflammato digito pedis subinde accensa febri & cordis præcipuum viscus laboret, ex oculo accẽso cerebrum inflammetur, ex Solis defectu Lunęq; labore languescant & aliorum siderum vires, subiectaque animalia & mundi elementa perturbentur. Eiusmodi verò consensus primaria vincula sunt ipsa religio, iustitiæ leges, & rerum omnium pro cuiusque statu vel ordine summa mediocritas. Hæc cùm rumpuntur, mox velut diuulsis repagulis labascit paulatim & omnium vel multorum salus;

imago diuina vnitatis & trinitatis in mũdo humana reipublicæ, totis scilicet omnisque minimo, & in eim anima gubernatrice, Rege vel Principe. Consensus partium reipubl.

Similit.

Reipublicæ vincula.

Vt cùm carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Eiusdem consensus denique, velut superior angulus atq; primatium caput, est gubernator vnicus, rex aut princeps, rursum vt oculus regni vel ciuitatis, vt maximus Sol qui terrarum flammis opera omnia lustret. Huius virtutes ad regni stabilitatem necessarias sic paucis carminibus insinuat Maro;

Principis idea.

Vitisator curuam seruans sub imagine falcem,
Saturnusque senex, Ianique bifrontis imago
Vestibulo astabant, aliique ab origine reges,
Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi.

Digitized by Google

Exempla veri principis.

Habes & eius exemplum viuax in Imperatore quondam Carolo quinto, cuius iuſtitia ſummæ iuncta clementiæ, cuius prudentia, temperantia, fortitudo ſemper inuicta in eiuſdem filio, ac rege noſtro Philippo ſic reuireſcit, vt cui & æqua poteſtas imperij, eidem ſanè & morum atque fortunæ, eidé merito & præclarè geſtorum, paternarumq; virtutum omnium infuſa ſpecies tanquam hæreditario iure credatur. Modus autem quo res diſperſæ ciuium in vnitatem optimè reuinciũtur, primo per illas naturæ cõmuniſſimas leges, deinde ciuiles & municipales priorum aſſeclas reperitur. Sunt autem & Medicinæ, & Iuriſprudentiæ, & Theologiæ practicæ, iuxta connexum illum perpetuum animorum, corporis atque fortunæ, fermè communes leges atque ab origine nobis inſitæ notiones, quarum intuitu particulares canones fabricantur. Similitudines quoque, prouerbia, allegoriæ, metaphoræ in vſum communem erui ſolent: quanquam & à rebus maiori interuallo naturæ diſparatis, eorum collectio per ideam quandam vniuerſalem fit ferè conſimili modo. Habes paſſim exempla plurima ſententiarũ & axiomatum, quę facultates principes tres æqua quodammodo ratione concernunt. vt

Modus conſtituẽdæ reipublicæ in vnitate in quibus conſiſtat.

Triũ præcipuarũ facultatum cum maximis axiomata.

Non auferri effectum, niſi ſublata cauſſa.
Omnem curationem adiectione fieri & ſubtractione.
Affectum omnis intemperantiæ vel in aſtrictione nimia, vel fluore verſari; in exceſſu vel defectu nimio.
Contraria curari contrariis.
Similia ſimilibus conſeruari.
Fluxum fluxu prouocari.
Parua incendia magnas vires neglecta ſæpe aſſumere, & idcirco malorum principiis occurrendum.
Remedia pro ratione naturæ atque affectus ipſius variè temperanda.
Turpe reſcindendum, ne pars ſyncera trahatur.
Orta principij indolem præſe ferre, & econtrario.
Extremis morbis extrema remedia conuenire.
Nullum violentum perpetuum, Moderata perdurare.
Si quod cum ratione ſuſcipitur non ſtatim proderit, non illico mutanda remedia.
Omnem mutationem ſubitam ad contraria maximè periculoſam.
Bonum eſſe contrariis aſſuefieri, ſi paulatim fiat.
Omnium rerum viciſſitudinem eſſe.
Habitum fœlicem cum in ſupremo conſtiterit, maximè periculoſum.
Generationem vnius eſſe corruptionem alterius.
Qui admodum craſſi ſint, citius perire quàm qui graciles.
Cum morbi inchoant ſiquid mouendum, moueri oportet; in ſtatu melius eſt quieſcant.
Concocta medicari non cruda oportere.
Impura quo magis nutries, magis lædes.

Si qua-

Digitized by Google

Si qualia purgari oportet purges, confert & facilè ferent; sin minus, contra.
Medicationes non tam quantitate, quam qualitate sunt æstimandæ.
Quæ iudicata sunt integrè mouere non oportet.
Quæ relinquũtur à morbis tollenda, ne recidiuã pariant, aut quoquo modo sunt reprimenda.
Ex duobus contrariis optumum quandoque temperamentum fieri.
Duorum malorum eligendum quod sit potissimum.
Omnia quæ modum excedunt mala.
Curandum vbique tuta maximè via, celeri & iucunda.
Omnia omnibus consentire, totumq́ue corpus.
καὶ ἀπνοῦν καὶ ἐκπνοῦν εἶναι.

Hæc & sexcenta similia in monumentis veterum extant, quæ sanè idcirco recensui lubens, quod ea vel sola sufficiant accedente rerum vsu & Methodo, vt particulares leges in arte qualibet pro loci, temporis, naturæq́ue differẽtia vel suscitari de nouo possint. cuius constitutionis illud quoque pręcipuũ axioma est, In rebus omnibus atque negotiis consyderandam protinus regionem, & tempus, ætatem & affectionum genera, & consuetudines ipsas (Hippocrates eleganter & paucis δοτέον δέ τι καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ, καὶ τῷ ἔθει, alibi καὶ τοὺς νόσους ἐπιβλέπειν cum cæteris postulat) in quibus conueniat nec ne, & patrios cultusq́ue habitusq́ue locorum, (inquit Poëta) & quid quæque ferat regio, quid quæque recuset. Hæc iudicare principis est non circumspecti tantum, sed & supra affectionem omnem penitus constituti; quique instar Camerinæ vel Herois Semidei, supra elementarem sortem & sublunares turbines afflictis rebus & passim turbatis consulat, ipse in tranquillo positus extra anni solisq́ue vias, neque amore priuati boni, neque vnius odio vel alterius vel vindictæ studio propter offensam leuem in ciuitate aut regno quicquam instituat quod vel ab æquitatis publicæ vel clemẽtiæ moderatione recedat. Vno enim inconueniente dato, plurima consequuntur, eademq́; passim est finis ratio & eorum quæ ad finem diriguntur. Sunt autem & spes & metus tyranni potentissimi, teste Luciano, quibus ferè subiicitur orbis hic vniuersus, quibus omnis calamitas primum omnisq́ue concussę calamitatis cardo versatur. Nam horũ impulsu & in arte nostra imposturæ maximæ tanquam capitibus continẽtur, propter hæc ipsa dissoluitur vnitas omnis in multitudinem, & ab vno rectè instituta principe inter inferiores ordines aliqui ad suum priuatum commodũ sæpe diuellunt, vt horum nomine, cum ad particularia maximè deuenitur, id quod in vnitate optimum fuit, non æquè bonum sit singulis, nec iustum perpetuo videatur. Fiunt itaque propter spem & metum rerum omnium infandæ vicissitudines, legum iudiciorumq́; plurimæ corruptelæ, & ex priuati quæstus vel commodi studio calamitates publicæ, præsertim si vel à capite vel à præcipuis visceribus morbus incipiat; fitq́ue postremò vt qui vel Asiæ totius, vel Europæ, vel Aphricæ victores olim sint celebrati, (testantur vitæ Pompei, M. Antonij, Scyllæ, Neronis & eius generis sine nomine turba) afflicti tamen

Axioma præcipuum in gubernanda repub.

Princeps absque spe & metu.

Apathia leuis in principe.

Spes & metus tyranni orbis potentissimi.

Digitized by Google

miſerrimè diſſidiis intercutaneis, & ab hoſte domeſtico obſeſſi, grauiter ſe ipſos vincere non potuerunt; vnde euecti ſubitò, & in felicitatis velut faſtigio collocati, poſtquàm ampliùs ſui non meminerũt, delapſi turpiter & citius quàm conſcenderant, vitam deinceps miſerã in tenebris luctuq́ue traxerunt. Hæc ſunt in viris principibus execrandæ philautiæ corollaria, quę mihi vna in menſa diſcumbenti nuper in memoriam redegit illuſtriſſimus Dominus Comes Buranus Philippus-Guilhelmus, magni ingenij & generoſæ indolis adoleſcens, cui quantiſper Louanij muſis operam dedit, ega (ſi merui) in negotiis medicis ſemper hactenus à conſilio fui. illum hęc ego aut ferè ſimilia recitantem memini diſertis omnia & verbis appoſitiſſimis explanãtem, qui nunc quotidianus in aula eiuſdem, ſed vetuſtate & maiorum exemplis percelebris mos eſt, ſub gubernatore ſtrenuo atque inclyto viro D. Henrico à Wiltpurg, cuius præclara inſtitutio vel ſola exempli apud poſteros loco ad arma ſimul ac literas inuictum aliquando principem educare contendit. Ac iam paulatim elucet illa maieſtas principe digna, ſumma cum humanitate cõiuncta; de qua ſiquid mihi Virgilianum vt augurer licet,

Agnoſcere ô magnos (aderit iam tempus) honores,
Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasq́ue, tractuſq́ue maris, cælumq́ue profundum:
Aſpice venturo lætentur vt omnia ſæclo.
O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta.

Quod ſi & hortari amplius licet illum cui freno magis, quàm calcaribus opus ſit:

Tu facito mox cùm matura adoleuerit ætas,
Sis memor, atque animo repetentem, &c.

Sed non eſt inſtituti mei principem erudire, niſi quantum imago illius vniuerſa ad Solis inſtar in mundo maiore, animæq́ue rationalis in Microcoſmo homine diffuſam continuè μόναδος, τριαδος, χιλιαδος potentiam per vniuerſa reipublicæ membra protendat.

ANIMAE

ANIMAE CIVITATIS VEL REIPVB. VNIVS ET trinæ imago qualis ſpectatur in principe viro.

Rex anima vel oculus τῆ κόσμυ μικροτάτυ.



A Rege vel Principe in continuum fluunt.

	1	2	3
VT PRINCIPIA.	1 Iuſtitia clementiæ iuncta.	Fortitudo veritati iuncta atque prudentiæ.	Temperantia.
	4	5	6
VT MEDIA.	2 Retributio bonorũ, pœna malorum.	Cõpoſitio bonarũ rerum, & malorum ſequeſtratio.	Mediocritatis conſeruatio.
	7	8	9
VT FINES.	3 Fuga mali, amor boni.	Concordia & pax.	Vbertas æquabilis & limitem non tranſcendens.

Hi ſunt ex anima triplicis mundi proceſſus analogi; quos ſi libet ad particularia magis extẽdi, circumfer oculos denuo in orbe maiori ad lapides, plãtas atque id genus alia, in quibus continuo ductu & vnionis, & ternionis, interdũ & nouenarij characteriſmus apparet. Diſſolue vel ouum in ſuas particulas (ſi magnis parua licet cõponere) videbis tres illico partes tribus particulatim aliis liquidò differentes. Diſſolue & arborẽ vel plantã aliquã in radicẽ, caudicem & caput. in radice occurrit protinus cortex, lignum atq; medulla; in trunco vniuerſo ſimiliter, in ipſo vertice fructus, flores & folia. Sed longè pulcherrima ratio

Imago vnitatis, trinitatis atque enneadis in rebus omnibus mundi. In ouo.

In planta.

In fœre accenſa.

Digitized by Google

ratio eiusdem distributionis in igne artificiali quouis apparet. siue enim candelam, seu facem aut accensam lampadē spectes, pulchrè hæc omnis vniuersi speciem repræsentat; videbis etenim quacunque se lucis ambitus profert in centro quidem accensi elychnij speciem lumini comparabilem. Versus sublimen magis ardentis faculę regionem occurret splendidior flamma splendoris quoque ætherei imaginem seruans. At per extremam aream orbis se lucidissimus spargit, cuius natura & cæleſtis illius lucis ingenium proxumè mutatur. Distingue nunc accurata obseruatione trium istarum partium tres alias proportionali ordine differentes. Nam & in elychnio atra est & cæteris particulis crassior infima basis: hac verò rubentior & magis accensa, quę & loco superior visitur; ignita penitus quæ in sublimi collocatur. Similitet & in flamma inferior portio terrestris magis & indigesta, rubentior media, serena & lympida, quæ cæteris supereminet. In area cōformes omnino circuli tres, subuiridis aut subcerulens prior, flagrantior medius, tenuior multo splendidiorq; supremus; & hoc quidem exemplum planè domesticum, quippe quod sensibus quotidie obuium nolui præterire. Similè prorsus in Iride, & in Parheliis, atque infinitis aliis, ex quibus protinus vel mediocriter ingenioso colorum tam multiformis ratio eluescit. Verùm in orbe hoc Microcosmo occurrunt pari analogia minores particulæ cæteræ, quarū demonstratio vt est prolixa, ita & huic loco parum opportuna. Tantum spectabis oculum visionis organum, nares olfactus, auditus illud os temporum lithocide, quorum structura mirabilis non absque artificiosa anatome reperitur. nos pro virili nostra aliquando publicè demonstrauimus post lectionem libri Gal. de ossibus, & sectionem humani capitis administratā. Vtque compendio loquar, sunt in oculo externæ tunicæ tres adnata, cornea, vuea, & ex his velut prognatæ aliæ tres amphiblistroeidis, arachnoeidis, cum illa quæ iridem repræsentat. Implent humores numero totidem Hydatoeidis, Cristalloeidis, Hyaloeidis. In olfactus instrumento tres sunt cauitates insignes, duę in fronte, & vna alueolorum plurium specie, quarum singulis suæ particulatim tunicæ, sui humores, qui aduenientem è cerebro spiritū & per neruos vel processus mamillares influentem alterant atque immutant, vt fiat particularis sensus idoneum instrumentum. In osse temporum Lithoeidi prima occurrit Tympanoeidis cauitas anterior, mox oualis altera & priore angustior: Spiralis tertia omnium angustissima: atqui in ipso Tympano, præter neruos complures atque membranas, ossicula tria nexu pulcherrimo certisq; articulis inuicē cōpedita malleus, incus, & stapha, in ouali cauitate foramina 6. laberinthum sanè inextricabilem per tres canales in se reductos constituentia, in Spirali antro tres orbes sinuosi in spiram mirabilem cōuoluti, in quam se porus acousticus occulit cum portione nerui quinti paris è cerebro ad auditus organum excurrentis. Vbique sanè analogia partium similis & in sensuum organis vniuersis, quæ in cerebro per sectionem aperitur. est & vtilitatum eadem ratio, vt quemadmodū tota anima sit distributa in anterioribus, vel quibusque particulis infimis sit quædā receptio specierū, in supremis depromptio vel

In iride & parheliis.

In organis humanum sensuum.

In oculo visus organo.

In olfactus organo.

In auditus organo.

In organis sensuum.

Digitized by Google

vel conſeruatio, in mediis autem compoſitio atque diuiſio: quãquam ſint rurſus in omnibus omnia, & proportione muſica res numero plures in vnius harmoniæ rationem exactè conſentiant. Inter reipublicæ ſingulos gradus imago totius ſimiliter exarata eſt, quam nos aliquando per luſum carmine ſic expreſſimus. *In reipublica minoribus membris.*

Tres hominum claſſes, tria ſunt & in orbe theatra,
Tranſigitur ſcenis fabula tota tribus.
Illum diuitiæ ſtimulant, hunc turpis egeſtas,
Eſt quem ſors mediæ conditionis alit.
Qui quid habet ſeruat, qui non habet vt licet auferat;
Anceps ancipitem ſors dedit ire viam.
Pectine dentato furit hic, colum arripit ille,
Girgillum alterius concita dextra rotat.
Omnes lanifici, quorum orſa eſt tela priori,
Poſterior carpit, tertius orbe legit.
Vnica materies, lis eſt non omnibus vna:
Iſte premit nimis, hic implicat, ille rapit:
Nunc vt in extremis ſit copula iuſta duobus,
Is lanam, hic digitos præſtet, at ille modum.
Sic quoties tibi tenſa vides venabula Caſtor,
Tu refera teſtes, hic legat, ille vocet.

Quantum igitur diuinæ vnitatis ac ternionis idea in mundo maiori primum, deinde & in minoribus cæteris velut reflexione mutua germinaſcat, quantumque in ſingulis ſit quædam particula princeps totius habitum, numerum, ſpeciemque in ſe complexa, ſatis eſt demonſtratum. At per eaſdem orbitas quibus ſe monas in triadem atque enneadem ſpargit, eadem multitudo in vnitatem reuocatur. Reſtat itaque ex antedictis, vt pro diuinæ monadis abſolutiſſima forma ſyſtema hoc vnicum fabricemus, cuius apex ſit architectus Deus, Baſis humanus animus, vel ſcientiarũ methodus; at corpus immenſum natura ſit vniuerſa; quodque inſtar ignitæ nubis per inacceſſos aditus in multa nocte verſantem rationalem animam ducat. vel inſtar columnæ ſolidę & coſmographicæ tabulæ, quæ rerum vniuerſitatem auguſtam anguſto margine comprehendat. *Concluſio.* *Reductio triadis vniuerſæ in abſolutã monadẽ, qualem fortaſſe Pythagoras ſomniauit.* *Columna vniuerſitatis.*

Quæ quo quemque modo fugiasque ferasque laborem,
Expediat, curſuſque dabit venerata ſecundos.

Digitized by Google

MONAS PYTHAGORICA.



IN TOTO VNIVERSO.

Formæ cuiapparētia indefinita annectitur.	*Proportio & connexus extremorū.*	*Materies cui gluten vel humor annexus.*	Principia.
Æquabilitas materiæ.	*Mediocritas Materialis glutinis.*	*Inæquabilitas ſiue aſperitas materiæ.*	Congelum Materiæ.
Perſpicuitas formæ ſeu lux.	*Mediocritas apparentiæ in forma.*	*Opacitas forma.*	Congelum Formæ.
Proportio inæqualitatis minoris.	*Proportio æqualitatis.*	*Proportio maioris inæqualitatis.*	Congrua proportionis.
Aer.	*Aura.*	*Tellus.*	elemē. ſecūdi ordi.
Ignis.	*aura.*	*Aqua.*	elem. 1. ordi.
Eſſe ſimplex.	*Eſſe determinatū.*	*Eſſe commune.*	eſſe in rebus
Vita & vnitas.	*Compoſitio & ordo.*	*Multiplicitas & pulchritudo.*	Res ra.
Mundus maior.	*Mundus minor.*	*Mundus minimus*	Mūdi ſe. dem.

IN MVNDO MAIORE.

Continentia.	*Vincula et Spiritus*	*Contenta.*	
Cælum.	*Aether.*	*Sublunaris regio.*	partes mundi ſelectæ.
Lux.	*Splendor.*	*Lumen & color.*	diuinæ. ſe. Bonitas.
Formæ præſides.	*Spiritus.*	*qualitat. et corpora*	Partes mundi cuiuslibet.
Animæ ſublimes.	*Animæ mediæ & rationales.*	*Animæ infimi gradus.*	

Digitized by Google

IN MICROCOSMO HOMINE.			
Anima.	*Spiritus*	*Corpus.*	Partes mortales.
Anima rationalis.	*Anima irascibilis.*	*Anima cõcupiscibilis & vegetatrix.*	Animæ.
Intellectus.	*Ratio.*	*Imaginatrix virtus.*	Animæ rationalis.
Spiritus animalis.	*Spiritus vitalis.*	*Naturalis Spiritus*	Spiritus.
Humor aereus.	*Aura media.*	*Humor terreus.*	Elementa & Complexiones.
Igneus humor.	*aura media.*	*Humor aqueus.*	
Viscera.	*Vasa.*	*Externæ corporis partes.*	Partes Similares.
Cerebrum et nervi	*Cor & arteriæ.*	*Hepar & venæ.*	
IN MVNDO POSTREMÆ COMPOSITIONIS.			
Notiones.	*Discursuum seminaria.*	*Sensibilia simulachra.*	Seminaria.
Metaphysica.	*Logica.*	*Physica.*	Fines.
Secta Methodica.	*Secta Dogmatica.*	*Secta empeirica.*	Scitæ.
Analogismus.	*Conuersio vtriusque.*	*Epilogismus.*	Instrumenta primigenia.
Synthesis.	*Conuersio.*	*Analysis.*	Motus primarij.
Mens legum.	*Lex.*	*Vsus & historia.*	Principia Reipub.
Principes.	*Magistratus.*	*Populus.*	Partes Reipub.
Discursus Metaphysicus in longit.	*Discursus Logicus in altitudine.*	*Discursus Physicus in latitudine.*	Methodus.

Monas infectilis, vti & punctus et linea prima.

Ipſius Monadis nulla prorſus eſt vera ſectio, vti nec puncti, neque virtutis primæ & in ſe permanentis. eſt tamen omnium principiorum trium hęc ſumma ratio, vt ſint per ſe quidem indiuiſa, ac tria vnius numine comprehenſa; ſintque relatione totius quantitatis motus atque naturæ in vniuerſo (quorum auſpicia prima dicuntur) humanæ cogitationis ope diuiſa. Nam idem eſt punctus ſiue eſſentia, idé virtus & vnitas; ſed reſpectu progreſſus & dimanationis in quantitatem continuam, punctus appellatur; reſpectu numeri progreſſusq; in res diſcretas inuicem; vnitas rectè; reſpectu naturæ denique vt formarum omnium eſſentialium, accidentalium & proprietatum, virtus primaria; virtus in ſe primo quidem conſiſtens, mox diffuſa, & in orbem velut circumacta, humanis oculis ſpectandam ſe repræſentat. Ipſa enim omnium trium extenſio diuiſibilis ex indiuiſo termino, velut ex puncto linea propagatur. Vnde & vnitas ipſa nequaquam à nobis percipi, niſi modo partibili poteſt, dum vnionem trinam & ternionem nouenariam appellamus. Vnde & eſſentia, vnitas, veritas, bonitas, poteſtas, pulchritudo, atque omnis denique virtus vnum ſunt, penitus diſtincta quodammodo per intellectum ex rerum ſenſibilium obſcura quadam atque vmbratili ſimilitudine. Nam intellectus cùm in quacumq; diſcurſione, præſertim circa cauſſas primas indigeat phantaſia, ſimulachris autē ſenſibilibus permiſceri contingat & locum & tempus, idcirco abſtrahere difficilius eſt ea quæ ſunt phantaſmatum, à rebus ipſis quas in iiſdem ſpeculamur. Proinde cùm inter intelligibilia & ſenſibilia ſit quodammodo medius, aut potiùs res eſſe ſupra quàm ſunt, abſtractas à materie ſcilicet, vel in rebus immaterialibus materialem conditionem affingit ſibimetipſi, qua (quantum in hoc mortali puluere licitum eſt) veram aut veroſimilem rei notionem atque eſſentiam deprehendat. Patieris igitur, ſi paulo liberius ad hęc exprimēda myſteria voces accommodem opportunas, & paſſim pro mei ingenij tenuitate quæſitas: ſi fortè in rebus diuinis minùs modeſtè ac propriè quicquam conſtituero quàm pro maieſtate par ſit. Sic enim inquit clariſſ. Philoſophus B. Dionyſ. Areop. lib. de cæl. Hier. Simulachris ſub ſenſum cadentibus mētes illas cęleſtes in ſacro-ſanctis Scripturæ libris deſcripſit, vt nos & rebus ſenſum mouētibus ad eas quæ animo ac ratione cernuntur, è ſignis fictitiis ad ſummam euehat cæleſtium hierarchiarum ſimplicitatem. Nos itaque, quantum per oculos corporeos datum eſt, à mundi ſpectaculo ad ipſum artificem antè conſcendere conabamur impulſu Dauidici carminis: Cęli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ipſius &c. hinc per deſcenſus iterum ex vnitate & trinitate opificis ſummi mundi vnius ternariam rationē & triplicem quoque, ſi fas eſt, creationis ſeriem deriuauimus; vt quanquam in Deo nulla diuiſio, nulluſq; paſſiuus motus, dicam tamen cum Moyſe, motum diuinum ſpiritum ſuper abyſſi faciem. Statuam & ſyntheſis quandam atque analyſis atque conuerſionis ſpeciem iuxta illud Pſalmographi; Dante tē illis, colligent; cōponente te manum tuam, omnia replebuntur bonis. Vbi & ſyntheſis ſanè & ſpiritus emiſſio quædam inſinuatur. Auertēte autē te faciem tuam, conturbabuntur. auferes ſpiritum

Diuina nomina quo pacto diſtinguantur.

Intellectui complicatur locus et tempus vel ſimulacra animæ.

Errorum cauſſa circa diuinorum contemplationē ex ſenſu maxime.

Auctoris excuſatio circa diuina nomina.

Quomodo motus Dei aliqua ratione dicatur. Analyſis Syntheſis idea in mente diuina.

Digitized by Google

titum eorum, deficient, & in pulueremsuum reuertentur. Vides & veram in rebus analysis formam, dum mundi spiritus ad nutũ diuini spiritus redit vnde defluxit. Sequitur mox in eodem psalmo 104. quo vniuersi compositionem satis ostendit: Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Quod si verò in hoc naturæ theatro circa diuinorum nominum proprietatẽ, communionem, differentiam vel id genus alia superiora, ingenio meo præter mentem Ecclesiæ catholicæ & doctissimorum patrum sententiam, vel propter inscitiam, vel ex digressu ardẽtiore in campos Theologiæ Platonicæ imprudẽs fortè constitui, omni certè contentione id minimè ratum apud posteros volo: non enim hæc ideo ad diuinam essentiam vsque deduximus, vt illam aperiãt quæ nec angelis est manifesta; verùm vt ascendentibus aditum monstrent per res sensibiles atque mutabiles; vel descendentes econtrario ex diuinorum contemplatione rudiuscula, pulcherrimi opificij harmoniam exactam cum suo opifice aliquatenus apprehendant. Reductionis ergo totius in vnitatem ratio in antè præfixa tabula est, vt per descensus ascensusque rectos siue transuersos, res mundi singulæ primùm sub suo genere totoque composito ad vnitatẽ triplicẽ sic referantur, quatenus in eodem genere vel toto quædã suprema, quædam sint media atque infima, quæ tamen in vnius generis rationẽ planè conueniant. Nam qualis est cæli ratio ad ætherem & sublunarem regionem inter mundi maioris sensibiles partes, vel formæ præsidis ad spiritum medium atq; infimam qualitatem inter insensibiles partes eiusdẽ; talis & in Microcosmo homine inter sensibiles partes cerebri habitudo ad cor atque hepar est æstimanda: & inter contenta vel insensibiles partes animæ rationalis ad vitalem ac naturalem, intellectus quoque ad rationem & phantasiam, & cæterorũ ordinum ad cæteros proportione analoga semper, etsi in Deo rationes omnium reuera sint semper vnitæ, diuisæ solum (vt dixi) per humanæ mentis relationẽ. Est & reductio quædam posterior singularum partium ad sua tota maiora vel pleniora, vt qualis sit habitudo in maiore mundo, vel cæli ad sublunarem regionem, vel cæli ad sibi præsidem formam & animalia in se contenta, & sublunaris regionis ad sua similiter; talis & in mundo maiori, capitis ad ventrem, vel capitis ad animæ vires in eo contentas, & per consequens totius maioris ad totum minorem orbem. Postrema reductio est vniuersalis maximè, vt qualis habitudo maioris mundi ad minorem, & huius ad Rempubl. talis totius syntagmatis ad fontem atque architectum Deum, à quo vti digreditur primũ, in eodem sanè & ab intellectu facta reductio pedem figat.

Ecclesiæ auctoritas omni totius Philosophiæ præferenda.

Reductionis ternarij in vnitate triplex in ante præfixa tabula.

1

2

3

SI QVIS verò præter Pythagoræ Monadem, qualem nos ex naturæ opificio partim, partim ex Platonicis monumentis pingere conati sumus, eam desideret quæ verè catholico symbolo sit consentanea; fateor equidem in hoc genere me parum versatum, & omnium minimum posse, quãdo hoc omne mysterium nullo sermone hominum recludi penitus, nullo vel angelorum intellectu percipi possit. Verùm oporteat, vt inquit Aurelius lib. vij. de Trinit. creatorem per ea quę facta sunt, intellecta conspicientes, Trinitatem intelligamus.

Trinitatis mysterium nullo humani intellectus lumine nedũ oratione cõprehendi posse.

„ In illa enim origo est summa omnium rerum, & perfectissima pulchritudo, &
„ beatissima delectatio.

Memini quoque illius sententiæ, Quod qui scrutator sit maiestatis diuinæ, ab eadem facillimè deturbetur. quoque lib. de Ciuitate Dei præclarè innuit D. August. cum sic ait: Liberis verbis loquuntur philosophi, neque in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autem ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia, etiam de rebus quæ his significantur, impiam gignat opinionem. Proinde id etiam atque etiam lectores monitos volui, ne fortè per imprudentiam vlli sim offendiculo, neúe ex scriptis meis, in hoc negocio difficillimo plura quis ratiocinetur, quam vel ipse concesserim, quæ forte vel fidei nostræ literisque sacris & patrum traditionibus aduersentur. Si quid verò ab eorundem sensu magis sit alienum, omne idipsum ex prisca gentilium Theologia, ex Academiæ spatiis, & Aegyptiorum schola à nobis esse depromptum sciant, nullo quidem probandi tantopere vel asserendi studio, sed partim ornatus solius, atque illustrandæ doctrinæ gratia, partim vt omnes intelligant me non tam hic Theologum, quam naturalem Philosophum agere. Nec res diuinas adeo ad viuam naturæ imaginem, quam contra hanc ipsam ad suum exemplar, siue opificem cogere voluisse, quod & Marcilius Ficinus & Picus Mirandulanus, & Gaspar Contarenus Cardinalis illustriss. pluresque alij hac ætate viri in philosophia percelebres absque calumnia præstiterunt.

Auctoris obtestatio in materie vnitatis ac Trinitatis.

Huius autem præcepti toties à nobis facta est repetitio, quòd huius exulcerati sæculi mores intelligam, quodque inuidiosorum pestilens virus, cane & angue deterius extimescam: dum plures id captant scilicet vel ambitionis studio, vel inflammati odio aut auaritia, vti adiiciendo, auferendo, torquendo, calumniando, peruertendo paucula suam sæpe opinionem conformem aliorum placitis reddant; sæpe verò auctores eosdem alios quàm reuera sint, per hominum ora traducere moliantur; vt nobis hac ratione plus sit negotij in horum arcendis machinis, quàm in nouorum operum compositione, quæ tanto telis maioribus, atque periculis patet, quanto per plures, & altiores gradus sursum, deorsumque prorogatur.

Trinitatē omniū rerum principem fontē, & idcirco hoc opere ad plenam ordinis explicationē de illa obiter fieri mentionem, magisq; secundum sensibilem quandam imaginē in opificio mūdi, quàm eius essentiā veram nullis mortalium viribus vestigandam. Vsus huius spectaculi.

Atqui vtinam à scriptis eiusmodi rerumque diuinarum commemoratione mentem omnino abstrahere licuisset, ne vel parergis, excusationibus vel obtestationibus crebris eadem toties vsque ad fastidium inculcare sit necessarium. Sed requirebat nonnihil sublimem hanc considerationem totius operis filum ac penè præcipua basis, si veram discursionis methodum à primis principiis per intermedios gradus, vsque ad vltimam metam in vnitatis ternarij ac nouenarij perpetua symphonia, id est, à Deo ad materiem vsque, per res naturæ singulas opificis æmulatrices velis deducere. Habemus enim sub hisce spectaculis numerorum trium compræhensam naturæ faciem vniuersam, vt ex antè traditis liquet. Sed accuratiore methodo

paulo

paulo post altiùs eruendam iuxta præcepta secundi, & tertij libri. Habemus, inquam, doctrinæ Physicæ, Logicæ, Metaphysicæ, imò totius philosophiæ fecundissimum seminarium, in quo vti res vniuersi cæteræ ex 9. ad 3. & hinc ad vnitatem rediguntur: ita quidem in artium & facultatum genere Grammatica, Dialectica, Rhetorica, ad vnam Logicen: Medicina, Meteorographia, Astrologia ad Physicen proximè: Mathematica, Iurisprudentia Theologia, ad Metaphysicen fortassis non incongruè pertinebunt. Omniumque tandem capita tria ad philosophiam vnicam, quæ vel Cicerone auctore in tres præcipuas partes est distributa. In naturæ obscuritatem, in disserendi facultatem, in vitam ac mores: Vnde nobis non malè definiatur cognitio siue doctrina & rationum omnium, & rerum naturæ & supra naturam existẽtium: cui coniugis loco deseruiat hæc Cyclognomice siue Methodica ratio, quæ ab vnitate progressu in multitudinem facto, & hinc reductione passim in vnitatem, demonstret perfectos circulos in rationali sphæra, quibus insistẽs animus cognitionem vniuersalium simplicissimam infinitis possit particularibus applicare, atque ita versari circa scientias, quæstionem & facultatem quamlibet humanæ subditá rationi, vt nusquam exorbitans à veri compendio circa errorum multiplices scopulos, naufragium patiatur.

Artes omnes atque scientiæ ad 3. capita primũ, inde ad Philosophiam vnicam reducuntur.

Philosophiæ diffinitio ex Ciceronis partitione præstantissima.

Cyclognomica facultas vt philosophiæ cõiunx.

Nam si præclarè Martianus ille philosophus dixerit, olim philosophiam ad vnitatis trinæ fastigium conscendere meditantem & sphæras vomuisse & circulos: quid mirum & nos, quibus omnis labor incumbit in animi sphæram, ardenti istius studio ab infimis rebus paulatim per medios gradus, conuersa serie ad illam vsq; vnionis ac ternionis infandam lucem supinos oculos cum manibus sustulisse? Da veniam tu magne Deum sator atque hominum rex, non enim hæc ego contẽtionis spiritu, nec maiestatis tuę scrutandę studio, nec inanis gloriæ spe, sed boni communis gratia, & quantum ipse concesseris pro hymnis & holocausto statuá in laudem nominis tui. Tu modo æternæ sapientiæ pater signa super nos lumen vultus tui, caleatque pectoribus nostris splendoris tanti vel parua scintillula, vt & infanti & paruulo manuum tuarũ opera manifestentur, sitque ex supernis mundi gradibus & mediis & infimis, benedicta Maiestas tua in sæculorum sæcula.

Martiani celebris sententia.

Equidem tractatum de Vnitate ac Trinitate sanctissima facilè quidem ex Orthodoxorum placitis, atque ex Magistro sententiarum doctiss. viro Episcopo Petro Lombardo in vnam tabulam redegissem, verùm hanc inseri nolui operibus meis, etsi fortassis magnopere oportunam, ne sensum illius purissimum soli spiritui atque Ecclesiæ cognitum viderer vel commentatione philosophica vel rationis humanæ viribus inquinasse, quippe cum qua nec conuenire penitus, nec vllo modo coalescere possit. quare & quæ relata sunt hactenus, & quæ dicentur postea, non eo contendunt, vt simplex illa atque purissima lux cum gentilitiis tenebris componatur; sed vt iisdem oppido separatis, nihil in hac materie discursioni lubricæ temerè permittatur, sed tempestiuè ceu simplici auctoritate contenti pedem ab exem-

Cur parcius de vnitate ac Trinitate secundum veterẽ orthodoxorum traditionem philosophis inquirendum.

Digitized by Google

exemplari ad apparentem illius in opificio mundi imaginem referamus.

Symbolum Apostolicũ credẽdum esse simpliciter, non indagãdum altius.

Sit itaque satis ex illo nobis Apostolorum symbolo Deum vnum & trinum suam nobis & mundo imaginem reliquisse;quin & velle & posse in Deo sunt vnum, Aeternitas quoq;, potestas & volũtas vnum quid est & Deus ipse. Nam vt ex sacris verbo tenus istæc & obiter inseramus,pro dependentium ordinum
" quodam continuo filo, Deus pater in Deo filio est,filius in patre & Spiritus san
" ctus in vtroque. Nec vllus horum est extra ipsorum quemlibet propter naturę
" vnitatem,nec est personarum aliqua pars diuinæ essentiæ,sed per cõsideratio-
" nem creaturarum vnius substantiæ trinitatem cognoscimus, scilicet vnũ Deũ
" patrem à quo sumus,& filium per quem sumus, & Spiritũ sanctum in quo su-
" mus. Scilicet principium ad quod recurrimus,& formam quam sequimur, &
" gratiam qua reconciliamur,vnum quo auctore conditi sumus,& tĩmilitudiné
" eius per quam ad vnitatem reformamur,& pacem qua vnitati adhęremus.

Trinitatis imago in anima rationali.

Hanc vnionis trinæ imaginem monstrant interpretes sacri penè & in rebus mundi cæteris: præsertim verò in anima rationali;quam D. Augustinus diuidit in memoriam primò, deinde in intelligentiam , postremò in amorem & voluntatem.

Trinitatis imago in opificio vniuersi.

Similiter sanè & in orbe vniuerso,primùm vita siue potestas, inde veritas atque cognitio,tertiò connexus & actio.

Eiusdẽ imago in creationis serie.

In ipsa quoque creationis serie,quam Moyses distinguit per interualla dierum 6.eiusdem ternarij & vnitatis ratio maxumè repræsentata est.

Creationis mundanæ partes ex Alcuino.

Quare & vniuersam hanc operis molem in partes 4.vel potius operationis modos ab Alcuino diuisam accipimus:comment.in lib.Geneseos. Primus est is,in verbo omnia disponendo: secundus in informi materie , illam de nihilo procreando: tertius per opera sex dierum distinguendo varias creaturas: cui accedit quartus,quem nos, vt sit perpetua trinitatis ratio,in classe Metaphysica sub tertio comprehendimus , quo ex seminibus primis continua quadam generationis vicissitudine cuncta vel hodie reformatur,ne cum particularibus formis rerum communes species extinguantur.

Reductio 4 partium ad tenarium.

Lucubratio Platonicum de trinitate & vnitate in creationis operibus.

Sed nos ab hisce principiis ad sensibilia propiùs inclinati, triplex confestim in rebus genitis esse concluſimus. Primò,quod simplex & stabile penitus appelletur,velut diuinæ virtutis radio suo se termino continẽte. Secundò,quoddam esse confusum, virtutis eiusdem radio in rectum vltro citroque reducto, & ad alia quædam à se per circunfusæ suæ caliginis nubem erumpẽte. Tertiò, vt sit determinatum alterum essentiæ genus conuersione lucidi radij,velut in orbem sphærice conuoluta,in cuius circuitu pleno,plena & gignendarum rerum perfectio collocetur. Hic sanè ex rebus intelligibilibus ad naturalia discurrentes,loqui deinceps magis magisque Platonicõs & rationibus abditissimis,notas miscere prophaniores cœpimus,pro captu scilicet humanæ mentis, quæ sæpe vel Deo ipsi status motusque affingit multiplicem formam, Amorẽ & odium, iram, zelotypiam, mærorem, gaudium,extensionem,contractionẽ; ætatem , manus,oculos,aures & brachia;vnde & nos ex illo Pimandri spectaculo

1
2
3

Esse triplex in rebus mundi.

Loquendi Metaphysicis sæpe pro captu mentis humanæ.

Pimãdri fabellatio apud Mere. Trismeg.

Digitized by Google

culo longè pulcherrimo diuini radij imaginati sumus quodammodo triplicem raptum, non tam profecto in Deo ipso omnis compositionis & diuisionis, & mobilitatis experte, quàm mundi conspicua varietate distinctum. quorum prior sit mētis opificis primę, quam Patrem appellat Mercurius, in cuius sinu mundus intelligibilis vel naturæ exemplar archetypum delitescit. Cui consentit & illa Philonis præclara sentētia lib. de opificio mundi, vbi sic ait, Mundum autem illum, qui ex ideis consistit, nefas est loco vllo, vel dicendo vel cogitando circūscribere: Sciemus tamen quo pacto cōsistat, si considerauerimus aliquam nostratium rerum similitudinem: quoties cōdenda est vrbs cura Regis alicuius aut Imperatoris, præsto est quispiam peritus architectonicæ, qui contemplatus loci oportunitatem, primum intra seipsum partes futuræ vrbis propemodum omnes delineat, templa, gymnasia, vias, naualia, porticus, angiportus &c. Secunda creationis species sit à spiritali radio, qui super abyssi faciem prouolutus, cælum & terram indeterminata prius ratione constituit formam scilicet atque materiem indefinitam, & vtriusque medio proportionem cōsimilem: cuius adminiculo paulatim ad elimatioris compositionis speciem mundus exurgit, & quasi à verbo patris aut filio, (vt inquit Mercurius) sic cuncta in orbem aptissimum colligātur, vt ad ornatum sui, necessitatem atq; perfectionem nihil amplius requiratur.

Opificis radij triplex apparentia in rebus cōditis.

1 *Archetypi ratio & esse simpliciter.*

2 *Esse indeterminatum ex primis principiis scilicet.*

3 *Esse definitū ex elementis actu iam separatis.*

Obserua hic obsecro Mercurij illius ter Max. orationem penitus admirandam, & spectatarum ordinem rerum, libro de potestate & sapientia Dei cap. 1. Ibidem etenim potestatem referre videtur maximè ad personam Patris, Sapientiam Filio assignare, amorem & voluntatem Spiritui: atque in formatione mundi primo immensum quoddam spectaculum refert: Omnia videlicet repente in lumen conuersa, & speciem stabilem infinito imperio præualentem: Paulò post vmbram horrēdam siue caliginem obliqua reuolutione subterlabentem vultu exagitatam ineffabili, vnde natura humida & indigesta protinus emanarit: Cui tertio assistens opifex verbum ex terra & aëre, aqua & igne velut confusis seminibus hactenus, distinctum ordinibus mundum mensura, numeroq́ue, & proportione formauit. Itaque velut ex conuersione luminis in seipsum, obscurè nonnihil ortum caliginis insinuasse videbitur, si altè expēdas singula. Ex luce autem foras erumpente fortassis & formæ propagationem intellexit: atque ex diffusa caliginis specie, abyssum siue materiem. Similiter penes ideam triplicis motus tum in actiuo principio tum in passiuo & vtriusque proportione media licebit tibi quodammodo & actionis concipere triplicem differentiam, & voluntatis, & potestatis: quarum sit prior in quiete stabili: secunda sit tanquam radiis diuinæ lucis in continuum exporrectis iuxta dimensionem triplicem: tertia verò iisdem omnibus in orbem solidum vndique reuolutis.

Mercurius creationis singulas partes subobscurè ad personas singulas refert.

Applicantur 3. creationis partes ad Pimādri spectaculum.

1

2

3

Caligo.

Lux.

Materies.

Forma.

Actionis voluntatis potestatisque differentia triplex.

Ab essentia etenim simpliciter existente & (vt sic loquar) virtute stabili centro spheræ alicuius comparabili rerum omnium velut conceptus nascitur atque archetypus, rerum esse purissimum scilicet, æternum, ac stabile semper in

1 *Rerum omnium conceptus primus.*

Digitized by Google

mento opifice. de quo fortaſſis illud in ſacris: fecit cælum & terrã, atque omne virgultum agri antequã oriretur, omnemq́ue herbam antequam germinaſceret: vbi ſane nihil niſi ideas intellexiſſe videtur conſentaneum. Atque ſic etiam interpretatus eſt Philo.

2 *Rerum progreſſus in generatiõe ſubtilis.*

Ab eſſentiæ dimanatione velut in rectum, quę areæ ſuperficiali eſt cõparabilis, rerum progreſſus in generatione poſt conceptum, id eſt ipſa principia adhuc inconnexa prodierunt: vnde & eſſe ſimplex & indeterminatũ, donec pau latim radiis in circuli figuram coeuntibus cæperũt obſcura compoſitionis rudimenta, indefinita tamen propter naturam ſuperficiei: vnde & afflatu ſimpliciore mundi prima elementa ſunt propagata.

3 *Rerum partus.*

Ex eſſentiæ verò dimanatione in orbem abſolutũ & ſolidum, ſphæricæ ſcilicet circumferentiæ comparabilem, Eſſe quoque compoſitum ac determinatum prorſus per hæc inferiora dimanauit. Hic autem velut quidam partus eſt atque perfectio, in mũdi ſcilicet triplicis, aut quintuplicis ſpeciebus, & ſpecierum diuerſis partibus eluceſcens.

3 *Principia.*

De Archetypo impræſentiarũ nihil amplius addam. Quod ad principiorũ creationem attinet, ſunt hęc, vt dixi, potiſſimum tria, Materies, Forma, Proportio; omnia ex mundi ſpiritali radio protenſo in rectum atque continuum ordine ſcaturientia.

Ortus Materiæ.

Cum verò ſit & protenſio triplex, vna dextrorſum ſiniſtrorſum, hinc materies oriunda eſt, lineæ tantum cõparabilis ac velut ſola prædita longitudine.

Ortus Formæ.

Altera ſurſum deorſum, vnde forma progreditur tanquã latitudinis rudimen tum ſuperficiali rationi cõparabile.

Ortus Proportionis.

Tertia verò antrorſum ac retrorſum: vnde altitudinis ratio pullulaſcit, oriturq; Proportio, quæ corpoream ſoliditatem in rebus abſoluit, poſteaquam ſcilicet hæc prima principia actu per medium ſunt copulata.

Motus diuerſitas in ſpiritu mundi.

Cæterum in ante dictis motuum differentiis, quod ſi intellectus aciem ad ſummas vſque anguſtias redigamus, inueniẽtur denuo particulares alię differentiæ tres: duæ quidem ſimplices, vna compoſita. Dum enim vel in lineam mouetur ſpiritus mũdi vel ſuperficiem, vel in altitudinem ſphæricã: mouetur ſanè vel extrorſum à centro ſcilicet, ſeu medio ad circumferentiã extremam: vel via oppoſita à circumferentia ad ipſum centrum: vel denique per motum compoſitum, pariter verſus extrema protenſum, rurſusq́ue ab extremis mediũ verſus inuicem occurrentibus. Ex his autem differẽtiis motuum poſtremis in priorum ſingulis apparent & principiorum differentiæ quædam, indeterminatæ tamen, donec actu per proportionis ſpiritũ copulentur. Multi hæc monſtra nominum & partitionum temerè iudicabunt, quibus hoc obiter dictũ volui, vt ſeſe prius emungant probè, quam aliena temere iudicẽt vel prædicatis opinionibus acquieſcant: in omni enim doctrinæ genere ſummè periculoſa addictio eſt.

Etſi enim materiem ſenſerit Ariſtoteles omni penitus forma liberam, omni qualitate vita ſpiritũq́ue deſtitui: nos tamen hic Metaphyſicæ rationi, vel intellectũ

Digitized by Google

tellectui potius auſcultantes lubenter concipimus vnicuiq; principio tria ſemper aſſiſtere. Primò Phenomenon, ſeu apparentiam quandam, indeterminatá tamen, vtpote lineale in materie, ſuperficiariam in forma, in proportione corpoream. Secundò addimus & indefinitam animam quandam ſeu vitam indeterminatam illius principij quatenus adhuc eſt inconnexum. Tertiò ſpiritum quendam in ſingulis mobilem vltro citroque: deinde & motium alterum, & copulantem, pro ratione impulſus facti ab anima mundi. *Tria in vnoquoque ſpectari principio mundi.*

Vnde materiei, quam ſcriptura Abyſſum videtur appellaſſe, interdum & terram ipſam, à conceptus ſimilitudine aſſiſtunt.

1 Gluten perpetuum ſeu humor quidá indeterminatus (quem pulchrè literæ ſacræ vel aquas vel faciem abyſſi nominant) cuius officium eſt partes linealis rationis inuicem connectere, modo tamen adhuc indefinito. *Materiei ratio.*

2 Spiritus extenſus in longitudinem, paſſibilis tantum, & adhuc indefinitus.

3 Intelligentia vel vita conſimilis.

Cæterum pro analogia huius principij materialis tanquam ſubiecti actionis ad virtutē agentis verbi diuini per impulſus continuitatem diſcontinuitatem (prout nimirū introrſum extrorſumúe procedit in longitudinē) oriuntur tum in materiali glutine, tum in illius ſpiritu ac vita ſeu poteſtate triplices apparentiarum differentiæ, continuitas, diſcontinuitas & extremorum Symmetria.

Vnde materiei dicitur

- Humor
  - Æquabilis & leuis.
  - Inæquabilis & aſper.
  - Symmetros.
- Spiritus
  - Leuis.
  - Aſper.
  - Medius.
- Anima & vita materiei
  - Leuis.
  - Aſpera.
  - Media.

Pro analogia rurſus principij formalis ad virtutem agentis in ipſo impulſu ſpiritus à centro ad circumferentiam, vel econtrario, vel permiſtum, triplices quoque in forma confuſæ ſunt differentiæ qualitatis: Nam *Principij formalis vniuerſa.*

Formæ quam ſcriptura ſacra videtur cæli dignata nomine aſſiſtunt.

1 Apparentia ſuperficialis exterior, quę in cæleſtibus lucem parit, in æthereis ſplendorem magis, in elementis corruptibilibus lumen, colorem cum ſuis vbique oppoſitis ex opaco prodeuntibus. vocat hanc facié Moyſes lucem & diem.

2 Spiritus fuſus in latitudinem.

3 Vita formans, vel rerum formatrix intelligentia.

Digitized by Google

Vnde pro impulsus triplici ratione tres quoque particulares differentiæ in assistente formę Phornomeno geminascunt, Perspicuitas scilicet, Opacitas, vel vt scripturæ verbis vtar, Caligo. Et inter hæc extremorum Medium.

- Vnde formarum
  - Apparētia ceu lux dicitur
    - Perspicua.
    - Caliginosa.
    - Media.
  - Spiritus.
    - Fusus ad circumferentiam & leuis.
    - Contractus ad centrum seu grauis.
    - Ambiguus.
  - Potestas vel vita ad tonum
    - Leuem
    - Grauem
    - Symmetrum
    - } Aspirans.

Qualitates prima.

Proportionis ratio vniuersa.

Qualitatis æquabilis in materie comes humiditas in creatione determinata. Asperi verò & inæquabilis siccitas, similiter & perspicui soboles calor: opaci siue caliginis, frigus. Quod ad proportionem attinet principium tertium, pro eius quoque respectu ad efficientem caussam ceu impulsorem spiritum illa similiter quæ semper assistunt vide.

- Assistunt autem proportioni
  1. Concretionis velut coagulum quoddam adhuc indefinitum: licet & gluten corporeum in potentia nuncupare, quod quidem in cælestibus firmissimam efficit formæ atque materiei ceu lucis & humoris concretionem: in orbe corruptibili infirmissimā: in æthereis mediam.
  2. Spiritus in altitudinem extensibilis.
  3. Anima ceu vita corporea in potentia rationem altitudinis complexa adhuc indefinitam.

Idcirco pro impulsus varietate introrsum, extrorsum, permistumq; in altitudinem oritur in rebus atque principiis concretio firmior, ex proportione minoris inæqualitatis; infirmior, propter maiorem; concretionis robur mediocritas, propter proportionum æqualem Symmetriam.

- Hinc apparet in proportionum specie.
  - Phornomeni loco coagulum.
    - Maioris inæqual.
    - Minoris.
    - Symmetrum.
  - Spiritus.
    - Maioris inæqual.
    - Minoris.
    - Symmetrum.
  - Animæ & potestatis inhærentis similes differentiæ.

Habes

Digitized by Google

Habes ex tribus principiis Muſicarum vocum differẽtias ſeptem, Aſperum, Lene, Graue, Leue, Aequale Inæquale, Symmetrum. E quibus tandem reſtat vt aucupemur Symphoniam vniuerſi numeris congruis & tamen diſcordibus variè temperatam. *Muſicarum vocum in harmonia mũdi prima differentia 7.*

Reſtat, inquam, prędicta ſingula variè componamus per multiplicationem quadratam ſcilicet, aut ſi voles cubicam. Videbis ex coniugationibus ſingulis oriri totidem quoque elementorum ſpecies. Primò 27. quæ ad 9. reducuntur, hæc demũ ad 5. Nos in ternione perſiſtentes tria ſummatim deriuauimus: Vnum elementum ſcilicet ex connexu æquabilis cum perſpicuo, qui ſit veluti primarius aër. Secundum ex connexu inæquabilis cum imperſpicuo vel opaco: idipſum primaria tellus appelletur. Tertium ex cõpoſitione æqualiũ æqualiũ prodeat, in quo ſanè reſidebit ſemper ſpiritus & intellectus à ſuperiore dimanans ad vſque hæc inferiora, iuxta ideam extremorum, nec non actionis & paſſionis omnis, quam in ſe complectitur. Hanc auram optimè, fomitemq; innati calidi, vel extremorum vinculum deinceps vocitabimus. *Elementorum indefinitus ecurſus.*

Itaque cùm ſint partes vniuerſi triplices, Cæleſtis merè actiua reſpectu inferiorum, Elementaris paſſioni ſubiecta, Aetherea verò actiuam facultatem obtinens verſus inferiora, paſſiuam reſpectu ſuperiorum.



Ex hiſce elemẽtis indefinitis paulatim & tertia creationis ſpecies eſt abſoluta. Vnde mox elemẽta in cælis, æthere, & ſublunari mũdi regione prodeũt. Primò quidem aër, tellus & aura media, iam actu diſtincta, & ſuis limitibus circumſcripta, mox & poſterioris compoſitionis elemẽta ignis, aqua, & horum vehiculum medium: ex iiſdem elemẽtis rurſum humores corporum totidem & omnis miſtorum ſecuta eſt generatio. Sed iſtæc alibi fuſiùs & ſparſim cum *Elementorum exactus determination.* *Concluſio de Trinitate vniuerſi.*

Conclusio de Vniuerso vniuersi

vsu venerint explicanda, nunc obiter retuli, vti omnem ascensus, descensus & conuersionis seriem ab æthnicis mutuatam cum rerum ordine naturali (meliore interim saluo iudicio) conferamus. Obseruabis itaq; sedulò mundorum trium tres quoque præcipuas partes, creationem triplicem, conceptum, progressum & partum, trium spirituum triplicem motum, trium principiorum triplicem qualitatem, tria elementa primæ & secundę compositionis: quę cuncta demum ad absolutam monadem referuntur.



De circvlo sive conversione exemplari

in rebus singulis vniversi, verumque causis vsque ad elementa, ac primum in finibus vniversi.

Capvt vi.

Epilogus antecedentium cum propositione nona.

ET HACTENVS quidem à Deo diduximus per mundũ triplicem vsque ad materiæ infinitudinem in rebus naturæ singulis, inque humanis animis distributorum ordinum classes, atque earundem analogias mutuas essentiæ, facultatum, actionumque specie congruentes. Vt hæ vel solæ sufficiant pro generalis illius Methodi elementis primis, quorum intuitu solo (absq; vlteriore præceptione scilicet) plurimos constat in magnos quandoque artifices euasisse.

Conuersa tertia pars exemplaris Methodi.

Verùm ea quæ modo protulimus vniuersa regressus quidem progressusque speciem, ascensus omnes atque descensus in exẽplari Methodo satis ostendũt: ipsam verò conuersionis imaginẽ ex vtrisque cõpositam, etsi intra se continẽt, minus tamen conspicuam præbet, nisi ex amborum pugnantium mutua vicissitudine vnius circuli perpetua ratio tum in rebus genitis, tum in rerũ caussis atque principiis, in toto simul ac partibus pari analogia monstretur.

Methodi exemplaris triplex ratio.

Omnis autem Methodi exemplaris ratio prima in Deo, naturaque opifice collocatur. Posterior hac & imitatrix altera in humanis pectoribus superioris aspectu sic viget & exeitatur, vt ignis in naptha vel sulphure delitescens, ad illud exurgit quod actu perpetuo viget incendium, viuacemque sequitur flammæ extesioris afflatum. 1 2

3 Hæc rursus confusa primum Methodi species, & subita duntaxat impulsione progenita sedem paulisper in lubrico seruat, donec accedente rationis adminiculo postremæ & solidioris methodi fundamentum solidum fiat. Cuius robur vel ædificandis artibus cæteris, scientiisque ita cõueniat, vt nec fortunæ ludibria, nec sophistarum inanes strepitus pertimescat; sed sit velut portus ab accessu ventorum immunis, & vndæ: Nympharumque domus, vbi fessas vincula naues contineant, & adunco pendeat anchora morsu.

Partes exemplaris cuiusque.

Exemplaris Methodi, ac totius imaginis sunt partes præcipuæ duæ, ascensus, descensusque scilicet; qui quidem mutuò copulati absoluunt conuersionẽ vnicam, vel plenum circulũ, vt qui totius peripheriæ rationes intelligat, idem ascensus quoque & descensus, compositionis & dissolutionis speciem facilè in animo compræhendat, vel econtrario. quippe quæ sic innectant circuitus rationem, vti partes diuersæ inuicem, complexu mutuo vnum efficiunt compositum naturale.

Partitio demonstranda.

Pulchrè itaq; cõuersionis ideã in rebus omnibus assequemur, si per vniversi caussas partesque denuo processerimus, adiuncta passim demonstratione rudiuscula, quæ quendam circulum nobis aperiat. Primò in principiis mũdi rebusque compositis, quarum syntagma loco sit exemplaris primi: deinde ex iisdem probet Exemplaris alterius rationem, cuius fundamento solidior tertia 1 2

sit ex-

3 sit extruenda. Postremò vtilitatem quoq; huius ideæ vmbratilem paucis adhibeat, cuius illecebris velut incantamento magico fascinatus animus ante non acquiescat, quàm plenos pro scopo naturæ circuitus perlustrarit.

Demonstratio conuersionis mũdi in caussa finali genere.

At primùm exorsi à caussis extrinsecis, de finibus rerum pauca dicamus, prout in circulum omnes se mutuo consequuntur, illamque progignunt Methodi speciem in animis nostris, quæ simplicissima est & cæteris prior ac κατρισκοπικὴ nobis dicetur tertio libro.

Caussa finalis.

Id istic imprimis scire refert, quod caussa finalis vt finis existit, in efficientis animo reliquas antecedat; vt autem effectus, sit & iisdem nunc re, nunc cogitatione posterior. Idcirco cum cuncta sub finis nomine sint entia solius propemodum rationis, necesse est & effectrices caussas, & formam, atque materiem, ipsos etiam effectus artis, siue naturæ commutatis sæpe respectibus, finalẽ inducere rationem. quare nec de finibus mundi, vel eorundem conuersione mutua sermo rectè institui potest, quin idem ad mundi partes, siue materiem, ad formam quoque, & efficientem tacitè proferatur.

Relationis diuersitas in genere causse cum que.

Illud verò non segniter expendendũ, quod quemadmodũ in defluxu rerum siue progressu ex vnitate in multitudinem totius hęmicycli sit caput primariũ Deus, idemq; finis & terminus in ascensu naturæ, vel animorũ à materie, per corpora, qualitates, animas, ad mentem & vnitatem: ita & in conuersione omnium statuendus est Deus vt centrum, idemque vt area quædam, vt sphæra totius circumferentia: hic quidem agendi potẽtia, & pulchritudinis radio infinitus, illic penes essentiam vnus & indiuisus. Itaq; siue finalem seriẽ à nuda ratione pendentem in vniuerso contemplemur, siue realem alteram, qua sese effectus, & effectrices caussæ, tum sub vnius compositi nomine, tum sub materiæ & formæ distinctis ordinibus consequuntur, vbique à Deo telam cõuersionis exorsi, per eũdem merito & actiones, & studia, sermonemq; vniuersum regere, & in eundem referre conabimur, donec instar lunaris globi à Sole digressi, & ad eundem conuersi denuo, & lucis & motus orbem pulcherrimum absoluerimus.

caput totius in orbi Deus.

Relationũ circuli in ordine causse finalis.

Vnum hoc equidem mirari satis non possum, quòd in diuinis operibus ita sint cõcinnata singula, vt idem medium sæpe respiciat diuersos ac penè contrarios scopos. Diuersa quoque media conuersim referantur ad vnicum finẽ, vnde cum in ordinibus quibuscunq;, tria hæc semper occurrant, extrema duo & extremorum medium, vbi diuisionis totius latitudo bipartita vel cõnexim sub vnius medij nomine, vel diuisim rursus sub extremorũ ambitu continetur: hinc sanè cunctorum finium exurgit in vniuerso maximè circularis ratio.

1 Nam modò referuntur infima quæque ad superiora, tanquam suæ existentiæ
2 vel actionis principes scopos: modò cõuersim superna videntur instituti inferiorũ gratia: modò extrema vtraq; propter vnius medij rationẽ, vel medium
3 propter extrema. Vnde hæc analyseos, atq; syntheseos ratio in mente opifice, propter symphoniã triplicẽ, longè quidem pulcherrima est, sed inexplicabilis mihi atq; mortalibus cæteris, quippe qui eius consiliis non interfuerimus, sed

rude

Digitized by Google

rude duntaxat veſtigium impreſſum animis habeamus: quod ſi oratione qualicunque nobis licet exprimere, dicam craſſiuſculè primùm, vt quondá Plato, mundum hunc vniuerſum ex vno verſum in infinitam pulchritudinem, ideoque Græcis κοσμὸν τοῦτον κάλλιστον ex abundante ipſius opificis bonitate fluxiſſe, quam minus conuenerat abſque germine ſterilem in ſe ipſa permanere. Finis itaq; totius & opifex cauſſa eſt Deus, vel ſumma bonitas: idem & rationes formarum omnium eſſentialiũ, accidentalium, quantitatũ in ſe complexus, cunctorum quodammodo vt forma eſt generalis, atque materies. Vnde & múdus ptopter Deum, vt gloriæ nimirum illius & maieſtati inſeruiat. propter eundé ſingula agit in mundo Deus; emittit ſpiritum ſuum, aufert, atque circumagit, rerum ortus efficit, interitus & conuerſiones mutuas. Hinc primũ mundi maioris gratia creatus eſt minor, & propter minorem ipſa Reſpublica, vel ecõtrario propter Reipublicæ mundum, propter artes atque ſcientias homo: propter hominem mundus maior: & rurſus in ſingulis minora propter maiora, & media: maiora conuerſim minorum gratia, vel medium propter extrema, & hæc propter mediũ. Ita enim inſeruiunt animabus corpora, corporibus animæ, ſed vtriſque ſpiritus medij. ita formæ figura inſeruit atque materies, materiei forma, vtriſque proportio; vt non ineptè mundũ conſiſtere ex mutuo debito arbitremur, licet alia quadá ratione inferna ſummis debeant, alia verò ſuprema infimis, vel vtraque medio. Superiora hoc etenim ex amore debẽt, vt inferiora quęq; perficiant. Quod debiti genus ad agẽdi conditionẽ magis eſt referendũ. Inferiora quorũ cõditio magis paſſibilis eſt, ſupernis ordinibus recipiẽdi pröptitudinẽ atq; obſequiũ debent. Media tandem extremis, vt ſint in actione, & paſſione qualibet vinculorũ loco, viamq́ue deducant ex ortu interitũ verſus, ex vno contrariorũ in alterum, per cõmune ſymbolum in analogia mutua & proportione cælatũ. Rurſus inter extrema ſummæ naturæ faſtigiũ Deus, in omnes inferiores ordines agit: à nullo accipit, neq; patitur quicquá. Omnibus contra ſubſtrata materies patitur tantũ, reuera nihil agit licet actionis modũ ſępe peruertat, iuuet atq; prępediat, quę nõ tá per ſe videtur facere, quàm per cohęrentẽ qualitatẽ, quæ quaſi ſuperior corpore, & quantitate à Metaphyſicis æſtimatur. Quicquid eſt intermediorũ graduũ, omne id partim actiua, partim virtute paſſiua prędituũ ea neceſſitudine cõparatur, vt agẽs omne in agẽdo patiatur, & quæ patiũtur agere videamus, vti ſeſe mutuo quærãt, amentq; ſingula, vel fuga & odio proſequãtur: Vnde illi attractus repulſuſq; perpetui aſcẽſus, atq; deſcenſus, miſturæ, & miſturarũ dialyſes, ortus, interitus, augmẽta, decremẽta, & in naturarũ genere quouis, cõtrariorũ perpetuæ quędá viciſſitudines.

Finis mundanæ fabricæ iuxta Platonem.

Demonſtratur circuli in genere cauſſa finalis vniuerſi.

Mundus exemplo debito conſtat.

Quid ſuperiora debent.

Quid inferna.

Quid media.

Quòd ſi particulatim in longa finium ſerie, eundem & primum cernere & nouiſſimum voles, refer te ad ſubiectam tabulam. Et per intermedias claſſes aciem vltro, citroq́ue raptam circumage: adiuncta paſſim ſi libet iuxta finium reſolutiones & diuiſione Dialectica, qui ferè Platonis mos eſt, vt in artis noſtræ conſtitutione plenius demonſtrabitur.

Particularis ſynthęſis & analyſis demonſtratiua in opificio vniuerſi.

Circularis ratio ſine conuerſionis idea in finibus vniuerſi.

Digitized by Google

Huius bonitatis sapientiæ, & fecundissimæ pulchritudinis summa perfectio quæ in rebus omnibus fluit, quam fit creatæ mentis circuitu plenissime capere, & contemplatione mutuorum omnium, & conuersione spectare.

Finis efficiens & exemplaris omnium creaturarum Deus.

Vt fit, id est efficientiæ ipsius summa perfectio quæ in rebus omnibus fluit, quam fit creatæ mentis circuitu plenissime capere, & contemplatione mutuorum omnium, & conuersione spectare.

Huius gratia vitam actio triplex requiritur

Animalis Vitalis Naturalis

Propter vitam actio triplex

Animalis Vitalis Naturalis

Propter actiones generatiuas faculatas & formas

Animalis Vitalis Naturalis

Propter animam corpus familiarem

Animalis Vitalis Naturalis

Propter vitam intellectui militantem copulatam

Animalis Vitalis Naturalis

Propter amorē copulationem Dei & intellectus

Propter amorē copulationem Dei & intellectus

Pulchritudo id est vt cum aliis fit, quæ maxime per progressum explicatur ab vno in multitudinem.

Propter hanc, primā diuisionē in tres

Mundi maioris
Mundi minoris
seu istius

Propter tertiam diuisionem alterā cōcipitur in tres

Partis incorporeæ
Spiritalis
Corporeæ

Propter ordinem quæ fit vniuersi, & varietatem ac pulchritudinem

Supremorū
Mediorum
Infimorum

Propter hunc ordinem

Horum gratia ordinatur familia

Horum gratia ordinatur familia

Propter hunc

Omnium vnio & finis in Amore, Amoris autem in omniuoa archite. do Deo.

Confusio efficiens per plumbea confectiua, quæ nunquoque, per regressum & multitudine in vnitatem.

Horum iustitia, quæ gratia spiritualium corporumque, per Mundum maioris, Mundi minoris, Medij.

Propter hunc concentus partium corporum atque primo respectum ad finem corp. & totius Mundi maioris, deinde minoris, inde ordinem.

Horum gratia ordinatur ordo, numerus atque proportio.

Horum gratia excludirur ab vniuerso, & variis inimicis, contrarijs & ex contactis iterum in pugna & dissolutio noua.

Subsistarum
Accidentium
Proprietatū.

Omnium vnio & finis in Amore, Amoris autem in omniuoa architecto Deo.

Digitized by Google

Verum vt totius resolutionis, cõpositionis, atq; circuitus ordo sit explicatior, ad mundi species singulas conuertamur, spectantes in omnibus tribus trium præcipuarum partium analogam rationem, & vbiq; finium relationem triplicem vel ad infima quæq;, vel ad suprema, vel media; sic enim sub vniuersali priore & particularis finium circulus elucescet.

CVM RELATIONE INFERNA.
CVM RELATIONE SVPERNA.
Continentium
Vinculorum
Concentrorum
In Maiore
In Minore
Finalis itaq; conclusio est
In Mãdi maiore
Vinculorum & mediij cuiuscunq; resoluitio per extremorum analysim est manifesta. Similiter & reciproca finium mediorum ad extremos, vel extremorum ad medium, per relationem extremi ad extremum.
CVM RELAT. AD INFERIORES ORDINES.
CVM RELATIONE AD SVPERNA.
CVM RELATA AD INFERNA.
CVM RELATIONE AD SVPERNA.
In reipub. & ciuitatis cõstitutione
Vinculorum
Concentrorum
Continentium
Vinculorum
Concentrorum
Omnia intellig. cõtinentia
Deus. Mundi. Cœlestes. Aetherei. Elementa.
Propter infinitã & gratia agitationẽ & loge e. intensa
Propter infinitum esse & potẽtiam
Propter infinitum esse & potẽtiam
Omnia
Deus.
Deus gẽtium & ciuitatum rector & gubernator
Angeli. Mortales. Animalia. Plantæ. Mineralia.
Regio
Regio
Regio
Mũdus
Propter corpus animatum
Propter animos intellectiuos
Propter genus
Propter intelligentias
Propter intelligentiam
Omnium gubernator
Deus.
Deus gẽtium & ciuitatum rector & gubernator
Angeli. Mortales. Animalia. Plantæ. Mineralia.
Regio
Regio
Regio
Mũdus
Propter corpus animatum
Propter animos intellectiuos
Propter genus
Propter intelligentias
Propter intelligentiam
Omnium gubernator
Deus.
Continentium
Vinculorum
Concentrorum
Viscera ventriculos, cæcos, brum, hepar
Propter vasa multiplicata fuliginosa & ligamenta
Propter musculos officia & canes
Propter hæc ossa humores & reni
Vita corporis
Propter corporis humani fines & membra
Propter vasa triplicia.
Propter vitam
Propter vitam
Propter infimi
Propter deferentium facultates, facultas prunccpa.
Continentium
Vinculorum
Concentrorum
Facultates animæ res principes, vitales & naturales
Propter principes functiones
Propter has opes facultates, ministros
Propter has functiones
Vita in multiplici varietate
Propter multiplicẽ varietatem
Propter varietatem
Propter varietatem
Propter

Licet tibi hoc diagramma pictum ſi voles ad inſtar primarum claſſium diſcurſu triplici in conuerſionum circulos exarare, licet quoque analogiam omnium interpunctorum mutuam aſſignare, vt & in humana fabrica & in ciuitate hominum ſint ſingularium partium communiſſimæ rationes, poſſintque dici in homine partes cælestes, ætereæ, & elementares. Similiter in mundo maiore & viſcera, & vaſa, & partes quæ horum influxu nutriantur: poſſis & in Republica (quemadmodum oſtendimus ſuprà) ſuum caput & ventrem conſtituere, ſuos angelos, dæmones, atque inferioris ordinis animas, & ſic in cæteris, vt omnis idea per omnes exactè diffuſa pelluceat.

Eadem demonſtratio in hominis opificio.

Sed particulares analyſes, ac ſyntheſes iſtiuſmodi in rebus naturæ ſunt infinitæ. Quarum omnium loco vel vna ſufficiat, quæ hominē proponit vniuerſi medio conſtitutum, ſed creatione poſtremum, conceptus interim, vel finis ordine primum quodammodo, ſi præſertim eius quæratur ratio, cur oportuerit ipſum ex anima ſimul & corpore conflari in vnius ſpeciem animalis. Statuatur etenim pro fine potiſſimo æterna beatitudo, quam promereri debeat homo per imitationem artificis ſui: mox ille primarius ſcopus in tria præcipua munia diſſoluetur, Iuſtitiæ ſcilicet, fortitudinis, & temperantiæ. Quæ omnes vnius prudentiæ auguſtiore ambitu continentur: vel duobus certè capitibus, quorum in Euāgelio Chriſtus meminit, Affectione erga Deum, & proximum quemque. Horum gratia ſedis conſtituendæ neceſſitas ſequitur in orbe hoc ſublunari, deinde & corporis animæque coniugium intercedente ſpiritu, ſed propter hæc tandem creantur & vitæ duplicis fundamēta, Naturalis quidem in ſubſtantia atque ordine rerum naturalium, cui extructa eſt ſcala à miſtis corporibus, per elementa, ad ætherem, cælesteмque regionem: Rationalis vitæ, in rerum ordinibus atque ſubſtantia, quæ mundum formant intelligibilē: cui patet aſcenſus deſcenſuſque machina, per intellectum & voluntatem, à figuris & qualitatibus, per animæ vires, & Angelorum gradus, vſque ad ſupremum ſcalæ vtriuſque verticem Deum. Sed de his alibi fuſiùs dictum. Nunc tantum vt cauſſæ finalis circulum faciunt, à nobis exēpli nomine repetuntur.

Nec eſt quod quenquā magnopere pigeat, ſi progymnaſmatibus iſtiuſmodi iuſto prolixius immoremur, cùm horum vtuax contemplatio tantum non operis ardui vſus polliceatur immenſos, ſed & præſectis Dialecticorum ſpinis, & præceptorum infinita multitudine, viarum omnium inæquabilē tractum, paulatim explanet ac leuiget, vt antè diuiſionis artē diſcurrere conſueſcamus, vel à carceribus vſque ad optatam metam: vnum itaque prædictis exemplis adiecerim lubens, quo quiſque in ſuis negotiis confuſam hanc analyſeos naturalis, atque ſyntheſeos ſpeciem quàm maximè ſtudeat imitari.

Demonſtratio medica finalis reſolutionis in oculi ſtructura.

Inter humanæ fabricæ partes ante oculos oculi ſtructura pulcherrima ſtatuatur. Eiuſq; anatome à brutorum ruminantium oculis admodum differēs, contrà quàm à Veſalio proditum eſt: vbi ſanè & finium mirabilis ordo ſe manifeſtat. Videtur enim in brutis eiuſmodi quo ad viſum natura hunc præfixiſſe ſibi ceu principem ſcopum, vt quoties velint, vel in altiſſima nocte, videant ſemper.

Digitized by Google

ſemper. Homini verò & auium plurimis nihil hoc opus fuit, ſed tantum vt viſus interdiu ſit perſpicax, minimè laborioſus tamen, totius autem figura organi cum vultus decore potiſſimum, & cum humanæ ſpeciei maieſtate conſentiat, cuius gratia id ſapienter inſtituit; Primum, vt inſtrumentorum vtrique ſit iuſta quantitas, quæ capiat ſpiritus quantum ad actionis potentiam ſat ſit; verùm in illa exterius prominente totius ſphæræ particula, palpebrarum tarſi in brutis ſic committuntur, vt ad figuram orbicularem nonnihil accedat. Qualis profecto ſpecies vt eſt venuſta in brutis, in homine prorſus terribilis, & minus honeſta ſpectatur, quare ad oualem potius ſpeciem cõpreſſis ciliis, debuit mox & ille perſpicuus in interiore corneæ parte circulus iridem, atq; pupillæ foramen oſtẽdens, minor effici, quàm pro totius ſphæræ, vel cryſtallini humoris proportione conuenerat. Nam vt hoc obiter demõſtremus, cùm cryſtalloeidis humor primum ſit viſionis inſtrumentũ, debet idcirco eius eſſe rata proportio, tum ad totam ſphæram, tum ad foramen vueæ, vt quibus ſuperioris or bis eſt æqua capacitas, ſit & humoris cryſtallini quantitas eadem. Quæ rurſus ea ſit magnitudinis vel diſtantiæ ratione erga pupillam, & neruum opticum, vt viſus radij ſtatim exorti à foramine nerui optici (quod circa inſertionem magis inſtar puncti conſpicuum eſt, & plurium imperitorum oculos hactenus ſubterfugit) ita procedant ad extimam vndique pupillæ circumferentiam, vt cryſtallini ſuperficiem illorum ſinguli vna duntaxat parte contingant, ſitque communis angulus qui ſphæræ vtriuſq; latera complectatur, externaſq; ſpecies cum internis rationibus ita componat, vt totę in totis diffuſæ æquabili lege ſpectentur. Sed magnitudinis ratio, in humore cryſtalloeidi, non ita potuit hominibus concinnari, vt idẽ ſatis ſit amplus, pro ratione ſphęrę totius, quæ ferè æqualis eſt nobis cum ouilli oculi magnitudine. Idemque in centro conſtitutus, ratam analogiam anguli ſeruet ad pupillæ foramen, quod iuxta conceptum prioris ſcopi minus effectũ eſt, quàm orbis totius proportio requirebat, ſi cæterorum animantium oculos obſeruemus. Nam ſi cryſtalli orbem in centro totius poſſe conſtitui voles, iam maior erit is angulus qui à neruo optico, per cryſtallinam circumferentiam tendit, eo qui ab eodẽ



nerue producitur ad pupillæ anterioris extimum cyclum. Meritò itaque in hominibus cryſtallinus humor, verſus anteriora promouetur, vt quod fieri ſolius magnitudinis ratione non poſſit, diſtantiæ modus abſoluat. Contrà in ru-

minantium genere, proposita similiter & venustatis, & vsus ratione, quæ pro animalibus istiusmodi requiratur, certa est proportio horũ trium, pupillæ scilicet, orbis crystallini, & totius continẽtis sphæræ. Est & habitudo mutua talis, vt sphæra tota in duas posteriores æquales pulchrè diuisa, per arachnoidem vel ciliarem tunicam, crystallum exactè in medio statuatur: cui sustinendo à tergo incumbit vitreus humor, à fronte aqueus: quorum hunc crystallini nutrimentum idoneum, illum vt eiusdem excrementum plurimi putant. Nam quia vsus hic erat potissimus, vt noctu simul atq; interdiu queant conspicere, idcirco maior est illis ingenitus fulgor colorum multiplicium, qui circa infectionem optici nerui, in vuea tunica, sub amphiblistroeidi cõspici solẽt. Nam licèt humanis oculis, præsertim quo fuerit tenerior ætas, suus sit quoque eodẽ in loco splendidior color, hic tamen ad rubrum magis, atque sanguineũ vergẽs, vniformis apparet, à reliqua vuæ internæ specie, quæ ferè nigerrima est, summopere dissidens. Contra quadrupedũ oculis hic miris modis euariat, fulgorisque misturam ineffabilem repræsentat, ex viridi, fuluo, rubro, atque cęruleo, argenti, vel auri bracteæ, vel certè cælestis iridis formæ non absimilem. Itaquo pro actionis necessitudine oportuit planè hác lucidam vuæ partem crystallino orbi interdum propiorem fieri, interdum longius dissidere. Nam si æquè propinquus sit interdiu, atq; nox ipsa cõpellit, fortassis propter æqualẽ difformium luminũ permistionẽ, minus conspicient, vt si quis lucerna per diẽ accẽsa videre seriò velit. Motũ itaq; voluntariũ adiungi decuit, cuius arbitrio per hũc splendorem videant noctu, per diem tamen idem splendor nihil officiat. Quod ea ratione effectum est, vt supra senarium musculorum numerum, humanis oculis congruentem, adderetur in brutis quadrupedibus, orbicularis septimus. Qui à postica totius orbis oriũdus, ante ingressum nerui, antequam sphæræ percurrat medium, inferatur. vnde & contractione sui figuram orbicularem, cùm velit nonnihil in oualem redigens, à longitudine subtrahat quod latitudini sit tribuendum; quare admouẽtur propius crystallino colores in postica vuæ apparentes, vt facilè depræhendes, si canum atque cattorum oculos contẽplère, præsertim vbi vel ira commoti fuerint, vel ad captandum aliquid acriùs excitãtur. Sed cùm in naturæ minutissimis rebus summum vbique sit artificium, & resolutionis ratio difficillima, hæc ego dum taxat crassiore minerua protuli, vt rerũ varietate, fluctuantes animos recreem, vtq́uo



Oculorum fulgor in homine.

In quadrupedibus.

Visus artificium.

vtque quibus & ocium & cogitãdi animus ſufficit, iiſdem, huius doctrinæ adminiculo, ſcandendi altius paulo, & gnauius expendendi ſingula, relinquatur occaſio. Longum foret in hoc exemplo perfectum circulum demonſtrare. Sed quoniam per vtilitatis & pulchritudinis occurſum mutuum, ex antè traditis facilè colligatur, cuius conuerſionis Amor velut præcipuus dux & gubernator exiſtit, volo me tandem ad huius æternos ignes & non violabile numẽ erigere: vt quæ ſit totius conuerſionis efficiens cauſſa, vtque & in efficiente principio vniuerſi, non minus quàm in conceptu finium ratio quædam circuitus, vel rerum circuli demonſtrentur.

DE CONVERSIONE EADEM IN CAVSSA *effectrice vniuerſi. deque Amoris circulo.*

CAPVT VII.

AMORIS ratio per mundi principia, cauſſas, atque ſegmenta ſic diſtribuitur, vt eius aſcenſus, deſcenſus Peripheriæ, in horum ſingulis ita refulgeant, quemadmodũ in mũdo maiore Solis viuificus calor, & rationalis animę vis in humano corpore, ex particulariũ quarundã imaginũ reflexu, & actioni ſuæ ſubſtratis partibus elucęſcit.

Eſt enim caloris præcipua ſedes in ſphæra titania, vt rationalis animæ in humano cerebro. Vtriuſque tamen dimanationis impetum nulla in toto particula ſubterfugit, quin omnes pro ſuo modulo virtutis eiuſdem, & luminoſi radij participes fiant. Ita & Amoris primariam cathedram in mundo quidem intelligibili collocamus, qui ſit velut vniuerſi caput, à quo deinceps procedũt radij in continuum tres: Bonitatis, Amoris, & Pulchritudinis. Ita quidem in defluxu diuinæ virtutis hæc tria mutuo copulantur, vt qui velit diſiungere, idem & à corporibus animam liberet, & ab vtriſque ſpiritum. *Amoris ſedes.*

Quod enim eſt vniuerſo corpus, id penè in idearum propagine pulchritudo; quod anima corpori, id pulchritudini bonitas, vt gẽma in cyclo fului ſpectabilis auri. Quod autem in vita cuiuſq; ſpiritus omnia fundens & copulans, id amor eſt bono pulchroque inuicem copulatis. Namque & dextra ſiniſtris, ſuperna infimis colligat, æqualia æquabilibus fouet, contrariis contraria pellit, extrema per medium vel ſurſum corripit, vel deorſum præcipitat, dum reuoluta penitus orbis perfecti imaginem aſſequantur. *Pulchri & boni comparatio.*

Nec malè idcirco Amorem nominant boni pulchrique deſiderium, ne fruſtra cum pictoribus vbiq; iunctã Cupidini Venerem exprimamus. Vix enim amoris indolem rectè perſpicias, niſi & bonitatis, & pulchritudinis formã vnà ſpectandam propoſuerimus.

Primùm quo ad naturam boni pulchrique, in rebus omnibus interna perfectio producit externam. illam vt bonitatem, hanc verò vt pulchritudinem poſſumus appellare: vt ſit intrinſeci boni exterius pulchrum, velut latentis animi

animi figura magis conſpicua: aut velut ſpectabilis flos, vel tanquam diei prænuncium illud crepuſculum matutinum, & Tithoni croceum linquēs Aurora cubile; cuius illecebris & lenocinio, occulta bonitas confeſtim rapiat intuētes. præſertim cùm nos oporteat paſſim, ab apparēte foris imagine duci ad rerum abditas formas, & à ſenſibili pulchritudine, ad intelligibilis notionem.

Bonū vel vtile pulchro coniunctiſſimum. Quin vt verbo expediā, ita me hercule bono vel vtili, coniuncta eſt pulchri vel decori ratio, vt vix humana cogitatione, nedum natura dirimi poſſit. Teſtis mihi inſignis eſt M. Tullius in Oratore, vbi vt in oratione numerum decentē, ſimul atque vtilem probet, verbis his ferè aut conſimilibus vtitur: Quemadmodum in rebus cæteris, natura eſt fabricata; ſic & in oratione, vult ea quę maximam vtilitatem in ſe contineant, eadem habeant & dignitatis plurimum & venuſtatis. Nam ſiue ad mundi totius ſtatum oculos cōuertamus, vbi cælum rotundum, terra in medio vt centrum, vi ſua nutuąue teneatur, quam circum errātes ſtellæ ſeptem, quorum Sol medius Lunæ per certas periodos & lumen & vires impertiat. Hæc tantam (inquit) vim habent, vt paululum immutata cohærere non poſſint, tātam pulchritudinem, vt nulla ſpecies ne cogitari quidem poſſit ornatior. Refer nunc animum ad hominum vel cæterorū animalium formam, figuras arborum, lapidum, metallorum. In ſingulis primum neceſſitati natura conſuluit, nuſquam tamen eſt vlla pars niſi venuſta. Linquamus naturam arteſąue videamus, ita in nauigiis, domibus, tēplis, ea quæ conſtruendis his ſunt neceſſaria, habent & illam in ſpecie venuſtatem, vt non ſa-

In artificialibus. lutis ſolum, ſed voluptatis etiam cauſſa inuēta videantur. Ita Capitolij faſtigiū (vt verbis ipſius vtar) non venuſtas, ſed neceſſitas fabricauit: vtilitatem tēpli faſtigij dignitas conſecuta eſt. Tandem ita concludit: Clauſulas atq; interpūcta verborum, animæ, intercluſio atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt. Id inuentum eſt ita ſuaue, vt ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus.

In Rhetorica.

In arte Gymnaſtica. Nonne eadem ratio effulget in arte Gymnaſtica? Celer in omnem poſitionem corporis motus arcendæ vel inferendæ plagæ maximè neceſſarius, quem pulchritudo ſic è veſtigio ſequitur, vt ipſi ſpectantes dubitent, num eius tam multiplex ratio propter decorem magis, an propter vtilitatem ſit inſtituta.

In Muſica. Quid verò de arte Muſica loquar? cum vel in cithara vel inſtrumentorum perfectiſſima chely, propter differentias vocum, interuallis chordarū, ſiue manubrij ſingulis, ſui ſeruandi ſunt peculiares digiti: Nonne concludes vbique, leges eaſdem & promptitudinis vſum, & certā decori prodere rationē? Certè in rebus vniuerſis, propter bonum & formam intimam, figura quædā elucet, atque exterior pulchritudo, propter pulchrum exterius, vis intrinſeca, propter vtrunque Veneris filius conuerſionis mutuæ gubernator.

Pulchritudinis ratio. Coniunctim igitur de bono & pulchro verba eedamus, vt quorum mirificus ſplendor, cum amoris radio præſtēt vnius influxus ſpeciem, quæ nihil ſit aliud quàm exemplaris ſummi, vel ideæ principis actus quidam perpetuus, ex ſuo quodam corpore, ſpiritu, animaſque conflatus, velut ſplendor diuini vultus, in quo

Digitized by Google

quo depictæ sunt rerum omnium seminales rationes. vnde in conuiuio ita definit Plato, pulchritudinem esse gratiam quandam viuacem, & spiritalem Dei radio illustrante, Angelo primum infusam, inde & animis hominum, corporumque figuris, & vocibus, quæ per rationē, visum, auditum, animos moueat atque delectet, oblectans rapiat, rapiens inflammet amorem. Ex quibus patet eandem spectari magis in auribus, oculis, mente, formarum, figurarumque & facultatum ordinibus, modo ac proportione constitui.

Iuxta Plotinum paucis descripta est pulchritudo, vt vna quædam sit gratia, ex pluriuin concinnitate resultās. sed quæ in animis siue spiritibus, virtutum atque scientiarum concordiam comitetur: in corporibus colorum & figurarū optimā symmetriā. Vnde in Tusculā. quæst. lib. 4. sic meminit Cicero: Vt corporis est quædam apta figura, cum coloris suauitate, eaque dicitur pulchritudo: sic in animo opinionum iudiciorumq; æquabilitas & constantia, cum firmitate quadam virtutis, vim ipsam continens, pulchritudo nominatur. Has Academicorū definitiones carpunt ineptè plurimi, cum quòd propter pluralitatis rationem Deo minùs congruere videantur, quippe qui nullam compositionem in se admittat, tum quòd in tactilibus quoque & gustatilibus, olfactibilibusque rebus, sit qualitatum harmonia, quam Amor & pulchritudo per gustum, tactum, atque olfactum manifesta consequatur. Sed excusari veterum definitio quàm facillimè potest, quod in Deo, & formis abstractis à materie, etsi nulla reuera sit compositio, est tamen in Deo per modum vnius, agendarum rerum multiplex ratio: cuius & formæ inferiores participes fiunt. Sed eadem ratio in rebus corporeis paulatim fit multiplicior secundum verè passibilem modum. Quod autem & olfactui, & gustui, tactui, suus sit pulchritudinis sensus, omnis hæc bruta affectio quædam, & à diuini amoris commercio prorsus vt aliena negligitur, nisi ad rationis legem, vitæ & cognitionis fructū necessarium, ab hominibus referatur: vt eadem sanè non tam per se sit improba, quàm propter abutentium improbam voluntatem. *Pulchritudo corporea.*

Pulchritudo itaque, & voluptas incorporea laudanda est nobis tanquā simpliciter bona: Corporea verò vt bona per accidens, ferè modo quo medelæ bonæ; quia vt testis est Aristoteles Ethicorum 7. Voluptates corporeæ dolorē adimunt vehementem, vel intemperiei ad suum contrarium reductione demulcent. Omnis autem medela eò magis est expetenda, quò morbo maiori opituletur. Quare cùm corporeæ voluptates vehementiorū passionū sint medelæ, fit magis multo, vt hæ voluptates à vulgo, atque ardētius expetantur illis, quæ nō vt medelæ, sed propter se tantū desiderātur. Quin vt eiusdē abusus constet penitior ratio vniuersa, hæc sanè in animorū delapsu ad corpora maximè collocetur. Quia etenim pulchritudo interior per res sensibiles pulchras à sensu primū exteriore percipitur, sitq; iuxta Platonicos ascēsu lapsus multo facilior: *Omnis pulchritudo bona.* *Abusus ratio in appetitu pulchri.*

Facilis descensus Auerni,
Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras,
Hoc virtutis opus.

Digitized by Google

Idcirco plurimi priusquam internam rebus pulchritudinem degustarint, in antè percepta voluptate figuntur: vnde ceu temulenti, aut veternosi reddi-

Appetitus circa ea res desiderio pulchri.

ti ad veræ voluptatis reminiscentiam perduci minimè possunt; sitque vt his eueniat quemadmodú ferè afflictis morbo colico vel pleuritide fieri solet, qui cum fomentis calidis, vel cataplasmatibus istiusmodi mali rabiem se posse putant extinguere, eo quòd momentaneam recreationem, siue doloris quoddam lenimen digestis solum halitibus experiantur; morbi tamen primariam causam, & fomitem ex attractione humorum magis accumulant, vnde & paulo pòst dolor cum febri iuxta conuersionis circulum ampliùs increscit. Quod & in hydropicis liquidò constat, si sitientibus potum offeras copiosum; in febre ardenti obstructionibus complicata, si aquam frequenter frigidâ bibant; in ophthalmia, si sæpè narcoticis dolorem ab inflammatione partum velis obtundere. Nam & in amoris œstro, qui sese per ætatis ludum, perque libidinis explementa, morbo suo se prorsus mederi posse existimant, eiusdem potius perennem circulum trahunt: dum ex libatis corporum voluptatibus, ipsa magis bruteścens anima, ad sensus à ratione delabitur, & graui iamdudum saucia cura, vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Quæcunque de pul-

De Amoris circulo.

chritudinis circulo à sensibilibus rebus, ad spiritum animamque interiorem, & hinc vicissim per spiritus, ad sensus corporeos explanaui, eadem de pul-

Amor ex affectu concipitur.

chritudinis sobole, siue Amore intelligas velim. Primo etenim externæ pulchritudinis vis sensum percellit exteriorem, præcipuè visum: vnde poëta: *Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.* Sed multo expressius Georg. 3.

Carpit enim vires paulatim, vritque videndo
Fœmina, nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ.

Circuli demonstratio.

A sensu externo per harmoniam sensibilem concitato, spiritalis rerum spectatarum pulchritudo spectantis spiritum cómouet, qui mox receptâ speciem animæ quoq; cómunicans, facit vt & concentus intrinsecus rei perceptæ concentum internum maximè, siue percipientis formam pari proportione afficiat. Verùm impressæ rerum pulchrarú imagines sæpè etiam à leui quacunque occasione mouentur, motaque forma principe turbatur spiritus, à spiritu sensus externi denuo, vbi rursus apparet mox præcipitium maius à nobilioribus sensibus ad magis ignobiles; ab olfactu ad gustum, ab auditu & visu ad tactum improbum, ab oculis ad complexus & gradum vltimum voluptatis. Quem vt philosophi pro summæ ducunt amentiæ siue furoris specie, Medici pro comitialis morbi siue conuulsionis quadam imagine: ita vulgus turpiter contrà pro summæ voluptatis, & absolutæ in amore beatitudinis cumulo

Amor.

expetiscunt. Sed vt à pulchro ad pulchritudinis appetitú prouehamur, Amorem Veneris potentem filium, cælo terraque metuẽdum, pariter ac colẽdum docet illa percelebris sacri Poëtæ vox:

Nate meæ vires, mea magna potentia solus:
Nate patris summi qui tela Typhoëa temnis.

Orpheus

Digitized by Google

Orpheus proinde in Argonauticis Amorem vt mundi Genium, vt magnum Deum, & antiquissimum laudat. quippe cùm Chaos ante mundum posuerit, ante Saturnum, Iouem & cæteros Deos: Amorẽ sanè in sinu ipsius Chaos constituit; eundem adeò sic definiens, vt sit principium, quo res informis, ornamentum sui seu κοσμὸν, perfectionemue desiderat. Cui & illud Maronis consonat: *Ortus Amoris.*

Vulcani Martisque dolos, & dulcia furta,
Atque Chao densos diuûm referebat amores.

Vbi sanè & tria mundi principia tacitè visus est insinuasse: Per Martẽ, agendi principium subintelligens, veluti formam. Per venerem, passionis vim, siue materiem, agentibus formis vbique substratam. Per Vulcanum, omnia connectentem spiritum, vel proportionẽ mediam. Licebit eadem ratione subaudias in creatione quæ deinceps fuit, aërem, terram & auram mediam: similiter ignem, aquam, & vtriusque ineffabilem quandam substantiam copulatricem: in creatione postrema cælestem ætheream ac sublunarem regionem, & in omnibus tandem medium vnicum, inter extrema duo, quorum coniugio primum occurrit Chaos, seu mundus indefinitus. Ex confusa pulchri idea, nascitur amor: ex amoris conuersione, plena perfectio, vti mox ostenditur. *3. Mundi principia à Virgilio designata.*

Hæc definitio velut rebus duntaxat creatis cõperens non tantum à Socrate in Platonis conuiuio refutatur, sed & Christiano sensui non admodũ quadrat, cùm in ipso quoque opifice Deo, erga mundum, & res creatas amor sit vehementissimus, atque ex eodem, per mundum cuncta, in eundem mundi architectum rapere videatur.

Crassius multo Lucretius, & Epicurei dogmatis professores, ex parte amantis, desiderium esse definiunt, quo amans se totum in amati speciem transferre conetur: ex parte amatæ, quo tota totum amantem capere gestiat, vt in reginæ Artheniisiæ liquet exemplo, quæ Mausolei cineris haustu vnum se quiddam cum viro facere cogitabat. *Amoris definitio per Epicuros.*

Sed Physica magis ac naturæ consentanea citatur Medici Eriximachi descriptio & aliorum plurium, quos gratia breuitatis omitto: cum quòd iisdem definitionibus ad integritatem desit aliquid, tum quòd Amoris omnẽ potentiam, vel rationem eius expromere neque propositum nobis sit hoc loco nec necessarium: sed ex peruagatis requiram paucula, vt sit orationis continuum filum: plura verò ex nuper inuentis ratiocinari debeam, quæ ad Amoris probandum circulum sint necessaria.

Opportunè igitur Hierothei sententiã in demonstrationis subsidium adferemus. Ait enim Amorẽ esse vim insiticiam, quæ superiora mouet ad inferiorum prouidentiam; inferiora, vt versus sublimia conuertantur; æqualia denique ad socialem inuicem sui communionem. Ea nimirum tam proba est definitio, vt multi locutum putent de anima mundi: plures autem & Christiani maximè, gustum habuisse quendam diuinæ trinitatis existiment, *Hierothei sententia de Amore pulcherrima ad rationem circuli maximè quadrans.*

deque illo Amore hæc ſtatuiſſe, qui in diuinis perſonam tertiam, ſeu ſanctum Spiritum repræſentat. Verùm vtvt hæc ſint, pulchrè admodum totius circuli ratio, quæ in Amore eſt, & per eundem in vniuerſi rebus efficitur, ſub definitionis iſtius ambitu continetur, dum à ſupernis deſcenſus aperitur verſus inferna, & ab iiſdem inferioribus verſus ſuperna recurſus, donec per media extremorum mutua cõuerſio peragatur: vnde meo quidem iudicio Amorem rectiſſimè ſtatuas, vt deſiderium quoddam boni pulchriq;, vel bonitatis per pulchritudinem ipſam, conferendæ vel accipiendæ ſcilicet. Et conferẽdæ quidem in ſuperioribus: Recipiendi in inferioribus magis. Cuius poteſtas velut vnius ſit magnitudinis dimanatio, cuius punctũ vel apex ſit primus in Deo, progreſſus per mũdum triplicem tripliciter diſtributum, finis autem in ipſa materie: cuius denique actualis quædam ſit, infinitudo circa verticem; Potentiæ mere infinitudo circa materiem: Connexionis virtus infinita, per omnes naturæ intermedios gradus. Huius enim effectus prior eſt vniuerſum. Amor enim, teſte Dionyſio, non permiſit regem omniũ ſine germine permanere. Idem propagandi ſtudium ab auctore primo in omnes eiuſdem imagines dimanauit. Per hunc enim ſancti illius ſpiritus cælos mouẽt, & ſequentibus omnibus ſua munera largiuntur. Per hunc ſydera lumen ſuum in elementa diffundunt, ignis calorem aëri, aër vim ſuam communicat aquæ, aqua terræ; elementa ſimplicia miſtis quibuſque ſiue compoſitioribus rebus, plantæ & animalia ſpeciei ſuæ multiplicandæ deſiderio, ad complexus iucundiſſimos & expulſionem ſeminis ardentiſſimè rapiuntur. Vnde illud Georg. 3.

Amoris ratio per Auctori ex antiquitatibus.

Amoris vis immenſa.

Omne adeò genus in terris, hominumque ferarumque
Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres
In furias ignemque ruunt. Amor omnibus idem.

Per eiuſdem Amoris impulſum obediunt viciſſim inferiora ſupernis maximè: fit terra tractabilis aquæ, & hæc in aërem deinde reſoluitur: aër in ignẽ: ac fortè per poros inſenſibiles digeſta in ætherẽ ſublunaris ſubſtantiæ portiuncula firmioris paulatim concretionis, atque coaguli particeps, rapitur altiùs in cæli occultas fibras: vbi quemadmodum in animantibus fieri ſolet, elaborata magis magisque apponitur. primum inde agglutinata aſſimilatur penitus, & in cæleſtem indolem tranſmutatur. Quis enim ſcit, an huius gratia ſit orbis ille conſpicuus in octauo cælo, quem à candore notabili γαλαξίαν vocant, qua ſemiternorum ſyderum fuligines explodantur, & in particularũ deſcendẽtium locum, trahantur ex infimis mundi partibus exhalationes tenuiſſimæ. Quæ quaſi retalione officiorum mutua, ea vnde mouentur, atque animantur, viciſſim nutriant, adeò quidem infandis & inexploratis modis, vt propter temporis diuturnitatem, viarumque omnium nimis inperſpicuos tractus, cæleſtium corporum ingenerabilis quædam & incorruptibilis ſubſtantia videatur penes ſingularia: ſed ſublunarium rerum conuerſio, duntaxat ſecundum ſpeciem, æternitatem facere iudicetur. Quin fibras & villos in mũdo ſuperiore, in cælo atque ætherea regione non aliter ſtatui, quàm in animalibus poſſe, ſatis oſtendit

Omnia generatio corruptioque per amorẽ, omnium quoque motus in quantit. qualit. & loc.

Totum mundum nutriri quodammodi, modis inſtar animalis.

Fibræ cæleſtes atque æthereæ nõ minus quàm in animalibus.

Digitized by Google

dit cataractarum vocabulum apud Moysem, satis & cometarum, & illa vẽtorum abditissima generatio, cui vel specus tribuunt definitos, vel certa promptuaria, quæ sacræ literæ thesauros abyssi, antra Aeolia poëtæ nominant, Astronomi valuas cæli vel ianuas: vnde & ex congressibus vel ♄ ☉, vel ♃ ☿, vel ♂ ♀. triplicem quoque portarum apertionem intellexerunt, caliginis scilicet, venti & pluuiæ; cùm omnis corporum dimanatio, sit vapor aut exhalatio, vel inter hæc quiddam medium. Sed non est nunc de hisce fusiùs disserẽdi locus: cùm fortè hæc omnia ad mundi materiem melius, & singularem partium conuersionem mutuam referantur. Quamuis istorum tractatuum sit ea consensio, vt nihil difficiliùs putem, quàm quæ per totum tota funduntur, vitandæ confusionis, vel tędij gratia sub classis distinctæ genera delegare.

Valuæ cælestis triplices.

Pulchrè iterum ex illa Hierothei definitione vnus colligitur omnium Amor, sola relatione differens, quæ nimirum vel sit superiorum ordinum erga inferiores, vel infernorum erga sublimes, vel æqualium erga æquales. Hinc illa Erotis & Anterotis fabula, quasi nullius sit Amoris incrementum absque amore mutuo, nec vllus ascensus, descensusúe facilis, vel diuturnus, nisi agens per amorem recipiat quicquam, vel patiẽs vicissim in id quod agit, agere moliatur.

Amor omnium vnus sola relatione differens.

Eros.

Anteros.

Patet & amorem esse in rebus omnibus, & amari omnia posse: cùm dẽtur omnibus similia, vel contraria. Patet denique eundem ex rebus sæpè contrariis nasci. Et rursus vt contrariorum maximè effectricem caussam. Vnde illud Plautinum oppidò eleganter.

Amorem in omnibus esse et omnia posse vel summe cõtraria.

Diua Astarte hominum, deorumque vis, vita, salus; rursus eadem quæ est,
Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, cælum, sydera.
Iouis quæcunque templa colimus, eius ducuntur nutu, illi obtemperant.

Et plura deinceps in Mercatore; quæ, vt sim breuis, omitto: cùm & proferri infinita in eandem sententiam facilè possint.

Verùm vt in amore perfectam circuli speciem pleniùs contemplemur, licet relictis paululum definitionibus, ad ortum illius, ætatem, progressus omnes & incrementa diuerti; vt distributæ loco, temporibusque rationes, velut vnius compositi, per membra singula penitius expendantur.

De ortu Amoris siue natalibus plenius.

Nam quod ad primam originem spectat, iam pridem occœpi dicere: nunc illud compẽdio repetam, quod quondam Diotima Socrati reuelauit: Natum amorem scilicet ex Pori congressu cum Penia in natalibus Veneris. Cuius allegoriæ summa est: in abundantia & indigentia rationem Amoris optimè collocari. Cùm enim, vt diximus, continua quædam sit, & reciproca dimanatio ab agente in passum, ab hoc vicissim in agens per medium: & in agẽte quidem sit conferendi boni studium; obsequij verò vel recipiendi influxus in re passibili; patet omnino in agente copiam primo, inopiam verò in re passibili, tanquam Amoris mutui parentes geminos rectè constitui: quorum vbertas patrem referat, egestas matrem, licet tum in vbertate sit quædam indigentia,

Ortus Amoris ex Penia et Pori congressu.

Digitized by Google

ac viciſſim indigentia copiæ particeps habeatur. Vti in congreſſu maris & fœminæ duo concurrunt ſemina, maſculinum vnicum, & agens maximè, ſi Galeno credimus; & fœmininum alterum, paſſibili magis conditione præditum, ſic tamen vt ad conuerſionis, complexuſq́ue mutui neceſſitudinem, nec fœmininum ſemen omnino ſit actionis expers, nec maſculinum ab illo mu-

Sexus diuerſitas vnde potiſſimũ.

liebri ſemine viciſſim non patiatur. Nam ex hoc fonte fortaſſis eſt in cõceptu determinati ſexus potiſſima ratio, prout nimirum per qualitatẽ aut copiam, vnius virtus à virtute alterius ſuperatur: etſi ſtellarũ occulto influuio, multum quoque in eo genere ſit tribuendum.

Mens Platonica de Amoris ortu.

Mentem Platonicam de ortu Amoris, augmento, ſtatu atque perfectione, malui quadam ſuccincta tabula quàm verbis prolixioribus explanare. Vtq́ue magis reſpondeant ſingula cum vniuerſi Muſica, nos quoque & ſymphoniæ ſpecies & ſchematiſmorum totidem rationes diſtribui finximus, iuxta Amoris ſextuplicem gradum, iuxtaq́ue dierum numerum, quo mundus hic dicitur abſolutus.

Occurrit

Digitized by Google

Occurrit enim in Amore,

PRIMO, Molis informis essentia.

SECVNDO, Appetitus ingenitus, & cõuersio molis informis ad suũ principium.

TERTIO, Illustratio à diuino radio cum idearum conceptu.

QVARTO, Appetitus accensio.

QVINTO, Violẽtior agitatio, vt se cum Deo vniat.

SEXTO, Formatio perfectior, ex inhæsione cum exẽplari suo, vnde hic mũdus emersit, velut formarum omnium idearumq; summa complexio.

Ita enim spectam' in eodẽ Amore

1 Amoris initiũ seu Chaos ipsum.

2 Amoris ortum siue cunabula prima.

3 Amoris pabulum.

4 Amoris incrementum.

5 Amoris impetum.

6 Amoris statum siue vigorẽ, summamq; perfectionẽ, à qua septimo die opifex requieuit.

Ita occurrit inter Sygygias syderum

☍ Oppositio per cœli diametrũ.

△ Aspectus per trigonam cœli partem.

□ Aspectus per quartam cœli partem.

⚹ Aspectus per sextã Zodiaci partem.

☌ Aspectus per octauam.

☌ Coniunctio.

Similiter in symphoniis musicis.

1 Diapason.

2 Diapente.

3 Diatessaron.

4 Epitritos.

5 Hemiolus

6 Vnisonus.

Rationes alias in Timæo reddidit Plato, cur ſit ſenarius inprimis congruus vniuerſo. Nec eſt quòd illas tantopere requiramus, cùm potius ad vnitatem trinam referri ſingula methodicæ doctrinæ conſentaneum videatur. Itaque vt in terrarum diuiſione, duas conſtituunt; intemperiei frigidæ Zonas, Arcticam ſcilicet, & Antarcticam; duas quoque intemperiei calidæ, Boream vnam, & Auſtrinam alteram. ſimiliter & harum medio temperatas duas cum cæli diuiſione pulcherrimæ congruentes. Quæ tamen omnes ad tria Zonarum genera reducuntur: calidum, frigidum, & temperatum. Ita me hercule & ipſa Amoris ratio vniuerſa in ortum diuiditur, progreſſum, ac ſtatum. ſimiliter aſpectus ſyderum in directos radios 3. ☌ ☐ ☍: & obliquos 3 ⚹ △. Conſonantiæ in perfectas 3. Vniſonum, diapente, diapaſon; & imperfectas totidé, hemiolon, diatriton, diateſſaron. Nam & hiſce generibus ſymphoniç cæteræ continentur. cùm ille concentus per ſextam ſit diatriton duplex; per décimam verò, aut duodecimam, referantur habitudine ſimili ad διὰ δὲ παιάσων, qua cæteræ ad diapaſon ſimplex. Nec multum inuenies abſonam rationem interdies naturæ Criticos & Indices appellatos: ſi probè expédas ordine quartum, quintumque, & ſeptimum, nonum, vndecimum, decimumquartum. Quorum omnium proinde analogia maxima eſt ad progreſſus ſpeciem, quam Luna ſubit totius morbi curriculo, à puncto temporis primo, quo morbus inuaſit: Quin ſi magis ad Lunæ motus, morborum tempora velis tribuere: quanquam diei ſeptimæ indicium certius ex quarto, quàm tertio colligatur, propter mutationis quæ tunc incidit, progreſſum pleniorem; multo tamen perfectius ages, ſi dies impares omnes pro criticis numeres, iuxta mentem illius Aphoriſmi, Quicunque ſudores febricitanti tertio fiunt, quintoue die, vel ſeptimo, nono, vndecimo, decimoquarto &c. omnes boni. Nam inducunt morbum: qui ſecus eueniunt, laborem ſignificant, & morbi longitudinem. Videmus enim quòd & nox ipſa quæ præcedit quartum, quæque decimum quartum diem, ſit magna ex parte moleſtior, vt vſus, & idem teſtatur Hipp. Accedit demum natura humoris bilioſi, qui in acutis maximè dominatur, magiſque incandet alterna die. Poſtremò & motus Lunaris diſtributio cum in tarditate potiſſimum, ac velocitate epicycli medium ſeruat. Sed non eſt noſtrum de hiſce vlteriùs diſputare, ne nimis hærere circa particularia videamur. Illud denique in hoc concentu eſt obſeruandum inprimis, totius mundo creationis ſeriem iiſdem gradibus rectè diſpeſci, numeroque conſimili, ſi tres illius præcipuas partes antea demonſtratas, in ſenos ordines ita ſubdiuidas.

Omnis Muſica ratio per Amorē ad temperiem & vnitatem redigenda. Zonarum ratio tota caloque.

Amoris diſtributio quo ad ætatis ſtatum. Schematiſmi præcipui 3. inter planetas & ſtellas cæteras. Conſonātiæ præcipuæ 3.

Criſimi Medicarum Symphoniæ.

Dies impares præcipuā vim habent ad morborum dura tiones.

Tres opifices mundani gradus cum ſymphonia Amoris optimè congruentes.

Ex



Iunge his demum gradus Vniuersi totidem,& Amoris species, habebis sanè systema pulcherrimum & planè musicum,quod interuallis iunctum imparibus,sed tamen pro rata portione distinctis,acuta cum grauibus temperans, varios æquabiliter concentus efficit; etsi illum aures non capiant nostræ,quippe ad sublunares turbines,affectuumque procellas varias,velut ad Nili Catadupa obsurdescentes. *Mundi Symphonia pulcherrima.*

VNIVERSI MVSICA INTRA AMORIS *Circulum comprehensa.*



Pulchrè itaque & diuinorum operum , & circularis in amore progressus, & totius denique concentus in vniuerso musica ratio, si enario numero sic expriméda est , vt in septenarium finiat. Cuius apud Philonem cæterosque Platonicos laudes sunt innumerabiles, vtque vel idem in nouenarium vel in ternarium ; rursus & hinc in vnitatem vnicam reducatur. Nam & triangulus *Senarius numerus vniuersi iuxta Platonem.*

Bayerische Staatsbibliothek München
Digitized by Google

Isopleuros velut ex senario constitutus ita resoluitur, vt basis quodammodo ternionem integram seruet, vnitatem verò superior vertex, sed basim vertici duo connectant latera, velut binario inter ternarium & vnitatem medio, definita. Vnde cum ex vnitate, binario, ternario inuicem copulatis, senarius fiat, meritò illum Pythagoras της μεγάλης συνγαμίας seu magni connubij numerum æstimat, cum vniuersi nuptiæ huius mysterio maximè celebrẽtur: credo quemadmodum vni sono, si quis diapentem iunxerit, & continuũ diatessaron, mox consonantiarum omnium consonantissimam fecerit diapason.

Amoris varia distributio.

Liquet autem ex ante demonstratis, Amoris numen pro ratione diuersa variè diuidi: Nunc vt genus in speciem, nunc verò vt totum quiddam in partes potius integrales, cui partitionis modo lubentiùs acquiescam.

Sed cum idem totum vel omne, partitiones admittat numero infinitas, idcirco pro distributi mundi multiplici specie, Amorem quoque vel vnum, vel duplicem statuas licet, vel tres eiusdem differẽtias rursum, vel sex, vel septem, vel nouem, modo ideam vbique ternarij & vnitatis numerorum omnium rationes in se complexam præ oculis statuamus.

Cuncta rursus appositissimè ad vnitatem referenda.

De nouem Amoris gradibus 6. vel 7. nulla est difficultas, si mundi segmenta, & singulorum symphoniam modo propositam, probè excusseris. Nos omnes hos numeros velut diuersa flumina ad fontem vnicum siue ternarium reuocamus. Vt quemadmodum in mundo sensibili, inter cælestem & sublunarem statuitur media quædam ætherea, siue sit ipsa lunaris regio, seu Lunę proxima. In sublunari rursus inter aërem & terram auræ vehiculum medium, in cælestibus denique inter Planetas 6. medius Sol. Inter intemperate siccos ♄ & ♂, medius ♃ supra Solem. Sub sole verò inter intemperate humidos ♀ ☽, medius ☿: quemadmodum denique in humana fabrica inter intellectum & phantasiam, media ratio, inter animalem & naturalem facultatem, vitalis assurgit; inter totius compositi corpus & animam, ambiguæ speciei spiritus: ita profecto & in amoris circulo, inter diuinum, siue sublimem maximè, & terrestrem alterum abiectissimum, Amor naturæ mediæ collocetur. Horum consensus mutuos, & tamen diuersa munia facilè ex subiecta tabula depræhẽdes.

Amor triplex rectissimè dicitur.

1
2
3

AMORIS

Digitized by Google

Amoris species.

- Diuinus & contemplatiuus
  - Sui sui capere
  - Edūcio animæ à corpore
    - Naturalis
    - Moralis
  - Corruptio vitus
    - Secessus in vitiorū fasce
    - Odiū & ira, fuga, ardūa
    - Ad cetum
- Medius & diuinus mixtus
  - Horū officia
    - Cōcertare in circuitum.
      - Horū effectus victoriosi
        - Cōcertio animæ & corporis
          - Naturalis
          - Moralis
        - Item
          - Cōiunctio
            - Hinc oriūdi
              - Se iungunt duo oppifici, quæ virtus ex duobus compōsita efficit
              - Horum gratia affectus sunt circa obiecta omnia ad amorem referendi
            - Moderatio animorum
              - Horū deinde gratia motus explicas
              - Inorbem
    - Deorsum vellere
      - Deiunctio animi à corpore
        - Naturalis
        - Moralis
      - Generatio alicuius coniunctionē tingua
      - Spes, desiderium, gaudium
      - Ad eius cōtemplationem.
- Tertius voluptuarius & grossissimus amoris

Tres mundi principes.

Credo equidem iuxta partitionis iſtius ideam, antiquiſſimum Zoroaſtrum tres mundi principes, trium ordinum dominos poſuiſſe: Oromaſin, Mithrin, & Arimanin, cuius rationem ſecuti cæteri, quorum Mercurius tria enumerat, quibus orbis conuerſio abſoluatur, ἱμαρμένην ſiue fortunã, fatum ſiue neceſſitatem, & ordinem. Quod ſi vocabula Phyſica malis, cauſſarũ congreſſum primo ſubaudias licet: Secundo fœturam vel executionem: Tertio fœturæ ipſius aptam diſtributionem. Plato eiuſdem conuerſionis ſimiliter ſtatuit ἑσταρχας tres: Deum, Mentem, & Animam. Cui illud ſapiẽtis conſonũ quod tribus mundum diſponat Deus, numero, pondere & menſura: Dei enim excelſi proprium quiddam eſt vnitas: Mentis vel ſapientiæ ordo, vel pondus per ſuum auctorẽ Deum; Animæ verò vel ſpiritus per eundẽ menſura, & motus.

Vulgata Amoris diſtributio in Cœles duos.

Vulgata magis eſt Amoris diſtributio in ſpecies duas, quam & Poëtę norũt. Nam & cæleſtem venerem, & terrenam quampiam celebrãt, ſimiliter & Cupidines duos. Vnde in Tragœdiis.

Dura non miti generata Ponto,
Quam vocat matrem geminus Cupido,
Impetens flammis ſimul & ſagittis,
Iſte laſciuus puer acre nitens,
Tela quam certo iaculatur arcu.
Labitur totas furor in medullas
Igne furtiuo populante venas.

Ita & Maroni deſcripta eſt alia Venus:

Virginis os, habitumque gerens, & virginis arma
Spartanæ &c.

alia, cum (vt Æneam filium, furentem vindictæ praua cupiditate, cõpeſceret)

non ante oculis tam clara videndam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulſit
Alma parens, confeſſa deam, qualiſque videri
Cœlicolis, & quanta ſolet, dextraque prehenſum.
Continuit.

Amoris cuiuſq; natura.

Itaque diuinus amor humana pectora à ſenſibilibus ſurſum, ad intelligibilium rerum ac veræ pulchritudinis ſpectaculum rapit. Ferinus ille contra & voluptuarius, cui libidinis nomen eſt inditum, à mente magis ad propagandi ſtudium, & fœdas reuellit corporum voluptates, quorum medio conſiſtit amor actiuus, quem poëtarum vulgus prętermiſit, ad rationalẽ animi portiunculam, ad ſcientiarum artiumque conſtitutionem maximè opportunus. Sublimis iterum vel planè diuinus, æternæ nos maximè beatitudinis compotes facit: Medius ad actionem & vitam, ad bonum priuatum ſimul & publicum ambiguus nutat: Infernus denique quamdiu intra præſcriptos naturæ limites manet, ad generationem corpoream & ſpeciei perpetuitatẽ deorſum cuncta conuellit. idem à iuſto fine delapſus altiùs, quencunque apprehenderit, cito depaſcitur. & ſemel transfixos ita dementat, vt tanquã in lubrico poſiti

Digitized by Google

siti vix sese contineant, donec vel rei amatæ gratia, sese ad internecionẽ planè præcipites voluant: hi sunt amantes ipsa cæcitate cæciores, qui, teste Platone, viuunt in alieno corpore, in proprio moriuntur, quorum affectus bellè à Seneca sic definitur: *Cæca Amor.*

Vis magna mentis, atque animi calor
Amor est. iuuenta gignitur luxu, & ocio.

Sed multo elegantius sub pallio poëtico cecinit Maro:

At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exortantem, & naueis in saxa trahentem:
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pubetenus, postrema immani corpore pistrix,
Delphinum caudas vtero commissa luporum.

Idem illius Amoris effectus horribiles pulcherrimè pinxit lib. Æneid. 4. præsertim sub initia cum ait,

Heu vatum ignara mentes, quid vota furentem,
Quid delubra iuuant.

Sed & in reliquo totius historiæ cursu ita eam affectionem suis coloribus exprimit, vt nisi sis saxeus planè, vel plumbens, absque lachrymis legere minimè possis: quod mihi adolescenti vel centies vsu venit.

Quod si equidem feciſſe non inhoneſtè videar, ſi moneam cæteros, adiiciés paucula, ex vſu atque exemplo meo, quo per ſeptennium ferè, ſub huius Amoris inſani ſæuis imperiis, ante coniugium militarim: dicam omnino affectum eiuſmodi inter morborum ſpecies, vel ſi particulatius voles, ſub Melancholiæ genere collocandum: qualem diſertis verbis expreſſit Aëtius, cùm de virgineo malo pertractat, vel furore vterino. Verùm anceps vbiq; quæſtio, An ſi animus propter eiuſdem mali violentiã, corpus vt cauſſam in iudicium vocet, vel corpus animum; vter ipſorum in lite victoriam iure ſit adepturus. *Amor corporeus Melancholia et febris Melancholicæ ſpecies.*

Quod autem ſit inſtar melancholicæ febris, certa ſunt argumenta, quia quiſquis natura multum accumulat torridæ bilis, ad hanc furoris ſpeciem, ſit magna ex parte procliuior. Tum propter animi diuinioris indolem, quæ vel ex ideis ſibi congenitis, abſque vllo obiecto exteriore, pulchri effingit quaſdã ſenſibiles notiones; tum propter ſpirituũ tenuiſſimorum impetum facilẽ, qui velut ex buſto oriundi, materiem ſuæ reſolutionis firmiſſimam habent, vnde & ſemel arreptas ſpecies, per extrinſecos ſenſus rapidiſſimè deferunt, & cum interna animi parte componunt: receptas deniq; velut tenaci glutine, quàm pertinaciſſimè ſeruant. Nam qui verè ſunt Melancholici, præter ſagacis ingenij, & ſummè venatici vim, in contrariorum affectuum pugnam facilè rapiuntur. Cùm enim ſicciſſimus ſanguis, & ſpiritus inde exhalans ſit tenuiſſimus, facultates idcirco ſemper in procinctu gerunt: impreſſæ verò ſemel imagines rerum non ita celeriter exoleſcunt, quin contra quam vulgus putat, læti ſunt ferè, atque agiles ſemper, inuẽtione, iudicio, eloquio, & in quauis, quam ſemel ſuſceperint, actione dexterrimi. Sed à triſtitia ſemel occupati, eandẽ vix prius *Demonſtratio.* *Melancholici propriè dicti ingenio maximè præſtãt & diuinandi peritia te, vnde et amoribus quàm facilimè capiuntur: capti tardiſſimè liberantur.*

quàm vitam exuunt,& ab admissis animi perturbationibus,vndiq; sic immutantur,vt planè eosdem non arbitreris. Addam huic argumento, quod planè experiar in illa amoris insania,manifestam incendij speciem, velut per certas periodos recurrentem. Ac si loqui expressius licet,id obseruaui maximè paroxismos obtinere præcipuas,ferè sub diem quartam,magisque multo circa crepusculum vespertinum,quibus temporibus atra potissimum bilis agitari consueuit,quæ secum & nuper impressas species commouet, vel nulla interdum stimulante libidinis flamma. Quid autem symptomata referam, quæ planè sunt melancholica? Nam si diuus Hipp. omnes istorum species reduxit ad capita duo, metum atq; mæstitiam scilicet,quidnam est aliud,quam res solliciti plena timoris Amor? Vide obsecro illorum assiduos gemitus, querelas,minas, & preces incompositas, insomnia,lachrymarum fontes assiduos, vanam formidinem,atque ridiculam spem, iram & zelotypiam, quibus ita plerumque præter humanam speciem efferuntur, vt recta penitus ratione seclusa, in omnem calamitatis abyssum præcipites impellantur, sibiquemetipsis iniecta manu,interdum & pulchram properent per vulnera mortem; illud credo Diogenis celebre dictum in animo circumferentes, Amoris eiusmodi tria esse summa remedia,quorum prius & iucundissimum est, rei amatæ atque potitæ assiduus fructus; qui si non suppetat,medelam à tempore vt expectes licèt; si neque id proderit,vt te suspendas. Equidem cùm inflammationes ardẽtissimæ duobus præsidiis maximè refrenentur,præsertim circa initiũ ipsarum, scilicet partium corroboratione, & influentis materiei diuersione varia: idem & in Amore faciundum censeo. Præmunitur animus philosophia,rerum vsu atque exẽplis. Illud enim est sapere,periculum ex aliis facere (vt ille ait) tibi quod ex vsu siet. Morbi fomes diuertitur, partim occupatione siue negotio,partim amore ipso,ex vno in multitudinem deriuato. Sed hæc parerga nimium,& ab ipso Amorũ magistro vberius decantata,quàm vt expoliri se ferãt verbis meis.

Periodi in Amore.

Symptomata cætera in Amore.

Amoris insani medela triplex.

Nunc ex Amoris multiplici forma ad vnitatẽ denuo reuertamur,vt in eodem hæc quoque sit manifesta circuitus ratio,quæ penes animorũ reciprocos orbes,in rerũ diuisione & cõpositione perficitur. Quemadmodũ itaq; in pulchritudinis specie dictũ est suprà,sic & in amore contingit,vnã illius esse atque continuã vim,à mundi vertice vsq; ad materiæ infinitudinẽ profluentem: dari tamen eiusdem multiplices formas, effectusque vel toto genere dissidentes; quæ tamen non adeò in Amoris ipsius essentiam (quæ semper ad bonum simpliciter vergit) quàm in materię recipientis conditionẽ lubricã reiici debeãt. Nam si & mundi res cæteræ sint ferè iuxta sentẽtiam comici, perinde vt animus illius qui possidet,cur de Amore idipsum dici non patiamur? Certè quẽadmodum benignæ sunt omnium syderũ vires,vt sua quæq; mortalibus dona impertiant,eædem tamẽ propter subiecti inæquabilitatẽ, & insolentiã quandam,sæpissimè peruertuntur. Sic vt idem Mars qui multis audaciæ spiritum indidit,plerosque sub maleficij nomine,plus æquo, ad temeritatẽ propẽsiores facere videatur. Saturnus,qui ad stabilitatẽ maximè confert,morosam in aliis, & iusto

Reductio trini Amoris ad vnitatem.

Amoris essentia in boni ratione posita.

Materiei vitio forma & Amoris muncta peruerti.

Stellarum vires similiter peruerti suscipientis materie vitio, cum alioqui omnes sint bona.

Digitized by Google

& iusto tenaciorem indolem creet. Vbi nimirum vel loci, vel educationis, vel prauæ opinionis semel arreptæ, vel horum assertæ consuetudinis norma conspirat. Ita & in Amoris radio demisso cælitus vsuuenit, vt contemplaturi plurimi, ex aspectu ascendant ad mentem; molles & dissoluti alij à mente raptétur ad sensus, & concupiscentiam brutam: sed horum medij eiusdem impetum vniuersim ad actiones humanas transferant, circa naturæ res varias, sub ratione practica reuoluti. Certè cum primum corporis forma sese obtulit oculis nostris, eam mox animus, tanquam diuini decoris imaginem amat & admiratur. & eiusdem intuitu ad Dei pulcherrimi cultum sæpenumero incitatur. Vis autem genitalis, siue secunda Venus, secundum Cupidinem parit, conuersoq; impetu Dis formam generare simillimã concupiscit. Vtrobique est Amor, ibi contemplandæ, hic propagandæ pulchritudinis desiderio: vterq; candidus, honestus, vterq; diuinæ imaginis assectator. At si quis corporũ speciẽ animorum pulchritudini præferat, is vtiq; dignitate Amoris abutitur, vt Pausanias inquit. Sed multo expressius lib. de Anima Proculus: Animæ quę vitã amatoriã elegerunt, mouẽtur quidẽ à Deo pulchrorũ præside, ad curã animorũ ingenio præualentiũ; à pulchritudine verò sensibus apparente, ad diuinã pulchritudinẽ rediguntur, secumq; ipsis conuocant & amatos. Animæ verò quę ob peruersam educationẽ à superno munere decidunt, alioquin amatoriã indolem cõsecutæ simulachris pulchritudinis incidẽtes, propter veræ pulchritudinis ignorantiã, formas corporeas amant & venerãtur, passionẽ proprtiã ignorantes. Sicut enim apud Plotinũ defluxus mentis facit astutiã, & sapiẽtię delapsa portio creat Sophisticen; sic munus Amoris in peruersum incidens susceptaculũ, vitã reddit intemperatã atq; tyrannicam. Vides vbiq; mirandã circuli speciem, qua modo diuinus Amor in voluptuariũ, & hic cõuersim in diuinũ maximè trãsmutatur. Nusquã verò inuenire nõ est (vt ait Tyrius) bono consitum malũ; magna quidem alterinsecus permista similitudine; vt qui scopi dissimilis ignoratione artes non probè discernit, propter extrinsecã sæpè, & momentaneam similitudinẽ, quam illæ sibi inuicem reddunt, easdem omnino cõnectat: vt inter sophistam atq; philosophum, oratorem & sycophantam; medicum & circumforaneum.

Amoris varietas; comparatio & similitudo rationis boni.

Amor vbique differens ratione subiecti.

Amor itaque non tantum demittit radium versus inferiora, quo cuncta vniuersicet; verùm & virtute magica, naturarumque cognatione sursum attrahit, & in amplexus mutuos plena conuersione cõpellit. fit enim progressus à Deo per mundi res vniuersas, vsque ad materiem: Et hinc per naturam denuo reditus, ad naturæ præsidem Deum: similiter dilapsus à mente ad rationẽ, à ratione ad phantasiam & sensus exteriores; ab his vicissim per rationem regressus, patet ad intellectum. Idem in cæteris mundi gradibus est statuendum.

Amoris triplex motus.

Rectè igitur Amorem ita definit summus ille philosophus Areopagita; vt quidam sit circulus bonus à bono in bonum perpetuo reuolutus. Nam vt à Deo incipit & allicit, perfectæ pulchritudinis rationem præ se fert; vt autem in mundum transit, Amor potissimum dicitur: Voluptas denique prout in auctorem remeans pulchro exemplari, pulchram imaginem, pulchra reuolutio-

Amoris optima definitio.

Digitized by Google

reuolutione conuertit. In hoc circuitu per omnia penetrans ſurſum eadem ſecum, deorſumque volui cõtinuè facit, Mentem idearum ordine replet, Animam rationum ſerie, Naturam generationis ſeminio, Materiem formis exornat: vt Solis radius ſimplex per ſe & vniformis in cælo lucem, ſplendorem in æthere, in elementis lumen, in miſtis corporibus colorem lucidũ creat. In hoc autem tota conſiſtit fæcunditas Animarum, quod in earum penetralibus diuinæ lucis iubar æternum fulgeat, rerum omnium rationibus ideiſque pleniſſimum, ad quam humanus animus quoties vult, & vitæ puritate, & ſumma ſtudij intentione conuertitur, conuerſus ſcintillis emicat idearum, raptuſque altius quàm vel Triptolemus quondam, vel Ganymedes, in illum ſeſe cæterem aureum mergit, qui à Mercurio, tanquam certaminis præmium, in animarum medio poſitus celebratur: cuius liquore probè appoti externorum ſenſuum illectamenta faſtidiunt, deique natura propius fulti tranſcendunt ætherem, cælos intelligentia complectuntur, terraſque liquentes, & quę marmoreo fert monſtra ſub æquore Pontus. Patet itaque quod amatorius ordo, ſit cauſſa cõuerſionis in rebus omnibus ad diuinam pulchritudinem & formã principem, quodque (vt verbis Procli vtar) reducat ſequentia ad illam omnia, eique coniungens, & coniuncta cõfirmans, & mox inde ſequentia replens, diuini luminis dotes inde ſcaturientes per vniuerſa diſtribuat.

Animarum fœcunditas in quo conſiſtat.

Crater Mercurij.

Ordo amatorius

Circulus in Amore vulgari & eius ratio.

Manifeſta magis hęc circuli ratio eſt in Amore vulgari. vbi (quemadmodũ lib. Ethicorum ſeptimo Ariſtoteles meminit) quia non ſemper eiuſdem pulchri fruitio nos delectet, neceſſe eſt & amorum & ſtudiorum omnium miras viciſſitudines expectari. Eius vlterior ratio eſt, quia noſtra natura nec ſimplex nec ſemper eadem, ex alio in aliud deſiderium neceſſario ſurgat. Alia enim ægroti, alia hominis ſani appetitio eſt, propter idiotropiam vbiq; maximè differentem: quod ſi & cauſſa eiuſmodi priorem alteram voles, occaſiones amoris mutui contemplator, quem vel ex ſtudiorum affinitate, vel natalitij ſchematis conformi habitudine, naſci exiſtimant: nam ſi & mores hominum cum fortuna, & cæli influxus aſſidua quadam reuolutione nouãtur, nouos quoque contractus in mortales, & fœdera ſuboriri indies vero ſimile eſt. Belle verò hanc eius affectus inconſtantiam, orbemque reciprocum paucis expreſſit Comicus, vbi ſic ait:

Amoris mutui cauſſa.

Amoris rota.

In amore hæc omnia inſunt vitia, iniuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, indutiæ,
Bellum, pax rurſum, &c.

Proinde & apud Plautum adoleſcens verſari ſeſe in Amoris rota quæritur; Sed longè plenius patebit totius conuerſionis ratio, cùm de eiuſdem forma, atque materie fuerit demonſtratum. Nunc pro cõcluſione tractatus ſeptimi, illud in iſtoc circulo cauſſamur imprimis, quod quoties amantes duo per amorem ſe mutuo complectuntur, amans in amati effigiem tranſire quodãmodo geſtiat, & cum alterum in altero viuat, fit vt ſe ipſum vtrumque vtriq; tribuat, vt accipiat alterum: vnde & in ſeipſis amantes moriuntur, & in amatis reuiuiſcunt

Conuerſionis totius in Amore formalis ratio.

Amãtum paſſiones inuicem pugnantiſſimæ, & effectus maximè admirandi.

Digitized by Google

reuiuiſcunt denuò, beneficij pariter & vindictæ, mortis ac vitæ mutua talione, hinc & affectuum alternatorum Euripus ille mirabilis: imò contrariorum exacta quædam confuſio, dum iidem & amant & metuunt ſemper, ſuſpirant, & gaudent, florent & extabeſcunt. Hinc illa amantum diuerſa quoque ingenia, & ex amore ingeniorum oppoſitæ metamorphoſes: quod enim deforme eſt pluribus, formoſum alteri iudicatur. Et ex quo prudētes ſtupidi fiunt, ſtulti viciſſim prudentiæ lumen exuſcitant, velut igniculos antè depreſſos, & ſub inerti cinerum mole cōſopitos: rationem huius in Chiliadibus vide Prouerbio, quod Muſicam doceat Amor.

Omnes itaque affectionum ſpecies ad Amorem vnicum reducuntur. Nam neque qui malum facit, ad malum reſpiciens operatur, neque vlla pars mundi alteram odit, niſi amore ſui, vt pulchrè in expoſitione Conuiuij Marſilius docet. Quin perturbationis iſtius ſymptoma ſæuiſſimum, quod Zelotypiam nominant, verſatur in odio maximo. Sed ex Amore profectus, eundem reſpicit ſemper. Verùm vt ex inæqualitate calidi frigidique, tempeſtates cælo ſæuiſſimæ fiunt; ita & in hoc genere, teſte Seneca in Medæa,

Affectus omnes ad Amorē vnicū poſſe reduci.

Zelotypia.

Nulla vis flammæ, tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti,
Quanta cum coniunx viduata tædis
Ardet, & odit.

Quanquam Zelotypiæ ſpecies, multi confundant turpiter, neque ſit vllus, vel ſumme diuinus Amor abſque æmulatione, ſuſpicione & metu. Namque ipſa pathemathis magnitudo, & pulchri cuiuſdam auguſtioris notio, nullis limitibus circumſcripta, facit, vt minus ſemper amantes tribuant ſibi, metuantque cæteros, qui fructum amatæ ſibi poſſe intercipere videantur. Sed eſt ille improbior zelus, cuius ſuſpicio potius in res amatas figitur, magis verò laudabilis alter, qui contra riuales aſſurgit, quo ſanè qui caret, non tantū amoris ſui iacturam facere prometur, ſed & cum ſceleratis lenonibus dignus eſt à bonorum conſortio penitus excludatur.

Zelotypiæ ſpecies.

Illud verò poſtremi ſit corelarij loco, Amorem vnicum vniuerſi cauſſas in ſe complecti, vt propter naturæ indaginē, nulla de ipſo nimis eſſe prolixa poſſit oratio. Idem omnium creator & artifex, nodus & copula, firmumq; totius machinæ fundamentum: vt hac ratione meritò vniuerſi clauiger ab Orpheo nominetur. Verùm laxandi parumper nobis ſunt riuuli, vt quos alueus vnus non facilè capit, vitandæ inundationis gratia, per ſinuoſos flexus in plura paulatim brachia diuellantur.

Amor omnium cauſſas in ſe complectitur.

Amor vniuerſi clauiger.

De conversionvm circvlis in forma atque materie, nec non in singulis partibus vniuersi.

Capvt viii.

Transitio.

CVM de conuersionis circulo cui mundus hic alligatur, per cuncta caussarum genera, semel suscepta sit nobis oratio, cumque idem in finium specie, mox & in effectrice natura rationem caussarum omnium complectēte præmissis abundè duobus capitibus ostēdatur: Volo nunc paucis principia cætera peruagari, formam scilicet atq; materiem. De quibus tamen reipsa ita coniunctus est sermo, vt in totius compositi, vel singularum partium propositione, non nisi per intellectus vnius subsidium illorum tractatio dirimi possit. Etenim materies quiddam est penitus indefinitum, nisi & quantitate determines, & qualitate passibili atque figura. Forma similiter vnum quiddam & simplex, sed accidentaliter tantū materiei scilicet ac diuersarum partium nominibus distributa.

Materies vniuersi.

Verùm vt exagesis rerum sit absolutior, de caussis duabus interioribus, illud seorsum prius atque compendio dicam, Materiei rationem vt est informis maximè, rerum tamen gignendarum omniū progressus, regressus, & conuersionis habere quandam passibilem rationem, cuius instinctu, nunquā non appetit, nusquam consistit facilè, donec ad entis primi actiuam planè potentiam, qua cuncta naturæ subdita in quendā circulum immutantur, eius merè passibilis virtus, ipsa susceptionis vel Metamorphoseos specie quàm proximè reuoluatur. Quin vt rebus quoque simplicissimis sua foret vbique per intellectum distincta ratio, velut in elementa omnium prima, essentiæque confusæ rudius inter punctos gradus: idcirco præter ternariam seriem, in illa creationis imagine nuper expressam hanc quoq; continuam quaternionem veterum iungimus, qua mundi materiem diuisam ab illis crassiusculè compræhendas.

Elementa prima indefinita iuxta Platonicos, & velut in finum materiæ & quantitatis solius ratione distributa.

Elementa

Digitized by Google



Hinc & in æternitate ſtatuunt, vt elementa, virtutes morales 4. Iuſtitiam, Fortitudinem, Prudentiam, Temperantiam: Licetque tabellam eiuſmodi per omnem creationis ſeriem vel accuratius diſtribuere, vel in infinitum propagare.

Forma vniuersi communissima.

Quod ad formam pertinet vniuersi, vna quidem est communissima, quam vel Pantomorpham, vel mundi totius animam alibi nominauimus. vt vera abyssus omnium atque materies, & illius formæ communis ratio, iuxta suscipientis materiæ analogiam, confuse quoque est distributa in statũ, in fluxum, motionem & mutabilitatem.

Elemẽta Platonica indefinitius ex forma solius ratione deprompta.

Principia tria indefinita iuxta auctoris opinionem.

Nos vt cunctorum sit vbique concentus plenior, in ternione persistentes, tria rectè principia fecimus, Materiem, Formam Proportionem, & singulis indefinitas asscripsimus rationes, quæ omnes collectæ primo in quadratam speciem surgunt, mox & in absolutum Cubum.

Materialis circumscriptio.

Materialis circumscriptio patet imprimis per quantitatem, numerum videlicet ac magnitudinem.

Formæ circumscriptio.

Forma se prodit per habitum maximè, perq́ue potentiam naturalem. Et hæ quodammodo per actionem atq; figuram, nonnunquam & per passibilem qualitatem. Figuræ vis iterum in substantiarum, quantitatum, qualitatum, ordine, situ habituq́ue locatur.

Proportionis circumscriptio.

Totius compositi ratio ex forma atque materie, in earundem mutua proportione spectanda est. Quæ rursus ab analogia quadã priore dependet agentis ad passum, certaq́ue concursione formarum principum, spirituum, & corporearum qualitatum, siue totius syndromis accidentariæ, quam vno figuræ vocabulo plurimi complectuntur. Est enim figura propriè qualitas, ex ordinis, numeri, magnitudinis, analogiæ certa quadam complexione consurgens.

Ordinis angustissima ratio formam, materiem, & proportionem in se complexa.

Quin ordo solus in quantitate id potest, vt penes illius differentiam, diuersorum laterum, vel angulorum sub suo genere figura quælibet statuatur. Nam cùm à numero superficiem esse dicamus, vna vel pluribus lineis compræhensam, vt circularem, trilateram, quadrilateram; vel trigonam, tetragonam, pentagonam &c. Ita particulatim rursus in vnoquoque genere, iuxta vel laterum inclinationem, vel angulorum respectus varios, triangulum, Scalenon, vel Isopleuron, vel Orthogonon: figuram quadrilateram, vel exactè quadratam, vel Rhombotidem, vel Trapeziam, vel alio quouis nomine designamus.

Ordinis rationẽ à diuinitate constitui.

Est itaque ex ordine primum certa in rebus positio, ex positione figura, ex figurarum congressu, & dissolutione, mundus hic vniuersus. Proinde & cunctorum ordinum ratio, in mundi materia, formis & actionibus mundanorum omnium Plotino creditur à diuinitate cõstitui, atque restitui semper, non per consultationis aliquam speciem, qua ordo quæratur, sed per ipsam eius essentiam, quæ ipse sit ordo. Vbi per diuinitatem intelligit non solum intellectũ diuinum, sed & intellectualem animam mundi, & intellectuale eiusdem, seu seminarium quoddam spiraculum in mundi materiem vsque diffusum.

Ordinis Characterẽ impressum rebus omnibus Mundi.

Quam sit Character ordinis rebus impressus singulis vbique præter nimis conspicuas rationes, admiranda docent, leuium spectacula rerum, vt ille ait. docet vel abiectissimorum vermium adeò stupenda fabrica, vt vnum pediculum pulicis, ne summus vnquam inter mortales artifex potuerit imitari. Quanquã Æliano teste, extiterint alij, qui nucis capsula totã Iliada scriptam compræ-

Digitized by Google

comprænderũt, alij qui Phaetonta cum quadrigis ſub ala muſcæ latentem exſculpere potuerunt: ſintque & noſtris temporibus, qui horologij operoſas machinas cælent, anguſtis annulis, mundique faciem vniuerſam ita in arctam tabellam redigant, vt partes illius maiores ac medię, nedum characteres, lineę ſiue epigraphæ viſum penè ſubterfugiant. Talis in Aſtronomicis organis ſupereſt mihi & ſanguine & amicitia ſanè iunctiſſimus nepos Gualterus Arſenius, huius artificij ſtudioſis notior, quàm vt noſtris indigere præconiis videatur. Docent præterea mundo vniuerſo impreſſas ideas, ordinum ordinatiſſimæ ſtirpes, & ſtirpium partes, picturæ florum, foliorum, fructuum; intercurrentes venulę gemmis, atque ſilicibus: docent ſtupendæ quorundam animalium actiones, volucrum cantus pulcherrimi certis tonorum gradibus mutuo conſequentes: Bombycum & Aranearum tela penitus admirãda, volatus Gruum, Cyconiarũ, in omnẽ ſępè exercitus ſpeciẽ ſeſe cõuertẽs. Poſtremò & Formicarũ & Apum faui, cõuentus atq; cõcilia, quę vel hominibus formandorũ morũ, vel cõſtituendæ reipublicæ præclarã quandã imaginẽ repræſentant. At non eſt vnius loci naturæ laudes, vel ordines decãtare. Illud nũc magis propoſito conuenit; cùm rerum cõtinuatarũ ſeries, figurarũ rectè nominibus explicetur, quę tamen vlteriore intellectus reſolutione, in diſcontinuos numeros fluit. Idcirco non tam ineptè quàm plurimi putãt Platonẽ atq; Pythagorã pro vniuerſi elementis principiiſq;, rerũ figuras ac numeros poſuiſſe. Ita enim quinariũ animæ tribuunt, ſenarium magis cæleſtibus, quaternarium ſublunari regioni. Nos 1.3.9.27. velut omnium principes & rationi corporeæ maximè cõgruos, ſemper amplexi ſumus. Hoc artis magicæ vel cabaliſticæ fundamentum, in Medicinæ quoque pomeria dimanauit, vt præſertim in medicaminum compoſitione, quæ vel antidota vel polichreſta nominantur, apparet, vti quoque in diuinorum morborum, & per certas periodos recurrẽtium curatione, fortaſſis ſuperſtitioſa paululum, teſtantur Hippocrates, Plinius, Arnoldus Nouicomenſis, & plures alij, etiam in amuletis periaptis, delectuque ſimplicium ſæpè Galenus & Dioſcorides. Ita in figurarum genere, pro elementis omnium primis, ſtatuunt trianguli rectanguli ſpecies duas, ſcalenon & æquicrurium, ſcilicet quòd hi ſint inter figuras quaſlibet ceu reſolutione poſtremi. Terræ autem aſſignat figuram inter corporeas Cubicã, Icoſahedron Aquæ, Octahedron Aëri, Pyramidem Igni, Dodecahedron vel vultum ſphæricum Vniuerſo.

Figurarum & numerum à Platone & Pythagoricis non male pro mundi principijs poni.

Numeri et figurarum magni momẽti in rebus Medicis.

Omnia reſolui in triangulos orthogonios.



Hæc ſola ſi quis ſuperficie tenus inſpiciat, abſurda cõſequi plurima iudicabit: vt elementa fore aſymbola, vt eorum formas minùs cęleſtibus conſentire, vt quantitates, tanquam ſubſtantiarum partes oſtendi, & id genus alia. Sed non tam læua fuit Platonis opinio, quin ſi quis amicè velit, vt prægnantiſſimam

Platonis ſenſus in conſtituendis elementorum.

tissimam veri possit accipere. Nam neque ad illam respexit partitionē penitus corporalē, quo vulgus solet: neq; nomen principij sumpsit, quale Peripateticis est definitum. quin ideò intellectualem sibi proposuit dialyseos atq; syntheseos speciem, vt mentem reuelleret paulatim à sensibilibus spectris, ad incorporeas formas, & materiei conditionibus alienas, quod fieri nequaquā cōmodius possit, quàm per mathemata, quæ sunt diuinis proxima. Deinde ad illam magis respexit ꝓportionū regulā, vnde omnis locorū origo, forma & materies Dialectica, omnis naturæ vis, in vniuersō, vel entibus rationū protinus elucescit: sed omniū maximè ad doctrinā triangulorū, cuius inuentionē multi Pythagoræ tribuerūt; arcanū certè mirabile, & verè philosophis minimè negligendū. Fluit autē hæc omnis, duobus, tribusue potissimū axiomatibus primis, vt quod omnis triāguli anguli tres sint duobus rectis æquales iuxta proportionē 32. primi. Vnde cōsequitur duobus angulis datis, quam primū & tertiū inueniri. Rursus quo in omni triāgulo rectangulo quadratū quod describitur à latere oppositō angulo recto, sit æquū duobus quadratis, quæ protrahuntur ex lateribus reliquis, continentibus angulū rectū per demonstrationē penultimę primi Euclidis. Hinc sanè figurarū omniū quantitates, ac proportiones mutuas, ex triangulorū proportione & quantitate cognoscimus, postquam in triangulos compositorē vnáquamq; resoluerimus: Triangulorū latera continētia angulū rectū per subtēsam, & hæc per illa vicissim exploratur. Discemus igitur, ex triangulis quadrangulos, Pentagonos, Hexagonos, &c. ex linearum ratione, superficies, ex superficiebus corpora: postremò & analogiā circuli ad figuram rectilineam, ex qua distantiarū ratio ab orbe supernō profluit, ac dimēsiones omnes cælo, terra, mariq́ue certissimè perficiūtur. Hinc illa demum doctrina sinuum longè pulcherrima, cuius quoque & circularis penitus est demonstratio, dum chordæ per arcus abscissos, & hi per sibi subtēsos sinus vel chordas emergunt. Inuenta etenim B C arcū vestigant correspondentē D E. Inde per substractionē ex quadrante circuli vel 90. residuū D E. Postea sinum transuersuū G D. Ex quo iterum per penultimā primi dimetientem

Doctrinæ principium summa laudatur.



Doctrinæ finis.



Digitized by Google

tientẽquadrati A C, & per cõsequẽs distantiã stellæ ab oculo metientis. *Felices animæ quibus hæc cognoscere primum, Inque domos superas scandere cura fuit.*

Verùm hæc dissolutionis ratio non tantũ in orbe maiori rata cõspicitur, sed & in corporib' nostris summo naturę Geometræ studio, passim est obseruata. Sunt enim in illis & numeri certi, & figurarũ species vniuersæ ad compræhensionẽ attractionẽq; sphęrica maximè. Vt in vẽtribus singulis, teste Hippocrate, imprimis est manifestũ, ad distributionẽ, retentionem expulsionemq; recti linea, quemadmodũ in villorum siue fibrarum positu cõstat, quę vel transuersæ vel rectę vel obliquè iuxta 6. primas positionũ differentias conspici consueuerunt.

Corporis humani fabrica resoluta in circulos & triangulos.

Pictura Magica.

Habes in iisdẽ corporibus figuras trigonas, tetragonas, pẽtagonas, tũ ex cõcursu, & inclinatione partiũ multiformi, tum ex totius positu, qui vt docent picturæ magicæ, vel solus in speciẽ quamuis se quam facillimè vertit, Solus & numerorũ omniũ, & mensurarũ, proportionũ, ponderũ ideas ita complectitur, vt huius auspiciis metiamur & naues & ædificia, templa & porticus, terræ denique & cæli, & oceani ambitum vniuersum, dum gradus ad stadia ducimus, ac miliaria, hæc rursus ad passus humanos, vti passus ad pedes, pedẽ ad digitos: vnde non ineptè forsitan in cælo figuras hominũ, diuersorumq; animalium, in homine contra cælestem zodiacum, in terris climata, zonas & paralelos veteres depinxerunt. Omnium verò extrema reductio est ad triangulos, vt numerorum omnium ad ternarium, per regulam trium siue proportionum, vt quantitatis vniuersæ ad punctum denique vel vnitatem.

Homo mensurarum figurarũ & proportionũ omnium ideam in se complectitur.

Quod autẽ inter numerorũ species, ad exprimẽdos circuitus mũdi, animęq; rationalis, vnius sit ternionis præstãtior virtus, satis ex antecedẽtibus est manifestũ, vbi tota mũdanæ machinæ moles à summis generibus, ad infimas species, à partibus maximis ad medias, & minimas quasq;; & à supremis rerũ gradibus vsq; ad decliuiores ordine, per solũ ternariũ cõtinua facta est distributio, fietque tum in humanis animis discursionum proximis caussis, tum in ipsa diuisionis methodo Cyclognomica, secundo deinceps, & tertio libro. Sed prẽter graduum, specierũ, & partium triplicem rationẽ in rebus vniuersi, sunt & vbique principia 3. naturæ, & artis, & animorũ. Sunt 3. dimensiones primæ. 3. loci 3. tẽporis, tres sexuum differentiæ. Imo tota mundi conuersio alternis quasi vicissitudinibus pendet, vnde ille versiculus. Ἄλλοτε μητρὴν πόλει ἠμὲν ἄλλοτε μήτηρ. *Ipsa dies quandoque parens, quandoque nouerca.* Hanc autẽ paroxismi speciem in morbis Medici tertianã vocat, eãq; natura dux artiũ quarũcunq;, ita ad septenariũ ac nouennariũ numerũ propagauit, vt maximarũ mutationum crises

Ternarij præstantia in explicãda ordinibus vniuersi.

Crises per dies, annos & septimanas.

non

non ſolum diebus imparibus fiant, ſed & ſeptimanis & menſibus: quin & per annorum ſeptenarios, nouenarios quoque, vbi cùm diuturniore malo conflictus impendet. Ita enim poſt annum quandoque ſeptimum, vel nonum, vel decimumquartum curantur Epileptici, teſte Hippocr. Ita ſuſpecti ſunt pluribus anni climacterici, præſertim ex multiplicatione ternarij in ſeptenariũ, aut nouenarium, ſed maximè tamen ſeptenarij in nouenarium vt 63. de quibus vide Macrobium, Aulum Gelliũ: quamuis hic ſanè ſint ſuperſtitioſa plurima, & antè iudicium cauſſarum plurium ſpectacula requirantur. Sed illa noſtræ diuiſionis potiſſima ratio eſt, quod animorum actio quælibet, artis atque naturæ, ſemper circa tres terminos occupentur, extrema ſciliceet duo, & extremorum medium, ſiue analogiam agentis ad paſſum, vt ſæpius oſtẽdemus. Quodque omnis diuiſio licèt bimembris maximè, ſemper admittat tertium; quod in relatione Metaphyſica medium ſit analogicum ſiue æquiuocum; vt Angelus inter Deum, & Animam: inter virum, & fœminam, hermaphroditus: inter inſipidum, & amarum, dulce: In relatione autem Phyſica, ſit velut exemplar quoddam cómune vniuocum ſemper extremis, vt inter oppoſitas ſpecies communis generis ratio, inter brutum & hominem, Animalis idea: inter plantam & animal, corporis animati: Poſtremò in relatione Logica quoddam ſimiliter medium ſit ex aceruo entium rationis, vt in demonſtratione inter maiorem propoſitionem & cõcluſionem, id quod ſubſumptum vocãt. Inter ſubiectum & prædicatum, medium eſt argumẽtum. Meritò igitur non Arithmeticis tantum calculis, ſed & artificiis communibus cæteris, quin Oratoribus quoq; & Poëtis, ternarij numen eſt obſeruatum, vt in poëtarum principe quàm ſæpiſſimè. *Necte tribus ternos*, &c. Et alibi quoque.

In omnis conſideratione terminꝰ 3.

Omnis diuiſio vel bimembris maximè, ſemper admittit tertiũ.

1

2

3

Regula trium.

Poëtis ternarij maximè celebrati.

Ter centum tonat ore Deos, Erebumque, Chaoſque,
Tergeminamque Hecatem, tria virginis ora Dianæ.

Et alibi.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruſtra &c.

Item in illa Vulcanij fulminis Phyſica ratione trium elementorum quàm ſcita deſcriptio.

Treis imbris torti radios, treis nubis aquoſæ
Addiderat, rutili treis ignis, & alitis auſtri.

Sed ſunt præclaris vatibus vt Homero, Virgilio, Lucretio, Euripidi, Senecæ, Horatio, infinita ferè iſtiuſmodi, quibus nolim diutius immorari.

Tranſitio.

At cum de numero figuraque vel ordine mundi, materiem & formã vniuerſam propius iudicantibus obiter diſſeruerimus: addam & de proportione paucula, pro exemplaris atque vmbratilis methodi neceſſitate, tractatũ omnium plenioré, differens in aliũ locum. Nihil eſt autem Ἀναλόγια ſiue Proportio, quàm harmonia quædam, ſiue concentus & congruentia mutua, vel principiorum, vel elementorum, vel partium diuerſarum, in rebus vel naturæ, vel artis, vel rationis. Vbique rurſum ſubſtantiæ proprietatis, vel accidentium ratione,

Proportio quid ſit, eiuſque diuiſio.

Digitized by Google

tione, vt quantitatis, qualitatis, ſitus, habitus &c. Qua quidem deſcriptione continuo & forma eiuſdem omnino, & vſus, & materialis diſtributio ſatis eſt manifeſta. Procedit enim à tribus generibus ad differentias 27. vel plures facilè, ſi vnamquamque ſubdiuidi voles. Vt



Eſt itaque proportio vel ante materiem & formam, ſi loqui prorſus μεταφυσικῶς licet, tum in ratione agendarum rerum, mundoque intelligibili, tum in reſpectu formalis materialiſque ſpiritus infiniti, ad infinitum; cuius notio confuſiſſima per res duntaxat ſenſibiles mundi, in earum contractione, vibratione, circumuolutione, reſpectu loci quo continentur, aliquo modo nobis mortalibus aperitur. *Proportio in quibus ſpectanda.* 1 *Proportio in creatione prima.*

Sed verbis commodioribus ea poterit analogia diſtingui, quæ inter formam 2 *Proportio in ſecunda creatione.*

atque materiem data est,indefiniti spiritus actiui atque passiui,indefinitæ animæ,glutinis & qualitatis. Vnde prima hæc mundi conspicua elementa, priùs indefinita progerminant,postea quoque suis distincta locis & speciebus,vt dictum est supra,per vlteriorem proportionem partis ad partem,quę talis existit, vt nullam permittat ordinis perturbationem,nisi quæ totius ordini sit consentanea,nullum vel vacuum,vel corporum penetrationé, absque tum loci,tum quantitatis augmento.

Proportio in creatione tertia.

Proportionis vis maxima in opificio artis atque naturæ.

Quanta sit huius proportionis ratio in rebus genitis, rerumque principiis, mira dexteritate tractauit Cicero lib. de Vniuersitate. præcipuè tamen cælestium corporum symphoniam lib.de Somnio Scipionis,in quem copiosè & docté Macrobius commentatur. Nec est quo longè exempla quæramus,si modò vel proxima tantum lustrare oculis minimè dedignemur. Pulchra vbiq; proportionum regula in plantis atque lapidibus,in partibus animalium,ac præcipuè humani corporis,cuius perpetuò vel ars,vel artis ratio est imitatrix. Nam quæ spectari in ædificiis solent cõmissurarum species infinitæ, natura ferè hæc omnia in nostræ compagis anatome præfiniuit. Vide pulmonis follem admirabilem,peluim,infundibulum,& plexus cerebri rotiformes. Vide laringis fistulam, renum cribrum atque canales,oculorum,aurium munimenta. Hæc tantum ex manifestis profero.quid ductus venarum memorem, arteriarum atque neruorum?quid connexus musculorum, structuram scheleti & syntaxes ossium,summo naturæ iudicio,& propositorum finium ratione perfectas? quantum illa apud artifices frequens est species, quæ vel ad gomphosin vel futuram,vel harmoniam simplicem vergit vel ad synarthroseos aliquam aut diarthroseos rationem? Quæ tursus sit Enarthrosis, Arthrodia axiformis, aut ginglymotidis. i.cardinis speciem repræsentans? Certè naturam vbiq; dissoluat oportet,naturam imitari in compositione qui dextrè volet.

Excmpla.

Est & proportionis idea inter res rationis, quædam ad materiem pertinens, altera magis ad demonstrationis formam. de quibus postea.

Proportionē vtrò inter principia naturalia collocari.

Satis equidem mirari non possum,naturæ indagatores accuratissimos, in principiorum numero,priuatione posita, proportionem rerum omnium principium proximum & internum maximè neglexisse. cùm ea sit velut carpentum,vel currus vniuersitatis,compositionis cuiusque nodus & vinculum, cuius potissimum gratia indicationum doctrina suscipitur, vti propter indicationem ætiologica, propter caussarum tractationem methodus. Videtur tamen bellè hæc intellexisse Cicero lib.de Vniuers.vbi sic ait: Mundum efficere mo

Ciceronis sentia de proportione.

„ liens Deus,terram primum ignemque iungebat; omnia autem duo ad cohæ-
„ rendum aliquid tertium requirunt, sed vinculorum id est aptissimũ,quod ex
„ se,atque de his quæ astringit,maximè vnum efficit; id optimè assequitur, quæ
„ Græcis ἀναλογία, Latinis comparatio,proportióue dici potest.Præclarè autem & deinceps plurima in eandem sententiam profert,vbi de formæ & materiei indefinitis qualitatibus, de spiritu quoque,corpore,& anima vniuersi, ab opinione nostra non admodum aliena. Verùm quicquid rectè de tam reconditis rebus

Digitized by Google

rebus ſtatuit Cicero, vel Cicerone antiquior Plato, id omne Medicorũ fonti antiquiſſimo debemus Hippocrati. Vide verba illius arcana maximè libro περὶ διαιτῆς 1. vbi de tribus concentuum ſpeciebus ad miſtionem concurrentibus philoſophatur.

Reſtat demum in ordine, menſura, proportione, & per conſequens in forma, atque materie mundi, quales ſint illi conuerſionum circuli, oſtendamus, ſumpto auſpicio à demõſtratione τὸ ὅτι, vel quæſtione An ſit in partibus ipſis, quæ per principia componantur. Nam & hæ quodammodo nobis magis ſunt obuiæ, quàm prima principia, citiuſque aperiunt ſe ſub notione confuſa. *Tranſitio ad demonſtrandas circulos in forma, atque materie per partes vniuerſi.*

Spectantur itaq; terũ circuli tripli citer. In

- I Rebus ipſis
  - Maioris mundi
    - Continentibus.
    - Connectentibus.
    - Contentis.
  - Medij
    - Continentibus.
    - Connectentibus.
    - Contentis.
  - Minimi
    - Continentibus.
    - Connectentibus.
    - Contentis.
- Tempo-ribus
  - Maioris mundi
    - Maioris circuli.
    - Medij.
    - Minoris.
  - Minoris mundi
    - Maioris circuli.
    - Medij.
    - Minoris.
  - Minimi
    - Maioris circuli.
    - Medij.
    - Minoris.
- Motibus ipſis
  - Maioris mundi
    - Maioris ſpatij.
    - Medij.
    - Minoris.
  - Minoris
    - Maioris ſpatij.
    - Medij.
    - Minoris.
  - Minimi
    - Maioris ſpatij.
    - Medij.
    - Minoris

Motibus ipſis:
- Subſtantiæ
  - Generatio.
  - Corruptio.
- Secundum quantit.
  - Augmẽtatio
  - Diminutio
  - Localis.
- Secundum qualitatem
  - Alteratio.

Etenim vt tempus à primo mobili, ita motus à tempore continetur, ac ſummatim à ſphæris vel circulis conuerſionum tempora, & ab his rerum conuerſio omnis eſt definita. *Cõparatio temporis motus & rei mobilis in conuerſionibus mundi.*

Talem ergo ex antè traditis totius viciſſitudinis rotam concipias licet.

Digitized by Google

ORBIS VICISSITVDINVM NATVRALIVM.

ÆTERNITAS OMNIA CONTINENS.



Conuersionis ratio stabilis & actiua maximè in solo Deo omnium motore primo.

Primò quod ad ſtabilem ſpectat totius circuitus rationem, ea omnis teſte Philone, cæteriſque Platonicis in æternitate poſita eſt, in primo motore omnium atque immobili DEO. Vnde & circulum immortalis Dei ſubinde nominat Triſmegiſtus. Cur autem figurarum omnium, locorum, & temporum limites excedenti, figuram tamen rotundam potius, quàm aliam quamuis pro captu humano veteres aſſignarint, notum equidem vel in triuiis autumo. Potiſſimarum rationum capita ſunt: Vnitas ſiue ſimplicitas, extenſionis æqualitas, Perpetuitas, Robur atque capacitas, Pulchritudo denique ſiue perfectio, cuius vnius nomine rationes cæteræ ſunt comprehenſæ.

Deo figurā circularem à philoſophis aſſignari.

Circularis figura cui optime competat vniuerſo.

Meritò igitur ad ſui auctoris ſimilitudinē Mundus, & mundi ſingulæ partes, ſingularum quoque procedūt motus & tempora, ſic vt in ſtatu ſit motus, in motione ſtabilitas: vtque in ratione ſtabili ſpectetur infimum quiddam medium & ſupremum: in ratione mobili aſcenſus, deſcenſus atque conuerſio, ſitque analogia quædam perpetua, totius conuerſionis inter connexa & connetentia,

Digitized by Google

ætentia, inter ſupremos, medios, infimos ſphærarum, temporum, & vniuerſorum motuum gradus. Paucis & eleganter admodũ M. Tullius lib. de vniuerſ. Si pulcher hic mundus, ſi probus eius eſt artifex, profecto ſpeciem æternitatis maluit imitari: Formam itaque, vt paulo poſt ait, & maximè cognatam ſibi & decoram dedit, quæ globoſa vel σφαιροειδὴς appelletur, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur, quodque ita tornatum, vt nihil aſperitatis obtineat, nihil offenſionis, nihil incluſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum, omneſque partes ſimillimæ omnium quod ad eius præſtabat iudicio diſſimilitudini ſimilitudo.

Eſt igitur in Deo primũ totius eſſentiæ, id eſt & poteſtatis & voluntatis, & ſapiẽtiæ circularis ratio. Eſt & æternitatis ipſius, & motionis merè actiuæ, quorum omnium natura ſimplex & indiuiſa, vnius pulchritudinis aut bonitatis, ſphæra incomprehenſibili contineatur. *Diductio ſphæratum omnium à ſummo opifice Deo, vſque ad orbem ſublunarem.*

Sequuntur hunc orbes cæleſtes primum, atque ætherei omnes, à maioribus ad minimos quoſque exactè ſphærici, vt ſunt eccentrici, deferentes augem, vt Epicycli, non tam reipſa diſtincto cœlo, quàm mentis humanæ vi, & diuerſiſſimorum motuum ratione, ſicut in nauigandi peritia, tractus maritimi, ventorũ excurſus, & limites, & in arte noſtra rationalis diſcurſionis circuli deſignãtur. *Cæleſtes circuli.*

Cælorum orbes multiplices, elemẽta cum æthere intermedio penitus imitantur, neque id tantum in totis, ſed & totius quandoque partibus eſt manifeſtum, ſi roris aut pluuiæ guttulas, ſi fluctum pelagi, veſicas ab igne, ampullas à ſpiritu concitatas obiter animaduertas. *In æthere & ſublunaribus elementis.*

Magis tamen eiuſdem formę præſtantia, in plantis & animalibus eluceſcit. Confer enim te priùs ad perfectiorum arborum trũcos, radices, fructus, folia: figura quidẽ, tum per ſpecies, tum per ſpecierum ſingulas variè diſtributa eſt. Sic tamen vt ratio illius potior ad particularem vtilitatem maximè quadret; vnde & trilatera, quadrilatera polymorpha; quantum tamen ad communiſſimæ perfectionis exemplar tendere potuit, ad rationem quoque circularem quàm proximè redigatur: vnde vel prorſus ſit ſphærica, vel columnaris, oualis, ſpiralis, aut ex figuris partim rotundis, partim rectilineis variè coagmentata. *In plantis et animalibus tacta circulatio.*

Idem prorſus in fabrica humani corporis vſuuenit, ſi prima præſertim viſcera contempleris, vt cordis effigiem, cerebri, hepatis, lienis, pulmonis, ventriculi, inteſtinorum, renum, veſicæ, vteri, teſtium. Vide in iiſdẽ partes maiores primum, vt lobos aut fibras. Vide & minores ordine, vaſa, glandulas, epiphyſes atque apophyſes. Quin vti in mundo maiori ſtellarum vultubus, orbiumq; cæleſtium reſpondent ætherei & ſublunares, ita viſceribus ſingulis intus ea quæ continentur, iis quæ continent foris. Ita & interiori ſemper, exterior tunica conuexitatis ſpecie correſpondet. Atque in extrema compage viſceribus oſſa; nerui autem venis, arteriis oſſium foramina quadrant. Tandem & oſſibus ipſis ſuperincumbentes muſculi, & cartilagines muſculorum, tendines, & aponeuroſes, capita, ventres & ligamenta. His autẽ omnibus membranæ propriæ primum, pari analogia tenduntur; mox & communes tunicæ, vt membrana car- *In fabrica humani corporis.*

In ortu animalium primo & embrionis positu.

nea, cutis & ἐπίδερμις. Longè apertius productio sphærica in primæ illius generationis exordiis patet, non tantum ouiparis animantibus, sed & quadrupedum generi, atque hominibus ipsis, siue infantis positum spectes orbicularem penitus in vtero matris, siue membranas tres, quarum vna ex parte tantùm, duabus per totum circuitum obuallatur.

Orbicularis ratio ad actionis & passionis robur maxime oportuna.

Orbes magici.

Nec parua istius figuræ in animalibus ratio est, præter communes quas dedimus suprà. Cùm enim potissima vis Amoris in attractione consistat, Figura autem rotunda, ceu cucurbitulæ, maximè trahat, rotundam quoque potissimùm esse, & singularum partium & totius viuentis effigiem decuit. Quod rectè ad Magæ naturæ similitudinem in amuletis & fascinis magi artifices obseruarunt, dum vel draconem includunt orbibus tribus κατ' ὀρθόγωνον sese intersecantibus, vel annulum pingunt ex vipera, cuius reuoluta cauda velut à capite resorbetur: alioqui sanè communis istius figuræ ratio, ad actionis & passionis robur, vt dixi, præcipuè referatur. Nam quia circulus non nisi vna ex parte contingitur à recta vel curua linea extrinsecus incumbente, idcirco minimum patitur. Quia autem est simplicissima, idcirco & figurarum speciem quamlibet in se facillimè recipit, vt ex cælesti Zodiaco satis est manifestũ. Æmulantur hanc legem naturæ callide in extruendis fornicibus architecti, in vasis figuli, in cunctis penè operibus opifices geometrici.



Temporis ratio circularis.

Pergamus porrò ad circularem tẽporis rationẽ, quę formam, atq; figurã sphæricã tam rerum mobiliũ, quàm mouentiũ ordine comitatur. Vbi non minus quàm circa res ipsas gradatim à maiore circuitu, te ad minores denuo refer. A cæli conuersione, ad ætatis humanæ circulum: & hinc ad plurium ciuitatem siue rempub. Sua enim cuique à Deo, & ab æternitate primum, & temporis & motionis sphæricæ certa est præfinita periodus: Omnis autem inferioris ratio, si res sit ordinata à superiore quodammodo continetur.

Fata particularia ab vniuersalibus gubernari. Axioma reconditissimũ Astrologicæ facultatis.

Exempla.

Vnde & Astrologi fata particularium fatis vniuersalibus subiici docent. quod in directionum, reuolutionum, progressuumq́ue, & radiationum specie imprimis fit manifestum. Vbique etenim influxus communiores euentus præcipuè vim, & idealem seminat rationem, quam minus communes ordine, pro suæ vel sympatheiæ vel dispatheiæ efficacia fouent, mouentq́ue, vel turbant atque præpediunt. Ita enim se mutuo consequuntur,

Digitized by Google

tur, primò coniunctiones maximæ, vt capitum ♈ & ♎ nonæ atque octauæ: ſphæræ deinde & planetarum ſuperiorum trium, mox & eorum qui ſub Sole ſunt conſtituti. Ita & Lunaris reuolutio à Solis anfractu annuo gubernatur: & hæc deinceps à progreſſu ♄ ♃ ♂. Item aſpectus erronum fixorumque ſyderum ſub interlunia contingentes, ab illis aſpectibus pendent, qui circa eclipſes, vel Solis τρόπον aut æquinoctia fiunt. Et hi ab aliis qui circa congreſſus ♄ ♃, donec ad illam coniunctionem maximam ♈ & ♎ perueneremus.

Quod ſi Platoni & Epicuro ſuam παλιγγενεσιν minimè conuellamus, habebis temporis circulum, vel annum annorum maximum 49000. Solis anfractus continentem, etſi alium alij ſtatuant, nobisque potius ad motum medium ſtellarum fixarum reſpicientibus, ponere liceat annos 25816. Quibus, iuxta veriſſimam Nicolai Copernici rationem, illarum reditus abſoluatur. Sed nolim ego in huius circuitus ſpem à creditoribus pignus accipere. *Annum Platonicum.*

Illud ex ſacris elicitur, mundi ætatem omnem ſex ferè annorum milibus terminandam. Vt quemadmodum totius creationis ſeries minorum dierum ſenario ſit perfecta; ita & illius duratio, per dies maximos 6. annorumque millenarios definiatur. Quorum finis velut quieti dedicatus ſit millenarius ſeptimus, vti finis creationis hexameræ, ſeptimus dies: etſi, vt aiunt, exactum ſuæ ætatis terminum, mundus propter improbitatem hominum, minimè ſit habiturus. *Mundi ætas 6000 annorū.*

Sed millenariis 6. in tria reductis, pulcherrimè congruit & ſupernorum orbium illa coniunctio in principiis ♈ & ♎. Et mundi mutationes præcipuæ tres. Nam ſub prima creatus annos biſmille perſtitit ſine lege. Biſmille deinceps ſub lege poſt coniunctionem alteram. Biſmille reliqui poſt coniunctionem tertiam, ſub Chriſto & Patris æterni gratia tranſiguntur. An verò ante coniunctionem quartam, vel paulo poſt mundi diluuium alterum expectemus; definire accuratè, noſtri nec inſtituti nec facultatis exiſtimo: licet vel tempus vero proximum partim ex Euangelica voce, partim ex ea quæ nunc orbem tenet intemperie, ex ipſa iuſtitiæ profligatione, & veri amoris congelatione, pluſquam hyperborea ſatis coniicere quilibet poſſit. *Coniunctio ſupernoū orbium in capitibus ♈ & ♎ cū millenarii 6. partitione optimè cōuenit.*

His annis maioribus ſunt deinde minores alij iuxta periodos vel ipſorum orbium octaui cæli ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽, vel diuerſarum coniunctionum, inter hos ipſos mira viciſſitudine recurrentium. *Anni minores et Planetarij.*

De quibus obiter Ptolemæus libr. περὶ καρπῶν, vbi centum decem & nouem coniunctiones, Aſtrologo minimè negligendas inſinuat. quòd ſanè in illis ſit poſita eorum cognitio, quæ fiunt in mundo, & generationis & corruptionis. Nam & in tempore, quo geſtatur fœtus in vtero, & quo excluſus in lucem aura vitali veſcitur, planetæ ſinguli, per quaſdam reciprocas ſtationes ſua diſtribuunt munera, vitamque; & vires impertiunt. Lunæ quidem magis *119. Coniunctiones aſtrologicæ. Planetarum gubernatio per ſtationes, & quid quæque cuique conferat.*

Digitized by Google

☉ ☿ ♄ ♃ ♂ ♀ magis ad corporis ſpeciem; Solis ad vitam vel animam tendit influxus: Mercurij ad ſpiritum vel nexum vtriuſq; ♄♃♂ ad qualitatem & tẽperamentum. Vtque in geſtatione fœtus tria ſunt quædam principia: conceptus corporis: & Empſychoſis animæ, ſpiritus & qualitatis: partus autem perfectionis totius atque fortunæ: ita & in ætate hominum, & plantarum, quę deinceps flectitur, ſex illæ totius curriculi præcipuæ partes, pueritia, adoleſcentia, iuuentus, ætas virilis, ſenium, ſenectus, ad tria ceu puncta communia reducũtur, exordium vitæ, ſtatum, & finem, vel accrementum, vigorem, & decremẽtum: in quibus quotidie perfecta aſcenſus, deſcenſus & rationis Tropicæ ſpecies aperitur.

In geſtatione fœtus. *In conceptu.* *In Empſychoſi.* *In partu.* *In toto totius curriculo.* *Ætates humanæ 6. ad 3. reducta.*

Sed difficillimum eſt ab ipſa conuerſione temporum ideam motus vel rei mobilis ſequeſtrare. quapropter ne ſim prolixior, progreſſu partim per ſingulas motuum & rerum mobilium ſpecies, partim per temporis differentias mixtum nonnihil de mundi circuitu ſermonem inſtituemus. Sunt igitur ea quæ mouentur in circulum: Mundi præcipui tres, & horum partes, vbique in orbis imaginem aſpirantes. Tempus per mundiætatem diſtribui fecimus, & hãc in aſtronomicos annos minores ordine, vti annus in menſes, & ſeptimanas, & dies, & horas, vſque ad minuta tum prima, tum ſecunda, & tertia rectè diſpeſcitur. quanquam ſint & compoſitiones diuiſioneſque aliæ, vt quadrantis, ſextantis, triẽtis, dodrãtis: Itẽ luſtri, olympiadis, æui & ſæculi, de quibus abunde veteres tradiderunt. Motus omnis ſubſtantiæ, vel generatione vel corruptione perficitur. Nutritio quædam regeneratio eſt, ideo neceſſaria, quòd calidi innati vis quantum ſe nititur propagare, tantum & ſibi ſubiectum fomitem depaſcatur. Quantitatis circuli in augmentatione & diminutione, tum numeri, tum quantitatis continuæ fiunt. Motus localis iuxta 6. primas poſitionum differentias: Alteratio verò ex qualitatum viciſſitudine definitur. Demus exempla neglecta pauliſper nimirum accurati ordinis ratione.

De motu & rerum mobilium circulo. *Temporis diuiſiones ſummariæ rebus mobilibus adaptandæ.* *Motus differentiæ.*

Mundi ſyntagma ſphæricum ab alijs aliter diſtributum. Orbes cæleſtes 10. ſtatuit illa vulgaris ratio, quæ & literis ſacris eſt conſonantior: vbi terra immobilis vice centri ſit collocata: quam deinde & elementorum orbes & 10. cæleſtiũ corporũ cõſequantur ☾ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄, octaui, noni & decimi cæli: quibus Theologia vndecimũ iungit, quod Empyreum appelletur. Quorũ omniũ ratio ex motuũ orbiculariũ diuerſitate colligitur, dũ planetæ ſinguli ſuas ita periodos ducant ſecundum ſignorum conſequentiã, ſiue εἰς τὰ ἑπόμενα, vt ☽ quidem ab occaſu in ortum totius zodiaci ſpatium luſtret diebus 27. Mercurius diebus 80. plurimum: Venus 9. menſibus. Sol anni vnius periodo, quæ ſit iuxta veriſſimam obſeruationem 365. dierum, 15. minutorum & 24. ſecundorum. ♂ in duobus annis circuitum perficit. ♃ in 12. annis: ♄ in 30. Sed ſunt cuique rurſus peculiares aliæ conuerſionũ ſpecies, de quibus in theoriis abunde eſt demonſtratum; præſertim verò in circulo paruo vel epicyclo. vnde directi, retrogradi, vel ſtationarij fiunt; vnde reſpectu Solis quoque vel occidentales cõbuſti, vel matutini: reſpectu Eclipticæ ſeptentrionalis, vel meridionalis, vel planè nullius latitudinis referuntur. Reſpectu denique totius octaui cęli & æqui-

Cæleſtium orbium vulgata diſtributio. *Planetarum circuitus.*

Digitized by Google

& æquinoctialis circuli, vel declinationis Boreæ vel Austrinæ. Sed sunt in omnibus circulis auges vel absides, apogæa & perigæa, & lõgitudines mediæ, quibus planetæ vel propiores terræ, vel ab eadem remotiores ascensu, descensuq; definiantur. Omnium verò talis ad Solem habitudo conspicitur in Epicyclis, vt 3. superiores quidem ♄ ♃ ♂ circa directiones medias, id est cõiuncti Soli sint in auge circuli parui, circa retrogradationes medias siue in ☍ ☉ in perigæo. circa quadraturas ad Solem in longitudinibus mediis. Recedentes autem à ☌ ☉ ad ☍ descendant, à coniunctione verò ☉ ad oppositionem procedentes ascendant. Contra inferiores Sole ♀ & ☿ cùm discedentes à Sole fiunt orientales, id est in ortu matutino ascendunt in Epicyclis; cùm descendentes à ☉ fiunt occidentales, vel oriuntur, vespertino descendunt. In ☌ ☉ verò circa retrogressus medios, & postquam fuerint occidentales, fiunt in perigęo. Particulatim verò & motus specie, & certa periodi ratione ad ipsum ☉, variat à Planetis cæteris epicyclus ☽: nam cùm celerrima est vt 15. gradus 10. minuta penè conficiat, in perigęo est; cùm tardissima, vt ferè 11. graduum 28. min. in auge versatur, motu crescente descendit, accrescente descendit. Similiter in Eccentrico ☽ absis vel apogæum tempore nouilunij vel ☌ cum ☽ sub Sole statuitur, crescente quadratura sub eodem Sole in opposito ☽. In plenilunio cum ☽ in ☍ ☉ decrescente quadratura iterum sub ☉ in ☍ ☽. Mouentur auges eccentrici planetis superioribus alia ratione peculiari atque hodie absis ♄ ferè in ♐ 28. gradu. ♃ in ♎ 6. ♂ in ♌ 27 $\frac{1}{2}$ ☉ in ♋ 6. ♀ in 15 $\frac{1}{2}$ ♊ ☿ in ♏ 28. $\frac{1}{2}$. Sed istæc fusius in opusculis mathematicis. Motus octauo cælo triplex antiquitus assignatur: Primò in longitudinem versus ortum, cuius reuolutio secũdum Thebith absurdam opinionem, à nostri præteritiq; sæculi obseruatis maximè aberrantem annis perficitur 49000. Et hæc eidem vt propria designatur, cui sit adiuncta & trepidationis altera, cuius ambitus annis 7000. peragretur à cælo decimo proficiscens. Sed omnium euidentissima tertia, quam diurnam vocant 24. horarum spatio ab ortu occasum versus virtute primi mobilis, aduersos secum planetarum omnium impetus rapiens, vt ipsa cælestis regio allapsu continuo secum & partem ætheream raptat, & sublunarem.

Apogæa & Perigæa & longit. mediæ.

Epicyclorũ omnium conuersio ad Solem vnicũ velut amussim referenda.

Conuersio ☽ in Epicyclo.

In eccentrico.

Conuersiones octaui cæli.

1

2

3

Sed obseruatis multo conformior est illa diuini Copernici ratio, etsi per inuersas penè hypotheses sit instituta. Quarum cõmoditas sane doctissimè tum ab Erasmo Rhemoldo & Ioachimo Rhetico, tum à Ioanne Stadio satis est explicata. Nos olim succinctè admodum ita cecinimus.

Reuolutio mũdi iuxta Copernicum.

Digitized by Google

SPHÆRA REVOLVTIONVM D. N. COPERNICI.

Alma Dei mundo cùm Mens infusa cæleret,
Multiplicesque vago volueret orbe vices:
Creditur ingentis medio suspensa theatri
Terra diu stabilem continuisse globum:
Creditur & Titan circum titaniaque astra
Naturæ stratas legibus isse vias:
Nunc tellus ô Phœbe tuo se credere cælo,
Et currus & equos ausa subire tuos:
Audet quas verita est quondam Phaetontis habenas
Supplicium casu mox habitura pari.
Implicat hanc Lunæ mediam concentricus orbis
Ingenij, & motus lubricitate sequax.
Altius incedunt, Saturnus, Iuppiter, & Mars:
Mercurius, Venus his inferiora tenent.
Stellarum vlterior regio consueta moueri,
Mobilibus stabili nunc face signat iter.
Sors eadem Soli, sed terrarum hospita sedes

Annuit,

Annuit, & solitus non placet ille labor.
Prouehimur circum, nobis ea signa recedunt,
Vt littus pronæ quam velut vnda rati.
Vnde nec ad cæli motus elementa trahuntur
Amplius, at terræ nutibus astra meant.
O versas rerum facies, ô tempora vulgus
Clamitat, & ratio quæ sit habenda rogat.
Quæ ratio? nisi iustitiæ quod legibus olim
Fortunam, & mores composuere suos.
Nunc legem in mores contra, & sua crimina torquent,
Fitque nouo sæclo, vultus in orbe nouus.

Sed hæc oblectamenti magis, quàm proficiundi instituti gratia spinosis artis nostræ principiis inseruntur.

Censet autem Copernicus reuolutionem fixorum syderum perfici annis Ægyptiis 25816. si motus illorũ medius exigatur. Adiungit huic doctè mutationem obliquitatis eclipticę, absoluendam penitus annis 3434. quæ omnis cum quadam libratione transigitur. Postremò cõnectit huic tertium motum, motusque periodum, qua Eccentrotis Solis, vel centrũ Eccentrici reuolutionem perficit, æquali prorsus velocitate, atque illa mutatio obliquitatis eclipticæ compleatur. Stupenda sanè, & ordinata maximè cælestis vbique circumferentiæ Symmetria.

Reuolutiones octaui cæli iuxta Copernicum.
1
2
3

Nec præterire silentio possim, quòd vel in sola Eccentricitatis reuolutione, tanquam in fortunæ communioris orbita, regnorum, & rerum publicarũ maximę vicissitudines depingãtur. Insignes etenim Monarchias semper cœpisse vidimus cùm centrũ Eccentrici in aliquo fuit insigni istius parui circuli loco: cùm enim maxima foret Eccentricitas Solis, Romanũ imperiũ ad Monarchiã declinauit. Et quemadmodũ illa decreuit; ita quoque & hoc velut consenescens defecit paulatim, & expirauit. Cùm peruenisset ad longitudinẽ mediã quadrante circuli differentẽ, cœpit primum lex Mahometica, & velocissimè pro motus adaucti proportione succreuit. Fortasse & in annis centum cùm minima futura sit Eccentrotis suę quoque progressionis terminum habitura. Centro denique eccentrici ad alterum mediocrem terminum perueniente, speramus aduentum Domini nostri IESV CHRISTI, nam & hoc loco circa mundi initia fuisse à Ioachimo Rhetico perhibetur, quod & Heliæ vaticiniis non admodum est alienum.



Eccentricitatis reuolutio cũ mundi Monarchiis & rerum conuersione penè consentiens.

Romanum imperium.

Turcarum imperium.

Turrica Monarchia declinatio.

Christi Aduẽtus prope verum.

Superstitiosa magis est illa Tritemij ratio de mundi gubernatoribus septem, quas Secundeas siue diuinas intelligentias nominat. Quarum succes-

Tritemij superstitiosa ratio de conuersionibus mũdi per Secundeas.

sione continua humanæ vitæ historiam vniuersam ita distribuit, vt mundi ætates septem, cum Planetarum septem ingeniis & angelorum ministeriis exactè consensisse hactenus videantur. Est autem partitio istiusmodi.

Saturni.	Angelus.	Orifiel.

Cœpit gubernatio illius anno mũdi primo, 15. mẽsis Martij: durauit annis 354. menses 4. Quod quidem durationis tempus & in cæteris est obseruandum.

Secundus.	Veneris.	Anael.

cœpit anno mundi 354.

3	Iouis.	Zachariel.
4	Mercurij.	Raphael.
5	Martis.	Samuel.
6	Lunæ.	Gabriel.
7	Solis.	Michael.

Ab his deinceps eandem circuitus speciem circumducit, sed quantum naturæ vel veritati consonam, ipsius viderit. Nostram ætatem cõstituit idem versari in ordine 19. sub Gabriele spiritu Lunæ, cuius auspicium rursus ab anno mundi 6732. mensis Iunij die quarto. Ab anno Christianorum 1525. duratque ad annos mundi 7086. vel natiuitatis Dominicę 1879. Vbi demum ad Solem & angelorum principem reditum fieri arbitratur.

Coniunctiones magnæ ♄ ♃ ♂

Maior profecto ex vno magnarum (vt dixi) coniunctionum circulo vis est, vt in illa ♄ ♃ ♂, & ferè Planetarum omniũ circa ♈ initium quod inter ignea *Exemplum anni 1563.* ♂ῳδεκατημόρια nominatur anno Domini 1563. sub finem Augusti, sed magis anno sequenti mẽsibus Iunio, Iulioque. Quàm portentosos septem errãtium coitus, continuasque Lunæ defluxiones à ☌ vnius ad ☌ alterius, quàm admirandæ rerum ciuilium & priuatarum passim metamorphoses sunt subsecutę? Nos olim hæc præsagiuimus quidem, in vulgum sparsis Ephemeridibus, magis tamen præsentis circa materiem affectionis intuitu moniti, quàm cæli tabula, quæ nó tam vt caussa proxima, quàm signũ vniuersale meritò censeatur.

Conuersiones Aetherea regionis. Aetheris regio qua sit.

Sphærarum cælestium peripheriam motus similiter circularis regionis ætheteæ comitatur, quam nos non procul ab orbe Lunæ, vel in eodem penitus, suprà elementorum minus coalitam speciem collocauimus, vt sit natura medium inter concretum firmiter & oppidò dissolutum. Sed neque istius sunt vlli conspicui tractus, nisi quantum vel à cometis rarius, vel certis ventorum lineis. Nam vti ætherea regio inter cælestem & corruptibilem partẽ materiæ vim ancipitem trahit, ita & cometæ sydus inter stellarum corpora, & mixtum ex sublunaribus elementis, proinde & motus eiusdem nonnihil ad ataxiam,

Ventorũ circuitus ex aetherea regione per siderea occultas distributi Planetarum motui in epicyclo subiacentes.

nonnihil accedit ad ordinis rationem, vt multis annorum curriculis est obseruatum. Vide Appianum, & Patrem in Astrolabo Catholico, & virum doctissimum Ant. Mizaldum in libro Cometographias. quàm pulchra verò est illa ventorum conuersio, quæ motum planetæ gubernatoris potissimum sequitur in Epicyclo. Etsi hanc rationem Ptolemæus, quod sciam, apertè minimè tradit.

Digitized by Google

tradit. Nos fusius singula, simulatque de his tractandi sese ex professo dabit occasio. Constat autem istorum flatuum directos ab ortu versus occasum & Aquilonem velut alternata statione circuitus fieri. Sunt & cõuersiones subinde retrogradæ ab Austro, Euroaphricũ versus, & hinc per Eurũ & Hellesponticum in Aquilonẽ, Circium, Zephyrum ac Lybonothum. vnde & primarum qualitatum in sibi substrato aëre pulchrè ad salutem viuentium vicissitudines fiunt. Generalis quidem & annua virtute Solis, per anni tempora 4. Ver, Æstatem, Autumnum, Hyemem; quorum Æstas & Hyems, qualitatum omnium rationem extremam in se complectuntur, Ver & Autumnus ad rationẽ mediam spectant, quæ vel sit æquabilis plurium temperamẽto, vel inæqualis, propter pugnantes in mixtione plurium vultus ad vnitatẽ exactam minimè congruentes. Vnde & Autumnus morborum fertilior vel duplici nomine recensetur: Primò propter cõgressus speciem in qualitatibus primis. deinde & propter mutationis ordinem; qui, contrà quàm vernis temporibus solet, à circumferentia magis ad centrum corporis, calori æstiuo superueniente hyberno paulatim frigore, statuatur. Est & mutatio generalis à Lunæ periodis altera; quam sanè & menstruam nomines licet, & per quadrantes dirimas, vt in eiusdẽ motibus factum est suprà. Nam decrescente Luna, lumen minuitur quo ad aspectum nostrum, augetur tamen & lumen & virtus quo ad Lunam ipsam: vnde robustior est Solis actio in Lunam, & Lunæ in terras, etsi reflexionis anguli tũ sint minores ex Luna in terram, eo quòd conuersionis Lunæ ad Solem circa nouilunium semper sit angulus maior. Vnde cùm actio omnis vel passio per mutuò sibi occurrentes angulos fiat, præsertim ex ea agentis corporis parte, quæ à principio suo sit illustrata, habebunt se quoque similiter & motus gemini in rerum corporibus subditarum, præsertim stirpium & animantium. Nam cùm anguli reflexionis coguntur, cuncta ab exterioribus introrsum fluctuant magis, fiuntq́; robustiora singula, quod in hybernis temporibus ex nobis innato calido liquet. Cùm anguli disperguntur, fit magis oppositus motus, eneruanturq́ue vires, quare & per accessus ☽ ad ☉ Lunæ influxus est vehementior, per digressus autem imbecillior multo. Nam & aqua se magis effundit sub plenilunium, sanguis animantum inundat latiùs, medulla ossium arborumq́ue versus extrema propagatur; qualem tamẽ vibrationem necessitate quadam, & languor ilico & agentis roboris diminutio comitatur, quod simul in mundi rebus quibuslibet est manifestum. Rursus per accessum ☽ ad ☉ vel ☉ conuersionem à tropico ♉ ad tropicum ♋ fit quidam conceptus virium. Per oppositos verò recessus vtriusque fit partus eorum quæ sunt antè concepta. vnde & ratio patet, cur tempus plantandi, serendiq́ue sub decrementa ☽ magis sit opportunum, quia nimirum conceptus plantarum respondet conceptui ☽, & partus partui. Deinde quia robustiora sunt omnia, & vegetiora coacto calido cum humoribus atque spiritibus versus penetralia, quàm vbi diffusa, vel exhausta propemodum expirarint. Nam licèt semina magis intumeant sub plenilunium, non fit idipsum adaucta substantia per accessionem alterius,

Vicissitudinum orbis sublunaris caussa generales.

1 *A Sole.*

Vicissitudines temporum anni.

Aestas.

Hyems.

Ver.

Autumnus.

Cur autumnus morborum fertilior vere.

2 *A Luna.*

Obserua vsum immẽsum huius consyderationis.

Angulorum vis in radiatione stellarum.

Conceptus virium.

Partus.

Tempus plãtandis serendisque stirpibus maximè opportunum.

Sationes sub plenilunia cur intẽpestiua magis quàm sub decrescentẽ quadraturam ☽.

Digitized by Google

sed explicata potius per rarefactionem quampiam, quæ citò quidem, & violenti impetu fertur in subiectum patiens, sed propter agentis extremam dissolutionem, qua simul & se consumit, & ab aduersa rei passibilis actione conteritur, celerrimè exoleſcit. Itaque per decreſcentem quadraturam, quia virtus seminalis est robustissima, atque in præcordiis viget, tuto interea semen cómissum terris putreſcit atque corrúpitur, extima sui circúferentia scilicet, qua sese misceat virtuti terræ cæliúque, vt per hanc vnioné postea vita influat, sub idem tẽpus quo ☽ congreſſa Soli, nouas incipiat soboles parturire. Patet vsus eiusdé vberrimus in arte Medica, quod post ☌ ☍ ☉ cómodiores fermè sint venę sectiones, purgationes per vrinam atq; sudorem, & quæcunque à centro corporis, ad eiusdem circumferentiam ducunt, propter motus Lunaris analogiá: Contrà digrediente Luna ab oppoſito Solis, magis & vomitus fołent succedere, & alui purgatio, si modò & ægri vires, morbi tẽpus, & vtriuſque natura vniuerſa consentiat: nec interim obſint congreſſus malefici, vel irradiantium ſyderum loca. Nec dubium quin & Planetæ vel ſtellæ cæteræ pari prorſus ratione ad Solem collatæ, vel ad Eclipticam, vires vbique particulares conferant, vnde in rebus naturæ arcana plurima colligantur, præſertim quæ in dierum Criticorum ambiguo lapſu, in excitandis tempeſtatibus cæli, & popularibus morbis, in adhibendis humano corpori ſalubribus medicamentis exigi conſueuerunt. Inter mutationum communiſſimas cauſſas cælorum influxibus oriundas, præter annuam menſtruamque periodum, orbis octaui diurna conuerſio recenſetur. Quam ſi ſimiliter diuidas in quadrantes quatuor, pro humorum vel elementorum diſtributione medica, licebit primum diei quadrantem à Solis occaſu, vt pituitæ tribuas; ſecundum à media nocte, ſanguini: flauæ bili tertium à Solis exortu æquinoctio hora nimirum ſexta vſque ad meridiem, à qua reliquus quadrans humori melancholico optimè correſpondet, præſertim ſi vel effectus ipſos examines, & humanorum corporum inclinationẽ, vel eam quæ in vino eſt muſti, floris, meri, & fęcis mutuam conſequẽtiam, cum illa humorum generatione, ſucceſſuſque ordinibus optimè congruentem. Præter mutationum circulos generales ſunt minus communes alij, quæ tum à ſtellis erraticis fixiſque ſyderibus, tum à ſubiectæ materiei cõditionibus proficiſcũtur. Hinc præter conſtitutiones annuas, à Solis acceſſu receſſuque legitimè definitas, morbi interdum & tempeſtates illegitimæ fiunt, Animantium corpora, & animorum motus, præter temperiem inſitam à natura, interdum ad ſanguinis indolem lætam, interdum ad pituitæ tarditatem, vel furorem bilis propius inclinantur. Hæc autẽ ita ferè naturę conſenſu mutuo comparantur, vti quandoque à cæli vel aëris *δυσκρασία*, niſi obſtet rationis liberę vis, turbẽtur hominũ mores, & ad affectiones varias inclinentur. Contrà propter improbitatem hominum, & appetitus inordinatos, corrumpi cenſeant ſubinde & aëris ſtatum, accedente ſæpius cælestium corporum iniquo vel portentoſo quodam conciliabulo: iuxta illud verbum diuinum, quod, niſi maturè reſipuerimus, & cęlum æneum, & terram ferream minitatur. Quibus illud adiungitur, quòd alienis dabit

Obſeruationes periodi Lunaris in arte & negotio Medico ſummę neceſſariæ.

Motus ad circumferentiam. Motus ad corporis centrum.

Dies Critici.

Tempeſtatum et Epidemiarũ morborum præſagia. Medicaminũ delectus.

3 Generalis vicißitudinum ratio à motu octaui Cœli.

Dierum quadrantes humoribus ſingulis diſtributi.

Ratio.

1
2
4

Vicißitudinum ratio minus communis à periodo planetarum & materiei conditione.

Morbi & tẽpeſtates illegitimæ.

Mundi ὕστερα, ἐσχατιαὶ.

Elementorũ perturbatio ſæpè propter peccata hominum.

Digitized by Google

dabit in prædam & fructus terræ,& liberos ſimul & coniuges,mittetque prophetas falſos,qui cuncta conuertant in tenebras, lucemque diuinam adulterent,qua tamen ſola totius humanæ fœlicitatis cardo verſatur.

Vt autem in elementis ſublunaribus euidẽtiorem circulum contẽplemur; & loci paſſim & temporis differẽtias obſeruare imprimis decet. quid tempus efficiat,per illos aſtrorum circuitus definitum ſatis oſtendi. Omnia ſuum (vt inquit Sapiens) tempus habent: ſurgunt humilia tempore, & eodem potentia ſede turbantur: tempus ærumnas & ægritudines lenit,tempus voluptatũ omnium ſaturos facit,tempus concreta fundit,& diſſoluta componit. Feræ ſyluęſtres tempore cicurantur, & contrà manſueti ſucceſſu temporis efferantur. Eiuſdem vertigine & quæ ſunt vetera faſtidimus,& quæ inſolita,primoque in limine terribilia,per conſuetudinem inoleſcunt. Poſtremò quęcunque nec viribus corporum,nec vlla virtute animorum confici poſſunt, ceu lapis à ſtillicidio,per flexum vnius temporis hauriuntur,quod bellè per illas equinæ caudæ paulatim euulſas ſetas Plutarchus in vita Sartorij demõſtrauit; vnde & tranſigendis bonis vel malis ſummis æqua ratione deſeruit. Locum ferè tripliciter obſeruamus; vel enim reſpectu longitudinis vniuerſi, ab ortu verſus occaſum ſcilicet ſupputando in æquatore,& circulis parallelis,vel reſpectu latitudinis in meridiana linea, vel denique altitudinis ratione per ſinuum ductus atque diſtantiam ab orbe ſuperiore quolibet deſignãdam. Præcipuè verò ex latitudine & altitudine loci,quo mouẽs vel mobile cõtinetur,qualitatũ primarũ intenſio remiſſioq; perficitur. Nã teſte Alberto,locus naturalis habet virtutes ingenitas ſibi,vt formas imprimat in materiẽ ſimpliciũ corporũ. Vnde & elementorum ſenſibiles formæ cal.frig.humidũ,ſiccum,& earundẽ internæ minuſque conſpicuæ rationes,ex ipſa vel Solis,vel alterutrius poli diſtantia maximè germinarunt. Sit itaque intra polares circulos ipſius opaci præcipua ſedes,& frigoris. Intra tropicos, caloris omnis,& lucis; In ortu materiei quędã inęqualibitas vigeat vna cum ſiccitate. æquabilitas cum humore in occaſu maximè: ſimiliter in infima aëris regione cunctorũ proportio,& tẽperamentũ inæquale,minoris inæqualitatis in ſumma,exactè æqualis in media naturæ curſu legitimo collocetur,etſi in ſingulis propter multiplicẽ nimis periſtaſis rationẽ, diuerſæ tum qualitates,tum qualitatũ orbiculares viciſſitudines oriãtur. Saltem ab illo primum infuſo genio loci motus elementorum alterni, & conuerſiones mutuæ fient,ſic vt per gelu Scythicum fiat perpetua quædam cõuerſio ignis in aërem, aëris in aquam, & huius in terram. Contrà tellus in aquã ſoluitur circa nimis irriguos lacus, aqua per Solis æſtum præſertim in Zona torrida rareſcit in aërẽ, aër in fumi vel halitus ignei ſpeciẽ exhauritur. Quod etiã vna in regione,vel climate propter diuerſas aëris plagas, ſatis eſt manifeſtũ. Nam & in ipſa terra caloris impetu elementũ aquę ſpumeſcens amplius in oleoſam ſubſtantiã vertitur. Hæc in ignẽ,& aërem ſimiliter,aër in terræ poris propter antiperiſtaſim frigidi cõdenſatur: à qua deinceps ſi ignis eſt expers, in aquã guttatim colligitur;ſi calor euincit,in flammã perruptis obſtaculis animatur. Idẽ & ſupra terrã in me-

Temporis magna.

Loci vis.

Opaci ſedes.

Perſpicui ſedes.

Aequabilitatis & aſperitatis ſedes.

Infuſum Genius loci elementorum conuersas tranſmutationes efficit.

Digitized by Google

in meteoris omnibus obseruabis, quæ cuncta describere nobis est superuacaneum: vt & illa quæ de fluxu maris atque refluxu, de inundatione Nili & aliorum fluminum referuntur. Sed pulchrè de Nilo Heliodorus, secundo suæ historię Æthiopicę libro, vbi primùm vapores ex aqua sursum recipi docet, inde collectas nubes paulatim à Septentrione ad Austrum per Ethesias duci, adeoque densari inter anfractuosas montium Lunæ conualles, vt rursus in pluuiam resolutæ, fæcundam & salutarem sitientibus terris æstate media, aquarum proluuiem ferant. Plura de illo apud Lucanum atque Geographos vide.

Fluxus & refluxus maris. Nili inundatio.

Sed nunc omissis & cæli & ætheris & elementorum concatenatis circuitibus, ad rerum perfectè mixtarum, ab iisdem quoque pēdentem circulū, transeamus. Quid autem præclarius illo regis Ecclesiastis oraculo, Generatio præterit, generatio aduenit, terra autem in æternum stat? Vbi per terrā, materiem fortassis intelligit, quæ semper est eadem, iuxta suscipiendi potētiam infinita. Quid est (inquit) quod fuit? ipsum quod futurum est. quid est quod factū est? ipsum quod faciendum. Huc sanè crediderim ego sub Metempsychoseos, vel Palingeneseos allegoria respexisse Platonem, Mercurium, Plotinum atque Pythagoram.

Transitio ad conuersiones rerum perfectè mixtarū in mundo Maiore & Minore.

Palingeneseos Pythagorica et Metempsychoseos allegoria.

Quos omnes, vbi mille rotam voluere per annos,
Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno,
Scilicet immemores supra vt conuexa reuisant
Rursus, & incipiant in corpora velle reuerti.

Atque ille qui rectè viuendi curriculum à natura datum confecerit, ad illud astrum cum quo aptus fuerit reuertetur. Qui autē intemperatè vixerit, eum secundus ortus, in figuram muliebrem trāsferet; & si ne tum vitiorum fecerit finem, etiam in ferarum, & pecudum formas, iuxta semel indutam morum similitudinem transferetur. Hactenus ferè Plotinus & Cicero; quorum sententia eò fortassis alludit, vt Adrastiæ vel diuinarum legum signet ineuitabilē potestatem. quæcunque enim per vices alias atque alias traducuntur, non temere permutantur. Aget namque diuinitas omnis vt propria fert natura: fert autē natura secundum suam duntaxat essentiam: eius verò essentia pulchrum iustumque vna in suis actionibus explicat. Sed pulchritudo demum atque iustitia in meritorum retributione, in ordine cōstantissimo, à summis ad infima in rerum omnium admirabili prouidentia continentur.

Adrastia.

Sed vt à rerum minimarū metamorphosi paulatim rursus ad superna conscendamus, expende paulisper, colorū primo atque saporum seriem ipso transmutationis ductu in orbem continuum sæpe conuersam. Nam ex insipido austerò atque acerbo fit acidum, ex acido dulce, ex dulci paulatim acre, mox acidum rursus atque insipidum. Ex ligno candido per combustionem fit primo fuscus, hinc & nigerrimus color, ex nigro carbone fit rursus liuidior cinis, & hinc purissimus candor, vti præcipuè in ossium cineribus liquet. Idem in animalium pilis, in alimenti transmutatione comperies; vbi in chylum prius idem mutari didiceris, hunc in rubentem sanguinem, qui rursus albescens in car-

Alterationis circuli in coloribus, saporibus, &c.

Digitized by Google

in carnis aut lactis & seminis substantiam transformatur.

Sed generationis circuli in plantis & stirpibus ita sunt obuij, vt nulla expositione indigeant. Id tamen in illis mirari maximè soleo, quòd præter legitimas radicum, trunci, ramorum, germinum, foliorum, capreolorum, florum, seminum vices; ita senectus illorum iuuentuti nouæ, corruptioni generatio copuletur, vt quo tempore fructus deponunt vel folia, simul & futurorũ germinum rudimenta succrescant, totius vitæ & status rationem in se complexa, quæ sit per Solis conuersionem alteram proditura. Vnde pro constituti aëris norma ad primos hosce conceptus sæpe de anni sequentis fertilitate, in vnoquoque fruticum vel arborum genere præsagire consueui.

Generationis & corrupt. vicissitudines in plantis.

Fertilitatis præsagium certũ & arcanũ maximè ab authore sæpius obseruatũ.

Quid verò de hominis flexu vel cæterorum animalium in se reductis ætatibus dicam? nonne ab ortu crescentes postquam constiterimus, labimur denuo ad occasum properantes? fiuntque & viri iuuenes, & bis pueri senes.

Aetatis humanæ circulus.

Discurre per vniuersam priuati hominis sortem puerilibus sanè crepundiis consentaneam. Expende res corporis, animi atque fortunæ. Rectissimè sanè in arte Medica omnis morborum species, in ascensu, descensu, & conuersione versatur: in fluxu & astrictione vel affectione ex vtrisque composita in motu à centro extrorsum, vel introrsum à circumferentia, quibus medendi opposita ratio est, per motus oppositos scilicet, per additionem, subtractionem, vel astrictionem, relaxationem, attractionem, repulsionem.

Valetudo corporis quomodo in circulum agitetur.

Paucis & eleganter Hippocrates; Habitus Athletarum qui ad summum felicitatis attingunt maximè periculosi: neque enim possunt in eodem permanere, neque consistere, neque proficere in melius, restat igitur decidant in deterius, nisi habitum pleniorem, siue πληθώραν per purgationes, venæ sectionẽ aut aliam viam continuo soluant, vt corpus rursus nutriri incipiat. Eò spectat in rebus ciuilibus & Lacedęmonum Ostracismus, spectant & leges Lycurgi. De quibus præclara innumera in vitis Plutarchi leges.

Ostracismus decennalis.

Sicut autem in mundo maiore diuersarum partium trium cælestis æthereæ & sublunaris ita connexa circumferentia est, vt ad conuersionem orbis superioris, inferna conuersio quælibet gubernetur, motu tamen peculiari cõtra communem atque oppositum sæpius obnitente: Ita profectò & humanæ fabricæ membris sunt actionum quarundam communissimarum circuli, in partibus homogeneis, ratione qua similares existunt maximè apparentes: sunt & cuique proprij ex instrumenti specie figurarumque diuersitate conspicui. Totius autem circuitus ratio, per Amorem, vt dixi, in quadam attractione, & pulsione reciproca collocetur, vt verè Amorem vel eo nomine Magum rectissime veteres appellarint. Nam & illud præcipuum doctrinæ Magicæ caput, vt vnum ab alio, naturæ affinitate alliciatur, vel eiusdem dissimilitudine repellatur. Atqui in arte quauis, & facultatum genere quisquis eò vsque potuit peruenire, vt ex analogia agentium rerum, ad res passibiles, similiũ ad similes, contrariorum ad contrarias, naturalium operum rationem proximè visus est imitari antiquitus sanè ceu Magus & verè sapiens, seu potens incantamento,

Actionum naturalium circuli in humano corpore vel alterius animalis.

1 In similaribus

Amoris vis admiranda in rerũ circulis.

Magica scientia præcipuum fundamentum.

Magi reuera qui sint.

Digitized by Google

fascino, ac veneficio penè in Diuorum numerum referebatur. Fuerunt ex illis Zoroaster, Orpheus, Pindarus, Mercurius, Iamblicus, Plotinus, Appollonius, Tyaneus, aliaque sine nomine turba. Quemadmodum itaque in circumfusa mundi machina, connexis corporibus cuncta naturas mutuant inuicē & mutuantur, ex communi cognatione communis nascitur amor, ex amore simi-

2. In instrumentis officiosi circuli.

lium attractus, propulsio contrariorum: ita & in corporibus stomachus præparat hæpati chylum, chylus elaboratus in hæpate ac mezenterij venis nutrit vicissim stomachi substantiam. Lien nutritur ex hæpate per attractionē quandam, idemque hæpar expurgat à crassiore sanguine, & melancholico, licet mihi in eum vsum fabricatus minimè videatur, sed ventriculi causa. Vt enim stomachus lienem fouet, sustinet, irrigatque, ita & lien stomachum foci accumbentis ritu excalefacit, concoctionem simul à parte sinistra, attractionem & appetitum adauget. In cordis necessitudine pulmo aërem præparat, per asperæ arteriæ cannas, & per arteriam venalem, in sinistrum ventriculum cordis immittit. Cor vicissim ex vena caua dextero sui ventriculo attractum sanguinem elaborat, eundemque transmittit in magnam arteriam; partem & vitæ gratia in corpus vniuersum, partem verò per illi incumbentem arterialem venam, recompensandi officij nomine, distribuit in pulmones, vt ex

Hinc verè Arist. in Probl. vocam vniuersam hominis circuli appellabat.

eodem viuant, & nutriantur. Conuersiones vbique consimiles, in membris cæteris obseruabis, necnon in animæ facultatibus, atque spiritibus, præsertim si partes principes inuicem conferantur, vt cerebrum, cor, hepar, testes. quales verò in actionum, & facultatum naturalium motus circularis exiſtit, talem similiter & in affectionibus præter naturam intelligas licet; fluxus enim fluxionem prouocat; & vt à stomacho afficitur cerebrum, ita à cerebro venter: verùm de istis suo dicetur vberius loco.

Animorum circuitus, & affectionum humanarum seu mores, seu studia contemplatus.

Temperamentum corporis, teste Galeno, affectiones animi vt plurimùm comitantur, nisi grauissimè pugnes, diuinæ partis præsidio, aduersus concupiscentiam brutam; ita enim pro cæli vel aëris afflatu, animalium sensus afficitur, mutantur mores quandoque & studia, vnde ad poësim modò vel Musicam propendemus, hinc sæpè per naturalium rerum spectacula conscendentes, vel ad mathemata, vel metaphysica peruenimus, vnde relapsi denuò, velut ab intellectu ad rationem, à ratione ad sensibilia spectra deuoluimur; quod & in animi perturbati affectibus locum habet. Sed quia in nobis viget voluntatis quædam liberior vis, brutorum animas certè magis quàm

Brutorū anima fatali circumferentiæ magis subiecta.

nostras, huic fatali circumferentiæ subiici constat; vt ex Maronis carmine lib. Georgic. 1.

Haud equidem credo quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.
Verùm vbi tempestas, & cæli mobilis humor
Mutauere vias, & Iupiter humidus Austris
Denſat erant quæ rara modò, quæ denſa relaxat:
Vertuntur ſpecies animorum, & pectora motus

Nunc

Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt; hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.

Extrinſeci penitus ſunt rerum fortuitarum circuli, adeò tamen cum rebus corporum animorumque coniuncti, vt hi ab illis, vel illi iſtorum vjolentia ſæpius impellantur. Rara eſt imprimis Q. Metelli fælicitas à vitæ cunabulis per omnem illius curriculum, conſtans vſque ad ſupremum finem. Communior multò mutationum ſpecies in Samiorum tyranno Polycrate, Crœſo, & Dionyſio, quorum hiſtoriam compendiosè Valer. Max. refert: Caduca nimirùm, & nimis in lubrico poſita ſunt, quæ vires aut opes humanæ dicuntur, affluunt ſubitò (vt verbis eiuſdem loquar) repentè dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona, ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt, ſed incertiſſimo fortunæ flatu, huc atque illuc acta. Quos in ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Quod cùm perſpicerent priſci philoſophi, vt ſapientiſſimus Solon, dici beatos crediderunt, ante obitum nullos ſupremaque funera poſſe. Nam quotumquemque mortalium vel inter ſupremos & infimos putes, qui fortis fortunæ gyrum mirabilem, ſi vixerit diu, interdũ non experiatur? Quid aliud apud poëtas deſignat Ixionis rota? quid refluentes aquæ Tantali? ambeſum Promethei iecur & ſuc creſcens perpetim? quid qui congeſtis montibus conati cœlum reſcindere, fulmine deiecti fundo voluuntur in imo? qui ſaxũ voluunt ingens, radiisque rotarum deſtricti pendent? Cur adeò inter figmenta perſiſtiſtimus? in domum ſuam ſe quiſque recipiat, & vel fortunam priuatæ praxeos animaduertat: nónne vbique varietas ſumma, vel ex negotij ipſius inſtabili vultu, vel ex agentis animo, qui iuſtos tranſcendat limites rei, vel ex ſuſcipientis incerta fluctuatione, quæ citò præſentium fatur, captandis inhiat nouis aſſiduè, præteritorum oblita facilè, futurorum ſemper ignara, vix vnquam aurea rerum mediocritate contenta. Pulchrè igitur poëtarum princeps Eurip. πολλὰς, aiebat, ἂν τὰς μορφὰς τῶν δαιμονίων. quod ſusè Plautus: Nam in hominum ætate multa eueniunt iſtiuſmodi, Capiunt voluptates, mox rurſum miſerias: Iræ interueniunt, redeunt rurſus in gratiam. Verùm iræ ſi quæ fortè eueniunt huiuſmodi inter eos, rurſum ſi reuentum in gratiam eſt, bis tanto amici ſunt inter ſe quàm priùs. Atqui cùm tantam viderẽt rerum humanarum inconſtantiam, vt cuncta cunctis ferè in vita promiſcuè obuenirent, idcirco nunc deos cum homine tanquam pila ludere, nunc ſortes omnium, ceu iactu teſſeræ pendere ſunt arbitrati: imò de dijs poſtremò, Deumque prouidentia cœptum eſt dubitari. Nam ſi à caſu eueniant ſingula, prouidentiam tollas oportet; ſin prouidentiam ſtatuas, eidem ſæpe & iniuſtitiam copulabis, niſi omiſſis diſputationibus, mentem captiuam fidei reddas, & in vnius paſſim conſenſus antiquiſſimi inuiolabili auctoritate perſiſtas: alioqui certè in Epicuri opinionem ſublatis primis principiis transferemur, perluſtratoque rerum circuitu, & mundum cõceſſum diſputationibus noſtris, & vanos cũ Sapiente dicemus omnes

Rerum fortuitarum circuli.

Fortuna humana lubricitas.

Allegoria poëtica in connexionem rerum humanarum.

1 *Priuatæ praxeos vicissitudo, mutatur tribus ex causis maximè.*
2
3

Atheorum impia ratiocinatio ex euentibus verè.

Dilemma eorum qui prouidentiam tollunt.

Refugium in summa rationis fluctuantis angustia.

Vana omnis humana sapientia.

Digitized by Google

conatus hominum, etiam in ſapientia mundi vaniſſimâ vanitatẽ. Nam ex errore paulatim in opinionem, & hinc in veriorem ſcientiam trahimur. Scientes denique vbi nos cognouerimus, delapſi iterum nihil nos ſcire penitus intelligimus, ſtatuentes propemodum in non ſapiendo iucundiſſimam vitam, eumque felicem maximè rati, qui natus moriensque fefellit.

Fortuna circuli in rebus politicis familiis, regnis & ciuitatibus.

Eatur verò ab hominibus ſingulis ad collectionem plurium; ptimo quidem ad viros atque familias, inde ad ciuitates & regna, vel vſque ad abſolutiſſimâ monarchiam. Suis cuiq; iper vicem aſpirat genius bonus, ſua viciſſim ex inſolentia peſtis, & expurgandæ fæci ſalutare diluuium; modò per ignem & aquâ, modò per epidimicos morbos, per bella aut ſeditiones mutuas, ſic vt vix abſq; certamine pax læta perduret, vt & quietem externâ interna diſſidia comitentur, pacemque domeſticam hoſtes extranei foueant: Mundus denique vniuerſus, contentione non minus quàm amicitia viuat & gubernetur.

Diluuij mundani neceſſitas.

Magna igitur fit prouidentia Deûm, vt cùm ex vbertate nimia, nimis increuerit vel hominum genus, vel luxus & inſolentia, cõflictus ilico, & contentiones oriantur. Vnde mox ſumma annonæ caritas, & peſtilentia, quæ ſæpè tam crudeliter ſæuit, vt vniuerſam penè ditionem orbis inuadat. Cuiuſmodi duas ſub M. Antonio quondam viguiſſe commemorant quæ penè humano generi παγολεθρον minitari viderentur. Qualem & maiores noſtri referunt obtigiſſe anno CHRISTI 1450. vix vt mortaliũ tertia pars ſuperſtes euaſerit. Atqui concupiſcentiæ hominũ inſatiabili, terræque onuſtę liberis, & alumnis perditiſſimis quodnam potuit dari vel remediũ vel purgamentũ maius? Id ſi vnquã certè ex vſu fuit, nunc iſti ætati, qua nihil miſerius, prorſus eſt neceſſarium. Hac enim cauſſarum viciſſitudine, & mores & ſtudia, reſque omnes humanæ optimè permutantur, delapſa etenim ac quaſi neglecta vileſcunt omnia: at poſtquã attonitis iterum ſumma recepta eſt inſtauratio, creſcunt in pretio ſingula, rurſuſque ad ſuũ vigorẽ properant, aliquando denuo collapſura. Sed illæ fortunæ tam æſtuariæ vices Tyrannos proximè regeſque potiſſimũ vexant, & perſequuntur. Hoc enim habet potiſſimũ Tyrannorũ vita, vt quibus fidẽdum eſt metuant ſemper, fidantque quibus nihil eſt fidei probæ; vnde hinc immeritis irrogatæ iniuriæ, hinc indignis erogata beneficia, amicos ex hoſtibus, hoſtes ex ciuibus faciũt: & per ambitionẽ, crudelitatẽ, luxũ, auaritiã, turbatis ordinibus rerũ, raptim è faſtigio deturbãtur: tãdemq; ad vſitatũ peruenĩũt fabulę finẽ, veneno aut gladio, aut fatis miſerioribus occũbentes, iuxta Satyrici dictũ.

Vide Senecam in Thyeſt. qui pleni ſunt paſſim ſenſibus iſtiuſmodi.

Cauſſa viciſſitudinum maximarum in Tyrannide.

1
2
3

Ad generum Cereris ſine cæde, & vulnere pauci
Deſcendunt reges, & ſicca morte Tyranni.

Nemeſis violentia.

Videmus autem ex ipſa Nemeſis violentia, peruerſum populũ iniquis tandẽ à regibus caſtigari. Reges autẽ cùm vltra fas plebẽ diutius afflictarint, ab eadẽ denuo ſuccenſa in rabiem, & vita quandoq; & regni ſupremis viribus ſpoliari.

Impios nunquã diu exiſtere diu, neq; ſe ſentes ſemper afflicti poſſe.

Lege, te obſecro, Dauidis Hymnos pulcherrimos præſertim 17. 33. 37. 73. 94. potiſſimum verò 73. pſalmo quàm eleganter? Vtiq; bonus eſt Deus Iſraël iis qui mundo ſunt corde! Mei autẽ penè moti ſunt pedes &c. Hic primò faſtũ improborum,

Digitized by Google

proborum, & apparentem felicitatem verbis diſertis exprimit. Poſuerunt in cælum os ſuum &c. Deinde & animi ſui morſum, dum peccatorũ pacem contemplatur. Sed mox ab ipſa cataſtrophe rerum ſe conſolatur: vbi ſic ait: Certè in lubrico poſuiſti eos &c. Omnem verò humanæ viciſſitudinis circulum accuratiſſimè pinxit pſalmis 78. & 107. vbi Iudaica gens bonorũ ſatura Dei cùm obliuiſcitur, in omnem calamitatẽ protinus ruit; affligta diuinam opem rurſus implorat: qua conſecuta denuò cultum diuini numinis negligit, iterumq; percuſſa & ſanata, ſupplex & peruicax, à duris pœnitẽs, à proſperis inſoleſcens, æui præſentis imaginem optimè repræſentat. Nos ferè totius conuerſionis capita ita paucis complexi ſumus. *Genũ Iudaica mira viciſſitudines.* *Conuerſionis humana capita.*

Pauperies pacem dat, opes pax, copia luxum:
Sed luxus bellum, bellaque pauperiem.
Fons amor eſt odiis, vitæ mors, turba quietis:
Stant quæ deciderint, quæque ſtetere cadunt.
Et capti capiunt, & qui domuere domantur:
Fit victi ſupplex qui modò victor erat.
Rege fero fera plebs punitur, plebe tyranni,
Sic fatum alternas verſat in orbe vices.

Sed plura in hanc ſententiam libris diuinæ ſapientiæ, & paſſim in pſalmis Dauidicis leges: quorum omnium fructus is longè vberrimus recenſetur, vt vitam moreſque formemus, & in iſtis vtriuſque fortunæ ludibriis ſanare ęgrotum animum, amare proximũ vnumquemque, & vitam inter conciues agere ſocialem, res nimis caducas ſpernere, cunctis verò operibus Deum auctorem præponere conſueſcamus. non autem vt diſputemus, quemadmodũ de naturæ rebus philoſophis datum eſt; neq; vt mundũ trahamus in controuerſiã, quò plures reſpiciũt hac ætate; neq; vt ſcire dũtaxat inter mortales videamur, & obfirmatis animis contra maiorũ leges, & placita, feneſtram omni licentiæ, ſub libertatis euangelicæ titulo recludamus: Cuiuſmodi verè Theologia ſophiſtica hanc nobis chymeram peperit, cuius afflatu res omnes laborant, priuatæ & publicæ, peruerſiſque paſſim ordinibus rerum, in mundi antiquum Chaos iterum præcipitamur. *Fructus lectionis ſanè non in diſputatione ſutili, vel vitioſa ſcientia, ſed morum & vitæ formatione collocatur.*

Quare cùm hodie & ſumma deorſum maximè fluant, & inferna ſurſum repere, præter honeſti ſpeciẽ moliãtur: ea quoq; quæ ſupra naturã ſunt cõſtituta, gyrum conſimilẽ facere, diuinæ iuſtitiæ conſentaneũ fuit: aufertur enim & lumen mortalibus, & vnitatis robur, & per cõſequens omnis ferè hactenus conceſſa felicitas, iiſque confertur, qui vitã in luctu ſupplices diu, & in profunda merſi caligine viluerunt. Luſtrabis hic omnem hiſtoriã vniuerſi: æterna quidem eſt Monarchię ſpecies: ęternum ſanctę Religionis, & fidei regnum: æterna apud mortales Chriſti eccleſia; ſed tamen hæc ipſa propter materiæ ſuſceptricis ineptitudinem ſucceſſione temporis mutat & locum, tanquam per terræ ſegmenta demigrans, & ſubobſcuram cum noſtris moribus conuerſionis ſpeciem trahens. quod & in illo perpendes prauarum opinio- *Primus iſtius ætatis ſæculi ſons.* *Tranſlatio fidei religionis & Monarchiæ.* *Prauarum opinionum circuli in rebus fidei.*

Digitized by Google

num exortu, augmento, statu & declinatione, iuxta totius viciniæ in orbem continuum tractus, & seui contagij quandam versatilẽ vim cessante minimè, donec prophana cum sacris vndique, & summa cum infimis confusa, penitus in plenum circulum agitarit.

Mediocritatis laus.

Patet autem ex antedictis, quòd cum in omni conuersionis specie quoddam sit medium, & extrema duo: extremorum status, quia sit Tropicus, inprimis est periculosus; mediocritatis verò præ cunctis optabilis norma, & ad durationem oportuna securitas. Quò respexisse videtur illa quoque sapientis oratio, nec rerũ abundantiam, nec egestatem nimiam flagitans, sed quiddam medium virtuti atque prudentiæ copulatum. quanquam inter extremos hominum status, is semper procellis maioribus patet, qui ad sublimem maximè properarit; nam propter impellentes vndique flatus, & pedem ex ipso vestigio lubrico vacillantem ægrè consistunt, quin semel subrepti celerrimè deuoluantur. Facit idipsum vt vel in tempestatibus summis de patria mea, deq́ue natali solo constantissimè sperem: vbi cùm fortunarum omnium exacta sit mediocritas, & valde æquabilis inter ciuium animos affectionum moderatio: florere quàm diutissimè virtutem stabilem cum philosophia, & rerum prosperrimo statu est necessarium. Cui fauent imprimis, tum oportunitas loci, tum Magistratus summa prudentia, omni humanitate erga conciues & subditos temperata, qualem & nos experti iam sæpius sumus. Sed tanta est hodie extremorum violentia, vt & mediocrem hominum sortem velint nolíntve minus consistere patiatur. Quin vel se iungat alterutri, vel à communione bonorum, penitus excludatur. Cùm tamen subinde circa extrema sit quiddam laudabile quod amemus, & amplectamur; quiddam odibile, quod recta fugiat ratio, & execretur. Quòd si te iungas extremorum alteri, eiusdem fortassis & vitia prosequi iudicaberis; si verò te nulli addixeris, pro fungo te rursus inutili ducent: si verò vt inter Solem & ventum, medius arbiter quisquam conseruandi boni, mali profligandi gratia, quoquoq́ue te modo rationi accommodes vtriusque, iam verè vt perfidus loco beneficij summi, vtrobique pessimam inibis gratiam, vt ex præteritis casibus, præsentiq́ue historia subinde satis est manifestũ. Difficultatis ratio in distinctione medij vel neutrius potissimùm collocatur. Nam vt neutrum triplicitet dictum est, teste Galeno, Primùm quod neque huius, neque alterius. Secundò quod huius simul atque alterius. Tertiò, quod modo huius, modò alterius: ita sanè & medium; sed illa quidem exceptio tertia verè est perfidorum hominũ, qui nunc se illi, nunc alteri iungunt, ancipiti lingua, & animo atque operibus. Præclara omnimodo secunda ratio est, qua verè mediatores sunt & dicuntur.

Louanij laus.

Medij status interdum summè periculosus.

Distinctio medij & neutrius.

1 2 3 } *neutrum.*

Medium.

3

2

1

Prima quidem securos maximè, & fœlices homines præstat, quò ad priuatam speciem vitæ, sed minus emolumento publico oportunos. Hæc vt per figuras viuidiùs exprimantur, Ascensus totius semicirculum proponamus, in tria triplici ratione diuisum.

Comparatio Mathematica in distinctione medij vel neutrius.

Primò

Digitized by Google

1 Acceptio Medij.



Primo illorum, qui nulli se miscent iuxta acceptionem primam: iis enim hæc medij ratio velut in indiuisibili posita est, extrema quadrantes occuparunt. 1

2 Acceptio Medij.

Secunda figura ad mediatores maximè referenda, secundæque acceptioni competens, extremis & medio sextantes æquales totius circuli consignabit. Sed perfidorum tertia extremum vnumquodque in indiuisibili locans, vagari promiscuè medium facit per totá circumferentiam. Vnde sicut adulatorem ab amico, sophistam à philosopho; ita ægerrimè vulgus mediatorem à perfido separabit. Quod eò prolixiùs retuli, vt in ferendis iudiciis de proximo quouis non temerè peruertamur, cùm in his ipsis totius quandoque reipublicæ salus, & metamorphoseos cardo versetur. 2 3 *Mediatores à perfidis aegrè vulgari iudicio separari.*

3 Acceptio Medij.



Sed cùm tanta sit mediocritatis laus, non est quod terruisse nos quempiam ab ipso ascensu, vel rerum fastigio putes. Imò in omni bonorum genere miranda sunt quæque sublimia maximè, & abiectissima minimè negligenda; quin quo quisque euectior, tanto & prodesse pluribus potest, & si profuerit, virtutem magis virtutisque præmia in conspicuo gerit. Sed sunt in singulis gradibus supremis, infimis, mediis, priores rursus & posteriores alij: sunt & agendi & patiendi conditiones mediæ vel extremæ. Sua seruabitur cunctis æqualitas, atque perfectio, si semet norint, & quod suum est facere meditétur, id est, si quæque inferna superioribus obsecundent, superiora vicissim subditis imperare, pluribus benefacere, media medio quodam se modo gerere erga rempublicá discant: Ita qui vel præcipiti loco sunt constituti, virtute sua constanti rationem quoque fortunę stabilem retinebunt. Aut si id minimè possit, fortunam instabilem arte sic corrigét, vt & quæ præter spem eueniunt, omnia summo consilio geri, & prouidentia penitus videantur. Quod in Principibus nostris, & illustrissimis viris, in huius inferioris Germanię triplici statu pluspuá heroico, perturbatissimis hisce temporibus annorũ 1566. & 67. & 68. abundè est demonstratum. Eorum catalogum, ne nimis videar cum assentatione digressus, in præsentiarum prætermittam. *Etiam in Extremis statibus sua est media & mediocritatis laus, quæ in officij aequabilitate sine iustitia collocetur.* *Laus principatus & triplicis status inferioris Germaniæ.*

EXEM-

CAPVT IX.

EXEMPLARIS METHODI RATIONEM PER *cauſſas 4. ex antecedente demonſtratione concludit.*

Cauſſarum triplex conſideratio in rerum conuerſionibus contemplandis.
1
2
3

EA QVÆ de rerum circulis ſuſcepta eſt inſtitutio cauſſarum 4. exigit triplicem rationem. Primò, quæ ſint cauſſæ totius vniuerſi: Secundò, quales in ſingulis cauſſis, ipſóque compoſito conuerſionum circuli fiant: Tertiò, quæ ſint conuerſionum omnium cauſſæ. Satis quidem ſuperque prioribus datum eſt: ſupereſt tertia, quam ſic abſoluimus paucis, vt exemplaris Methodi tandem breuiſſimum typum pro elementis catholicæ Methodi & abſoluta doctrina ordinum habeamus.

Conuerſionis efficiens cauſſa. Conuerſionis prima efficiens cauſſa eſt Deus, cuius miniſtrum Amorẽ fecimus; particulares in ſphæris ſingulis ſunt angeli, animæ, dæmones boni malique, quorum ordo, & numerus infinitus.

Materies. Materies circa quam fiunt verſatiles motus, membra ſunt vniuerſi, tam ſimilaria quàm inſtrumentaria, vel ipſa membrorum, & ſingularum partium cauſſæ atque principia prima, vt hactenus demonſtraui.

Forma. Forma omnis aſcenſu, deſcenſu, alternataque reciprocatione perficitur.

Finis. Cauſſa finalis eſt mundi vita, integritas plurium, atque reductio in vnitatẽ. vbi illud Maronis minimè præteribo (quem conſtat & artis iſtius ceu ſumma capita præuidiſſe)

Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem,
Si non tanta quies iret, frigusque, caloremque
Inter, & exciperet cæli indulgentia terras.

Cauſſarum particularis exageſis in conuerſionibus mundi.
1 *In cæleſtibus.*

Quod ſi membratim magis in partibus ſingulis, vel præcipuis vniuerſi, ſpectare libeat plenam circuitus rationem; primo intellectus aciem ad cæleſtia dirigamus. Has enim ob cauſſas nata ſunt aſtra, vt inquit Cicero, quæ per cælum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali reuocatione conuerterent, vt hoc
" omne animal quod videmus, eſſet illi animali, quod ſentimus, ad æternitatis
" imitationem ſimillimum. Veriſſimè noſter ſtatuit Plato lib. de regno, cælum ex amoris ingeniti quadá affectione moueri. Anima enim cæli tota ſimul eſt in quibuſlibet cæli punctis. Ergo vnius anima cæli fruendæ alterius cupida in orbem celerrimè curtit, molem ſibi commiſſam vna conuertens, vt totæ totis mutuo perfruantur, vt tota ſit ſimul, vbique, quoad pleniſſimè fieri poteſt. Nam ſi quieſcant, particulæ ſingulæ duntaxat ſingulas tangent, non quæliber cunctas, vnde & currendo aſſequitur, quod quieſcendo minimè poſſit. Quin vnitate ſuarum partium cuncta ſeruatur: diſperſione pulchritudo, & multiplicitas propagatur, vnitatem per attactus mutuos efficit amor, multiplicitatem æterna reductio. quod & in humoribus corporum & mundi elementis conſpici datur; quorum concordia, vt ait Empedocles, mundus & corpus hoc noſtrum conſtat, diſcordia diſſipatur. Atqui ex cõcordia quod pridem eſt genitum,

Cur cæli conuertantur aſſidue.

Digitized by Google

nitum,eadem viuit & conſeruatur.Ex pacis autem & pugnę viciſſitudine corrumpitur vnum, regignitur aliud, ſitque formarum continua multiplicatio. Conſtat itaque euidentiſſimè multiplicitatem & vnitatem mundanę reuolutionis eſſe velut præcipuos ſcopos. *Pacis & pugnæ neceſſitas in rebus omnibus. Concluſio.*

In rebus infernis ob tres potiſſimum cauſſas aſcenſus, deſcenſus,atque circuitus fiunt. 2 *In rebus æthereis & ſublunaribus plures viciſſitudinum rationes.*

Primò,ex ſuperiorum impulſu,ex viciſſitudine quadam ſeminalium rationum,quæ in natura,& imaginatione coniuncta naturæ peragitur,motu interim cæleſti ad idem aſſiduè conferente. 1 *Ex impulſu ſuperiore.*

Secundò,ex inſtabilitate materiæ & eidem ad formas continuo nouas ingenito appetitu,qualis ferè in rudibus primum & pueris eluceſcit; etſi eundè & in amore muliebri ſæpè & in amicitiis regum vel principum experimur; vt verè hæc omnia cum rotis vernis rectiſſimè cõparari,aut cum ſerenitate Martia poſſint. Ille appetitus ex alia naſcitur pulchri cuiuſdam anguſtioris idea, quam ipſi mortales vnicè inter προλήψεις cæteras impreſſam animis gerunt, nunquam tamẽ vel ſenſu,vel vlla perceptione corporis aſſequuntur:quin ipſa ne quidem hominis mente pulchrum id conſpici datum eſt,niſi planè ſic rebus corporeis abſtrahatur,vt Dei ſolius lumini adhæreſcat,mundumque intel ligat velut theatrum agendis comœdiis ac tragœdiis deſtinatum:vt quemadmodum in ſcenis atque pyrrichiis; ſimiliter & in vita contempletur, bella, & amicitias;voluptates & ærumnas;cædes,obitus, expugnationes vrbiũ, rapinas & prædas,tanquam omnia ſint tranſmutationes quędam,figurarumque vices alternæ,ficti quoque riſus & fletus,rixę & vlulatus.Etenim vt Plotinus memi- nit,in ſingulis vitæ actibus,non ipſa quæ intus eſt anima vel verus homo, ſed exterior hominis vmbra lamentatur & eiulat,cæteraque omnia in terris peragit,velut ampliori ſcena, in qua quidem multæ animarum vmbræ reſultant, multaque ſcenarum ædificatur vmbracula. Quin vt in theatris perſona quæ fingitur interfecta,mox figuram mutat, alteriuſque perſonam induens regreditur in ſcenam: ita & materies non emoritur, ſed perſonæ ſpeciem mutat. Et ſecundum Pythagoræos anima veſtem quoq; ſiue figuram corporis:quod fuit Virgilio, morti nõ eſſe locum; ſed viua volare ſyderis in numerum:ſed ſaniore ſenſu illa ſic accipierur opinio,vt in hominibus quidẽ rationalis anima, ceu forma princeps in formam tranſeat brutam affectus quadam ſimilitudine,ſed vitiorum purgamento in humanam ſpeciem referatur. In animãtibus cæteris verò,quorum principes formæ vna cum corporibus euaneſcũt, ἐστημψυχώσεις continuæ fiant, tum ratione communis Ideæ in ipſa circumfuſi cæli vertigine deliteſcentis;tum propter ſubiecti potentiam infinitam,quæ ſpeciei vel actus infinitudinem perpetuo reſpicit, formisque alternis per figurarũ alternos tranſitus atque mixturas per admirandos complexus ſyndromis accidentariæ,ſeu qualitatis viciſſitudines adhæreſcit:vnde viſi ſunt homines Epicureis tranſire in porcos,aſſores; gallos,vel eiuſdem ſpeciei homines numero differentes; vt Pythagoras in Euphorbum. Imò ſecundum materiem verè in *Ex inſtabilitate materiæ.*

Mundus velut theatrum humanæ fabulæ.

Vitam humanã figmento ſimilimam eſſe.

Digitized by Google

terram & aërem, aquã & ignẽ animalia resoluũtur; & hęc deinceps in segetes, stirpes & arbores: ex quibus rursum cibi potusque, & longa trãsmutationis serie animalia denuò germinascunt. Vnde Lucretius;

Sic tempestiuis ex imbribus humida tellus
Vertit se primùm in frondes & pabula læta,
In pecudes, vertunt pecudes in corpora nostra.

Vicissitudinis 3. ratio ex insolentia formæ.

Et quamuis hæc figurarũ circularis permutatio potissimũ ex materie proficiscatur; est tamẽ & sublunaribus formis sua non inefficax ratio, qua sese cõficiant mutuo, alternatisque præliis cadant & oriantur; cui illud è sacris cõsonat Eccles. 1. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Agitati spiritus orbẽ mox figurarũ materialiũ, & qualitatum formęq; essentialis cõuersio comitatur: etenim formæ cuiuis atq; spiritui rationẽ essentiæ triplicem assignamus, vt prima sit in se simplex & stabilis, deinde & mobilis altera: eademq; dupliciter rursus, vel recta versus exteriora, vel circularis siue reflexa in se ipsam. Hinc forma omnis à statu fertur ad motũ, vt duplici nomine suũ opificẽ æmuletur, per ipsam substantię scilicet & actionis quandã similitudinẽ. In motu cùm à se res alias contẽplatur, mox vel in inferiore vel superiore aliquo deprehendit imaginẽ sui: ex alterutriùs respectu reflectitur in seipsam, vbi tanquã ex speculo, sese cognoscẽs, vel, tanquã Narcissus aliquis, ex fonte illimi suãmet pulchritudinẽ admirata, cõfestim in φυλαυτίαν labitur. dein more Luciferi in sphærã generationis deuoluta, simul ab vnitate in multitudine fluit. Nam, quia se propagandi studio suprà præfixos materiæ limites velit extollere, hinc sanè diuulsa nimis, vel dissoluta, paulatim & robur amittit. Nam quæ consistunt, solùm vires in semetipsis vnitas, & quãtitate materiæ simul coactas retinent, vnde & se conseruãt quamdiutissimè: Contrà, quæ vires proferũt partim ob quantitatis exolutionẽ, partim quia ab obiectis vicissim agentibus atteruntur, dispersæ celeriùs elanguescunt: vt ægrè hoc nomine & sibi quis pariter viuere, & reipublicæ possit; simul & Christo seruire & corpori; simul & vitã præclarã & diuturnã degere; simul eãdem & factis insignibus, & priuatis cõmodis, vel fœdis voluptatibus mãcipi dare. Formarũ itaq; robur cùm exolescit, statim & illa quæ per vigorem formæ sustenta qualitas fuit, velut alis iam destituta deorsum fluit, donec princeps forma vel spiritus, reflexione denuò in seipsam facta, sciensque tum qualis sit hodie, tum qualis extiterit quondam, cognitione pariter sui ac pænitudine percellatur; & à delapsu rursus in ascensum properans, labem informem exuat, formosoq; exemplari suo quàm proximè referatur.

Formarũ ascensus atque delapsus.

Forma cùm vltra vires in actione contendit, in passibilitatem labitur.

Actus & potentiæ vicissitudo mutua.

Est itaque inter extrema mundi, quiddam perpetuũ infinitũ actu, Deus scilicet, quiddã potentia velut materies; quorum medio constituta per formã ex infinitudine susceptrici, actus infinitudinẽ contẽplantur. Hanc verò cùm æmulantur, in illã potentiæ meram infinitudinẽ lapsa fiunt diuisibilia maximè, & propter agendi studium inexplebile, successiua permutatione naturã rei passibilis assequũtur. Hinc desideriũ vitæ mors cõsequitur, corruptionẽ generatio, formam

Conclusio.

Digitized by Google

formam priuatio,& priuationem vnius eueſtigiò ingreſſus alterius formæ.

Bellè hæc admodum,bellè in rebus paſſim ciuilibus oſtenduntur: ſed nos ex officina veteris philoſophiæ,perſonis atque tẽporibus cũctis cõmunia proponamus. In mundi adoleſcentia prima,ſi Ariſtophani creditur,fuere non ſolũ quę nunc ſunt humanorũ ſexuum genera duo, mas & fœmina;ſed & tertium quoddam ex vtriſque compoſitum. Vniuerſa autem hominis ſpecies rotunda, manus 4. & paria manibus crura, ceruicem, lumbos,dorſum , & latera,figura propemodum ſphærica circũſcribens. Hinc illi inenarrabilis fortitudo,inuictũ corporis robur;hinc quoq; ſublimis animus & ſpiritus ęthera mẽte concipiẽs, & coniurati cælũ reſcindere fratres . Sed cautus Iuppiter vnumquemque in duos ſecuit,vt virtus animæ cum ſectione corporis diſſolutior foret; factoque minas regaliter addit,ſecturũ ſe ſcilicet rurſus ſimiliter eos,ſi bella denuo aduerſus Superos moliãtur. Poſtquã natura hominũ διὸς μεγάλου ἴκητι ſic fuerat diſpartita,quiſque ſui deinceps dimidiũ cupiebat,ſed quantumcunque vnicè ſecum laborant, hactenus ad vnionem exactam minimè peruenitur. *Ariſtophanis fabula allegorica de ſtatu hominis qui nunc eſt & qui fuerit olim.*

Huic non abſimile eſt,verùm feſtiuius multò,quod de confuſione linguarũ retulit Philo. Narratur enim cunctorum animantium olim fuiſſe vnicam vocem,vt omnes cum omnibus loquerentur de ſuis rebus atque negotiis,de calamitatibus condolerẽt : è diuerſoque rebus ſecundis inuicem gratularẽtur: nam velut in vna Rep. putabant ad ſe pertinere aliena tum proſpera,tum aduerſa:affectus autem ſermone quotidiano non obſcurè præ ſe ferebant, donec laſciuientes præ bonorum præſentium copia(quod ſæpè fieri ſolet)vltra decorum proruperunt,rerum non concupiſcendarũ amore,vt per legatos immortalitatem iuuentamque perpetuã poſcerent,id ſibi, non minùs quàm ſerpẽti, à diis debere contribui,aſſerentes. Hanc ſanè audaciam ſua mox pœna ſecuta eſt:variatę enim ſunt animaliũ linguæ,vt ſeſe non poſſint inuicem intelligere: ſic tamen,vt adhuc humano generi communis ſermo & vnicus permaneret, donec rurſus eidem ſupra naturæ ſpeciem adaucta temeritas, certamen cum Superis machinaretur. Hinc illa linguarum vlterior diſtributio;quam ſanè indies adhuc creſcente malitia,& ſectionis multiplicitas ſequitur,tum in orationis ſpecie,tum actionis,opinionis & voluntatis. Verùm quid aliud Cicero lib. de Inuentione Rhet. 1. vbi eloquentiæ laudes immenſas,infandaque pericula ſimul expendit? Nam primo quidem ſic nata eſt(inquit) & progreſſa longius eloquentia,vt maximis poſtea in rebus pacis,& belli cum ſummis horum vtilitatibus verſaretur. Poſtquam verò cõmoditas quædam,praua virtutis imitatrix,ſine ratione officij dicendi copiam confecuta eſt,tum ingenio freta malitia peruertere vrbes, & vitas hominum labefactare conſueuit. Nónne in rebus fortunæ cæteris , partim ex materie,partim ex inſolentia formæ , delapſus ex vno in multitudinem , fluxus quidem continui atque refluxus fiunt ? Anguſtis enim ſeminibus primò latet vel boni maximi rudimentum: quod ſemel erumpens lentius adoleſcit,& in creſcendo ſecurius,quàm vbi conſtiterit,propter abuſus hominum vix priùs vigorem ſui,quàm præcipitium *Philonis allegoria pulcherrima de diuiſione linguarum.* *Ciceronis ſententia de eloquentiæ degeneratione ſucceſſu tẽporis facta.* *Axioma præclarum de aſcenſu rerum omnium & deſcenſu.*

minitatur: surgit per fluctus alternos sic omnis fermè humana felicitas, donec sublata in Decumanum sui non ampliùs capax suismet viribus ruat; & vnde oriri non debuit, eo proiecta lapsu rursus celerrimo ad ipsum principium reuoluatur. Hoc ille Æsopi Phrygij de vulpe ac lupo aperte monstrat apologus, dum sese in puteum ambo per vrnas pensiles, velut prædæ captandæ studio commisissent. Monstrat & appetitum instabilem mundi Accipitris fabula & Philomelæ: item & illa de simul certátibus gallis, de voto ranarum prorsus insulso, vt nihil sit opus mihi relicto communi speculo vitæ, præsentis solius sæculi sortem cum pluribus accusare. Cunctorum igitur hæc ferè est princeps & velut summaria ratio, quòd insit cuique & vnitatis & multiplicitatis informatio, seu character indelebilis; quibus oppositis mutuo, cùm retinendis gnauiter omnes incumbant, nec pariter possint tamen; ea quæ nimis sunt vnum, formæ suæ diffiorum proferre vlterius meditantur, vt fiant hac ratione multiplicia. & quæ se proferunt latiùs, funduntur in multitudinem nimiam, vnde dissoluti cùm velut à sanitate aut rerum æqualitate recesserint, pro sua paulatim virili referunt se in vnitatem.

Appetitus insatiabilis mundi.

Vnitatis & multiplicitatis character sine conuersionum omnium causa.

Profertur & alia quędam, sed Metaphysica planè eiusdem circuli causa, inter Adrastiæ leges meritò recensenda. Caballistæ Hebræorum doctores putabant animas hominum sępius in hanc vitam sub figura tantum humana reuolui, vt curabilia vitia purgarentur, sed ter duntaxat huc posse reuerti statuebant: hunc sanè numerum lustrationi sufficere arbitrati, & quæ his vicibus fuerit expurgata, beatiorem fieri quàm antè descensum; quæ verò prorsus abiecerit rationem in gradu deinceps inferiori, affectu brutali scilicet & meris imaginationibus detineri. Monet natura quodammodo ratam istius vicissitudinis formam in ortu atque interitu viperæ, quando nascentes soboles matrē necant, quæ patrem eorum in ipso coitu interemit: quo sensu forsitan leges antiquæ inclusos culeo parricidas proiectos in mare vnà cum vipera suffocarūt. Sed rectiùs docet nos Christiana religio, vnde id ferè colligitur, quòd quia voluerit Deus nonnihil hominem duci spectaculis mundi, vt ipsam inde auctoris sui præstantiam nosset, ac miraretur; gustum proinde cuilibet, caducæ paulisper felicitatis admittat: verùm quos suo deinceps amore dignos offendit, turbatis iterum voluptatibus vitæ violentius fodit & vellicat, & tanquam ferocientibus equis auriga insidens subdit calcaria, quo minus luxu & lasciuia diffluentes, vel onustos sagina ventris, & rerum aspectu prætereuntium occupatos, ab illo veræ & solidæ beatitudinis portu diutiùs remoretur.

Conuersionis ratio Metaphysica.

Animarum lustratio secundum veterum gentilium Theologiam.

Ratio Christiana.

Consultò itaque Carnem & Animam mirandis vinculis, licet infestat mutuo copulauit, vt qualis inter Solem & stellas apparet Phornomeni lex, vnius exortu lumen alterius absc̄datur. Habet enim successus prosperos Caro cum detrimento spiritus; sed marcescente corporis specie, vigor & virtus animę reflorescit: qua quidem sententia plenum est Christi euangelium.

Carnis & animæ spiritusue conuersiones mutuæ.

Vt autem mobilia duo, ita & gemini motus, & in conuersione semper extrema totidem ascensu, descensuque medio copulantur. Est enim non aliter quàm

Motus gemini.

Digitized by Google

quàm in fortunæ exterioris ambitu definiui; & animarum motus à centro ad circumferentiam, & ab eadem reditus ad ſuum centrum.

Extrema circuli pũcta in ſummis anguſtiis, & auguſtiſſima proſperitate ponantur. quibus accũbunt motores gemini, Spes & Metus, vel Amor & Odiũ, ſic vt in calamitate acerbiſſima, tanquam in fundo Pandoræ pyxidis, ſubinde ſit ardentiſſimus Spei vigor, ægrotis animis pro ſummo remedio datus, vt in fortunæ maximis blandimẽtis, rerumque vberrimo ſtatu, ſummus eſt metus, maiori interdum afficiẽs cruciatu, quàm vel ex poſſeſſi perditione afficiat dolor. Nam ferè extremum gaudij luctus occupat, & à luctus acerrimi puncto ſe licitatis auſpicia reducuntur.

Extrema totius conuerſionis humanæ puncta.

Motores gemini Spes & Metus.

Sub ſpe metuque, id genus alia multa conuerſionis ſeminaria in extremorum alterutro ſæpius occultãtur. Nam & peccatis grauiſſimis pœnitudo ſumma ſuccedit; rebus præclarè geſtis, vt plurimum faſtus, & inſolentia vel obliuio ſui; vrget vnius gloriam alienus liuor; infortunium leuat cõmiſeratio; egeſtati ingenium fauet atque induſtria; opulentiæ inquieta ſolicitudo; aſſiſtit ſtultiæ ſumma ſecuritas; doctrinæ vel ſapientiæ periculum multiplex, & rerumnarum ſeges; vt meritò in vita æquabili quæ pedetentim creſcit, felicitatis duntaxat firmæ præſidia collocentur: cuius exemplar & ratio in omni penè effectuum naturalium genere ſatis eſt manifeſta: vnde illud *Difficiles ortus habet, incrementaque tarda Quicquid* &c. Eandem ſanè progreſſus ſpeciem velut amuſſim, non tantum in artis operibus, ſed & quacunque ferè fortuna ſiue negotio proponamus, ſi modò ad portum ac terram ſolidam nauigare cum ſecuritate velimus: alioquin ſemel & gelidos imbres perpeti decet, ſemel vrentes ſoles & aperta ſerena, ſemel datum eſt inſanire, ſemel inſaniam noſſe maturè; vt cùm cognorint, diſcant fugere. Cui multũ illa pro Cælio M. Ciceronis applaudit oratio: tum illa ſententia feſtiuiſſimi Plauti: Quiſquis Aſtartam aut Bromium contempſit iuuenis, is vel amabit vel inſaniet ſenex.

Plura conuerſionum ſemina quia tamen ad ſpem metumq; ; Amorem vel odium reducuntur.

Sed planioris ſpectaculi gratia hic quoque ponamus ceu quandam immobilem terram, tribus præcipuè partibus interpunctam. Circa hanc mobilis Caro, mobilis Anima, & vtriuſque medium Spiritus. Addamus & firmamenti ſpeciem, cum primo mobili, quod omne humanis affectibus, Amori potiſſimum Odioque, vel Spei & Metui dedicetur.

Sphæra conuerſionis humanæ Sphæram mundi maiorũ ex parte repræſentans.

SPHÆRA CONVERSIONIS HVMANÆ.

Motus animæ carnis & spiritus cum planetarum motibus comparantur.

Mouentur autem Caro, Spiritus, Anima motu tum proprio, tum alieno, vt fieri ferè in Planetarum motibus solet. Sed cuncta tunc optimè gubernantur, vbi illorum sphæræ Deo concentricæ, penitus à sibi præscriptis legibus neutiquam aberrarint. Quod fiet inprimis, si spes mortalium vniuersa, amor omnis & expectatio, conformem sese diuinæ fecerit voluntati, summumq; sibi præfixerit bonum velut vltimum scopum.

Sed à moralium contemplatione rursus ad artem propositam, & naturalia descendamus. Quicunque per singulas partes in extimi mundi specie, in hominis corpore, anima atque fortuna, in hominum ciuitate siue republica, conuersionum circuli fiunt: tales profecto & in mente humana sunt æstimandi; de quibus, ceu Methodi proximis caussis, dicetur proximo libro. Tales deniq; & in arte quauis, siue scientia, per animam rationalem, cuius ideam fœtus qui ab ipsa concipitur, vndique repræsentat. Sunt enim scientiarum mutui nexus per circulos admirãdos, vt dum Medicina per Astrologicẽ illustratur, hæc vicissim per Medicinam. dum Metaphysica per Physicen, hæc rursus per Metaphysicam aperitur. dum vna in facultate principia mediis, media verò principiis demonstrantur.

Conuersionis circuli in mente humana.

Scientiarum circuli & quæstionum.

Sed de legitimis circuituum caussis, deque conuersionis specie in singulis caussis, in partibus mundi, atq; adeò in toto vniuerso, abunde hactenus est definitum. Restat ex illis denique cõcludamus, id quod propositum nobis ab initio fuit; esse nimirum insculptam animis hominum exemplarẽ Methodum; ad cu-

Conclusio Methodi exemplaris per Epilogum.

Digitized by Google

ad cuius fulgorem rudis primùm intellectus à ſpectris ſenſibilibus excitetur; quæ poſtea maturè componens ratio, perfectam Methodum creat, cuius numine, vti lambendo vrſorum catuli ſolent, ex imperfecta notione, ad cognitionem abſolutiſſimam dirigamur.

1. Exemplaris Methodi ratio & vtilitas ſumma.

Quin idem exemplar, in tres quodammodo ſpecies aptè tribuitur, vt primum omnium princeps ſit ille, qui verbis appoſitis, hac ratione ab Orpheo nominatur παντῶν ἰδέως θεὸς: vnde vt Choragus in vniuerſi medio pingitur, vtque Apollo qui inter Muſas nouem citharam pulſans obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

1. Exẽplar omniũ exemplarium Deus.

Exemplar alterum, & cauſſæ ſimul & rationẽ effectus præ ſe ferẽs, in mundi patet generibus tribus, in cauſſis & partibus vniuſcuiuſque, vt hactenus enarraui. Conſtat autẽ hęc omnis aſcenſu, vt dixi, deſcẽſu & reuolutione ex vtriſq; conflata. Progreſſus idea ſtrictiſſima eſt, vt producãtur inferiora à ſuperioribus paſſim, & ab iiſdẽ pendeant, viuant & contineantur, vti ad ſceleti formam totius humani corporis ratio, neruorũ, venarum, arteriarum, tendinum, muſculorum, viſcerum: vti in Mathematũ genere datis proportionalibus atque concentricis circulis plurimis, deductæ à centro lineæ ad ſingulorũ circumferentiã partes ſiue ſegmẽta analoga præſtant. Quare & à terra, ad cęli vltimi ſuperficiem radij excurrẽtes, volunt cæleſtes circulos quoque in terræ ambitu, pari proportione diſpeſci. Hinc illa Coſmographorum prima diſtinctio Parallelorum, & climatum pro longitudine; pro latitudine verò meridianorum pluriũ, penes quandam immoti cęli immobilem rationem: Tropicorum verò Æquinoctialis Eclipticæ & circulorum polarium magis ad normam Planetarij motus, & cæli quod primum mobile nuncupatur.

2. Exẽplar in Natura vniuerſi.

Progreſſus idea ſtrictiſſima in ſecunda hoc exemplari.

Coſmographiæ fundamentum primarium.



Sed illa regreſſus oppoſiti ſit nobis ſummaria ſpecies, vt cùm mundus ſit ex ſubſtãtiis, proprietatibus, accidẽtibus, in horum ſingulis eſt quidã ſtatus vel motus. iis nectuntur numerus, magnitudo, locus, tẽpus & ordo. At motus omnis ad ſtatum, magnitudo ad punctũ, ad vnitatẽ numerus referatur, locus ad terminũ quoque, tempus ad inſtans, ordo ad finem certum ſiue principium. Poſtremò ſingularia quæque ad certã ſpeciem, ſpecies ad ſuperius genus; ſubſtantiæ proprietates, & accidẽtia ad generaliſſimũ caput, qui ſit ens entiũ Deus. Cõuerſionis forma cõpendiaria eſt, vt quèadmodũ ex ſemicirculi circũductu ſphæra pronaſcitur, ita ex idearũ reuolutione, circa ſe mutuò mundus hic vniuerſus. quod in molari vertigine, vel figulino opere, & ἀυτοματοῖς plurib⁹ imprimis eſt manifeſ-

Regreſſus idęæ.

Cõuerſionis idea in ſecũdo exemplari.

Digitized by Google

manifestũ. Fit enim idcirco, vt quæ cognata sint mutuo, statim ad primos accursus, se mutuo complectãtur: quæ verò dissidẽt, inuicem pellant & velitentur. Vnde rerum omnis est generatio atque corruptio, augmentũ, decrementum, alteratio motusque localis.

1 Exẽplar tertiũ in animo nostro.

Tertia & postrema exemplaris Methodi species ex antè descriptis profluẽs in anima rationali collocatur, paucis compræhensa principiis, potestate infinita; sed quæ limam sibi atque incudem postulet adhiberi.

Typus exemplaris tertij & eius partes.

Eius breuissimus Typus in Synthesi quoque, Analysi & conuersiua discursione fundatur. Nam per ingenitas notiones vel istæc tria perpetuo nobis occurrunt. Primùm resolutio quæstionis in agens quoddam, & patiens, & proportionem vt medium vtriusque. In eorũdem singulis à fine fit semper ascensus per primas & medias causas vsque ad elementa inuentionis gratia: deinde descensus oppositа via, propter traditionem, vel compositionem artis siue scientiæ. Postremò cunctorum exagitatio circularis propter iudiciũ, propterque inuentionis ipsius, vel traditionis examen. Pro causarum inuentione atq; iudicio patet externis sensibus primo totius spectacula mundi: fluunt ab intellectu obuię notiones: à ratione quoque discursus varij, compositionis, & diuisionis rudimenta.

1 Dissolutio quæstionu.
2 Motus animi 3, ascensus pro inuentione, descẽsus pro traditione, Conuersio pro iudicio.
3 Aetiologicæ facultatis forma prima triplicia.

Posset istius Methodi exemplaris doceri vberior vsus, si more consimili, artes omnes atque scientias & animorum habitus, aut artium quæstiones abditissimas confusa quamuis & à solis ordinibus mũdi sumpta discursione lustretis. sed infiniti est operis sese in singulis exercere, vbi ne solum doctrinæ vniuersalis ratio suboleſcat, vnius exempli atque alterius ratio fortasse suffecerit.

Vsus exemplaris tertij.

Illam igitur quæstionem longè pulcherrimam vobis in examen sistite, cuius vsus immensus est apud Medicos, seu praxim, siue præsagium, seu magis philosophiam solidam excolatis. Hæsitant omnes de colorũ maximè & saporum occultissimis caussis, quotquot probatos auctores hactenus vidi: nec tantũ in colligendis illorum differẽtiis labor est; sed & definitiones quas moliuntur, rebus non correspondent. Nos rationem omnium docebimus paucis, sumptotamen auspicio à rerum elementis, atque principiis primis, quo minus cæteri ab huius doctrinæ paradoxæ superficiaria difficultate deterreantur, cùm nihil accipiant ferè nisi multorum hactenus institutione peruium, & scirpo læuigatius, tanquam per plurimorum manus traditum, ætatis etiam successione confirmetur.

Exemplum Methodi cõsuetæ in reperiendis colorum caussis et elementis mundi atq; principijs.

Elementorũ propriissima forma. Materiales magis 2. Formales 2.

Cùm igitur quatuor sint elementorum omnium extremæ propriissimè atque oppositæ formæ à primis principiis oriundæ: materiales duæ magis passibiles, asperum & æquabile: formales & magis actiuæ duæ, perspicuum & opacum: quarum (vt dixi) comites sunt calor, humiditas, frigus, siccitas. Per compositionem sanè perspicui & æquabilis aër exurgit; ex perspicuo & inæquabili ignis; ex imperspicuo & æquabili aqua; ex imperspicuo & inæquabili tellus; ex omnium symmetria aura maximè temperata. quod multi innatum calidum vocant: Plato elementum stellarum forsitan arbitratus. Sed pulchrè

de eius

Digitized by Google

de eius natura etsi magis iuxta traditionem veterum passim in monumentis suis doctissimis Sebastianus Foxius,& summus Philosophus Cardinalis Caspar Contarenus demonstrarunt.

Ex ante traditis liquido constat,virtutem omnem & actionem ab innato calido primum effluere. Vim verò illius in spiritu animaque constitui,rationem omnium à motu & lumine dependere,vt passionis norma in ipsa coaguli qualitate,connexus & absolutio in extremorum proportione locatur.

Multa hic quidem excutienda prolixius forent, si pateretur locus , vtpote de actione & passione,de mistionis idea, de auræ vehiculo , deque natura æthereæ regionis , vbi nimirum sit statuendus , an ne sit Lunæ deferens orbis, an paulo inferius expandatur , an ne ipse sit ignis elementaris, vel sublunaris altera portio naturæ mediæ inter concretum , & maximè dissolutum : cui opinioni nos citius aquiescemus, ignem arbitrati non vt cæteri statim sub concauo Lunæ , sed potiùs circa terræ centrum , non quidem vt elementum primarium , sed posterioris compositionis, hoc modo : Aër & terra in opificij ratione præcedunt, sed aëri terram ingresso passim cælestis influit calor seu lucis perspicuæ radius , qui si lucis opacæ atque cælestis frigidi radium superarit , ignis nascitur per rarefactionem quampiam: sin condensando euicerit lux opaca , confestim ex ipsis visceribus terræ compressior aër transit in aqueum elementum. Est enim frigus non mera priuatio vt plurimi crediderunt,cum potestatem obtineat seruandis rebus non minus necessariam quàm effingendis ingenitus calor. Quo sanè respiciens diuinus ille Hipp.lib.de diæta ponit elemẽta corporibus proxima tantum duo, ignem & aquam scilicet,eademque sufficere censet tum aliis omnibus , tum sibimetipsis. Sed nihil reliquit vir ille clarissimus,quod non oraculi loco æterna meritũ est posteritate celebrari , cum nihil sit adeò abstrusum in arte Medica,vel philosophia naturali,quod ad illius sentẽtiam aliquam non commodissimè referatur,velut communem locum:vt quę de innato calido sunt circa exordia lib.de Carnibus,vbi animatum statuit atque intelligens. Obserua ibidem quæcunque de partium & elementorum generatione consensuque mutuo per rationes abditissimas probat. His enim probè, perpensis non erit quod nostra principia (si nostra dici duntaxat mereantur) quod ordinem hactenus præfinitum iure improbare quispiam possit.

Sed nos communem elementorum principiorumque doctrinam ad particularem illam de coloribus quæstionem transferamus: Videndum est obiter, num ex istarum classiũ diagrammate natura tam recondita captiuam se possit dedere intellectui nostro: & quidem eiusmodi ferè solius sunt intellectus, vt progymnasmata prima. Conuertam me protinus ad ordinem vniuersi, etsi rudiusculè præfinitum ; deinde ad apparentem quoque in coloribus singulis similitudinem , quam adipiscuntur ex lucis perspicuæ & opacæ , ex glutinis asperi & æquabilis temperamento.

Ordinis conuniuersi secundum locum & tempus & apparentem rudiusculè similitudinẽ, vt filum Methodi exemplatis.

Digitized by Google

Lux. Dicam igitur ex antè conceptis, lucem esse apparentiam quandam visibilem formæ cælestis in materie cælesti & concreta maximè.

Splendor. Splendorem verò apparentiam formæ ætherææ in materie ætherea, à luce cælesti, radij continuitate, pendentem.

Lumen. Lumen similiter apparentiam formæ elementaris in materie elementari.

Color. Colorem denique apparentiam visibilem formæ compositioris in rebus mixtis elementa habentibus. Addo visibilem, ad distinctionem aliorum obiectorum sensibilium, quanquam nec illa reperiantur extra composita naturalia.

Defluxus continuus à principiorum ratione per elementa & res cõpositas ex elementis. Hæc vniuersa sic sese habere docebit non tantum intuitus simplex, sed & ordinatarum rerum compositio rudis atque distinctio iuxta dimanationem radij à diuino spiritu, elementa omnia rerumque principia connectente. vnde & perpetua virtus ratione perspicui, opaci, æquabilis, inæquabilis, & per consequens propter calorem inhabitantem frigusque, humiditatem aut siccitatem: vnde demum hæc axiomata stabiliuntur.

Axiomata.

Sedes calidi naturalis. 1 Elementum perspicuum esse sedem calidi naturalis à superioribus influentis in hæc inferiora, quod elementari corpore vtitur tanquam subiecto simpliciore, anima vt gubernatrice, spiritu vt vehiculo & instrumento.

Sedes frigidi. 2 Elementum imperspicuum esse sedem frigidi naturalis etiam influentis in hæc inferiora, vt sit caloris seu carcer & circumscriptio quædam.

Degeneratio lucis & caliginis per continuos gradus. 3 Quanto ex locis superis atque principiis isthæc perspicui, aut imperspicui vis cum spiritu suo calore naturali in hæc inferiora descendit, magis tanto magisque degenerant lucidum, splendidum, luminosum, coloratum, similiter & oppositæ differentiæ ab opaco cælesti vsque ad sublunare.

Colorum ordines 3. 4 Sunt itaque constituendi ordines 3. vnus à calore agẽte siue perspicuo, alter à frigido vel opaco, tertius ab extremorum symmetria.

Caloris actio. 5 Calor agit semper in obiectum rarum aut densum, illud illustrando magis magisque pro actionis robore & diuturnitate, nec non pro cõditione corporis densi & rari simplicis aut compositi. Ea quidem quæ rara sunt & perspicua, magis ad lucis naturam atque diaphani transferens; in his verò quæ sunt compolita primo resoluens heterogenea, vel partes diuersarum rationum; iisdem separatis iterum illustrans tenuiora & rara, manente altero magis magisq; opaco per priuationem seu ablationem lucidi, vel actionem frigidi, donec & id ipsum opacum residuum vlteriore caloris actione superatum, magisque elaboratum etiam à nigro rursus in album per colores medios transmutetur.

Frigoris actio. 6 Frigus similiter semper agit in obiectum decisum quoque vel rarum lucis perspicuæ radios semper obtundens, opacæ formam introducens in simplicibus quidem per conuocationem lucidi tanquam à circumferentia ad centrum; in compositis magis per repressionem lucidi aut luminosi à centro ad circumferentiam.

7 Opor-

Digitized by Google

7 Oportet itaque naturas colorum penitius intueri volentibus exemplarem Methodum prius præ oculis figi, quæ conferant actionem calidi frigidique, vel perſpicui & opaci, cum paſſibilitate corporis rari, denſi, ſimplicis aut compoſiti vſque ad minimas ſcilicet cuiuſque differentias. *Methodus in colorum conſtitutione cauſis breuiſſima deſignatur.*

8 Cauſſas igitur colorum omnium & apparentiæ formarum quadruplices ſtatuam. *Cauſſæ colorum omnium 4.*

Efficiens eſt calor & frigus, vel Lux & Caligo. *Efficiens.*

Materies obiectum denſius, rarius, ſimplicius aut compoſitius. *Materies.*

Forma eſt ipſa interioris eſſentiæ viſibilis apparentia. *Forma.*

Finis vt res viſibiles viſu definiantur. *Finis.*

Vnde colorum tabula talis à nobis eſt conſtituta.

Digitized by Google



De actione Frigidi & opaci ferè oppoſita ratio eſt.

ORDI-

ORDINES VERÒ IN COLORIBVS trini ſic habentur.

1 *Extremorum primus & ſimpliciſsimus luminoſo proximus eſt color Albus, Niueus, Canus, Candidus, qui verè eſt velut priuatio penè colorum omnium ad ipſum iam actu perſpicuum lumen magis accedens.*

Ab hoc progreſſus fit luminoſi radij.

1. ORDO A CALORE ſecundum magis minuſue.	3. ORDO EXTREMIS INTER SE variè temperatis.		2. ORDO A FRIGORE ſecundum magis minuſue.
	Maiore perſpicui vel calidi portione.	*Exuperante frigidi vel opaci portione.*	
Luteus, Pallidus, Buxeus, vt Geniſtæ flos	Viridis Iſatodes	Ferrugineus vt rubigo	Argenteus
Flauus, Rauus, Citrinus, vt cortex citri			Plumbeus, Ferreus
Fuluus, Aureus, Croceus	Viridis, Praſſinus ac magis herbaceus	Roſeus, Incarnatus vulgo, vt in genis humanis.	Vluus, Glaucus, Marinus Thalaſſicus, vt ſalicis color
Ruſilus, Ruſſeus, Ruffus, Giluus, vt crines iſtius generis.			Cæruleus, Lazuleius, vt cœli ſereni.
Ruber, Sanguineus, Cærasolus, Purpureus Blatteus.			Venetus, Hyacinthinus
Nigreſcens purpura	Cæſius ex Flauo & Cæruleo Veneto Splendeſcés, vt in multorum oculis	Puniceus vt violæ flammeſcentis quo paulo intenſior eſt phœnicius, Baius	Indicus, Paſſeus, vt in ruis præmaturis
Fuſcus, Preſſus, Suaſus, Aquilinus, Pullus, Impluuiatus.			Liuidus, Subater.

2 *Secundus extremorum eſt Ater, Furuus, Anthracinus colorum omnium ſcilicet intenſiſsimus Color, contrà quàm à veteribus & neotricis æſtimatur.*

Donetur colorũ ratio in rebus diuersissimis mundi.

Licebit verò (si quis examen volet) traditionem hanc vniuersam conferre cum rebus singulis: futurum hinc equidem scio, vt ista non solum non improbet, verùm & fructum meditando altiùs, incredibilem consequatur.

In Iride Halone & Parheliis.

Ita enim in Iride, vel Halone atque Parheliis colorum caussas addiscet ex immutatione calidi, quòd à sole proficiscitur, & frigidi quod in vaporis natura est collocatum.

In Nubibus.

Easdem colorum vicissitudines poteris intueri in nubibus circa horisontẽ tempore vel ortus, vel occasus Solis, à consimilibus caussis.

In Eclypsibus.

Pari via & in Eclypsibus ☉ aut ☽ ex calido scilicet, frigidoúe, colorum apparentium rationem & argumẽta desumes, propter nimirum vmbræ magnitudinem & planetæ prædominantis vim.

In Meteoris vaporibus & exhalationibus.

Multa insuper alia de meteoris ac meteorum principiis proximis, vapore scilicet & exhalatione, licèt ex præmonstratis fontibus augurari.

In humorũ trãsmutatione.

Sed longè vtilius in negotio medico dabis reconditissimam rationem de natura humorum & transmutatione eorundem.

In Physiognomicis.

De temperamentorum iudiciis, & partibus animalium & Physiognomicæ legibus admirandis.

In Vrinis et excremẽtis cæteris.

De excrementis alui, vesicæ, thoracis, & cæterarũ partium, ex quibus sumpta præsagia hodie, vel apud vulgum maximi fiunt.

In simplicium medicaminum indaganda temperatura & facultate.

De plantis & reliquis compositis naturalibus ad actionem medici loco materiæ seruituris. Nam & naturalium facultatũ indicia ex coloribus desumuntur, contra quam Galenus autumat, Si & saporis atque odoris trãsmutationes simillimas expendamus, & nos virtute Methodi transferri paululum per plures & altiores gradus, ordine tamen legitimo cohærentes, ab illo plebeio puluere patiamur. Nos sanè istis auspiciis primũ de elementis mundi atque principiis sermonem difficillimũ, iuxta arcanũ diuini Hippocratis sensum pro nostri ingenij tenuitate aperire conati sumus: Licebit quoque & actionis omnis, & passionis & misturarum multiplicium caussas ratione vt rudiuscula compræhendas, & per analogiam extremorum obiter appręhensam; Artem vt statuas Medicam, Dialecticen, Rhetoricen, Poëticen, Musicam, Mathematicã, ipsam Magiam denique naturalem, iuris humani diuiniq́ue prudentiam, & quicquid scientiarum sub Sole cultum vel incultum iacet.

Conclusio.

Docetur eiusdẽ Methodi exemplaris vis in artium prima inuentione, traditione atque iudicio.

Exemplũ ex Cicerone in Iurisprudentia.

„ Habes obscuram istius Archetypi formam in oratore M. Tullij: In hac de-
„ nique ipsa ratione dicendi excogitare (inquit) ornare, disponere, meminisse,
„ agere, ignota quondam omnibus & diffusa latè videbantur. Adhibita est igi-
„ tur ars quædam extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum philoso-
„ phi assumunt, quæ rem dissolutam diuulsamq́ue conglutinaret. Proponit de-
„ inde resolutionem iuris à fine vbi sic ait: Sit ergo in Iure ciuili finis legitimæ
„ atque vsitatę in rebus caussisq́ue ciuium æqualitatis cõseruatio, tum sunt no-
„ tanda genera & ad certum numerum paucitatemq́ue reuocanda, &c. Sequi-
„ tur tandem & rudiuscula constitutio Iuris per synthesim. Si enim aut mihi fa-
„ cere licuerit quod iam diu cogito, &c. Vbique verò confusam statuit ipsius

Analysis Iuris.

Synthesis eiusdem.

quoque

Digitized by Google

quoque iudicij rationem, dum eloquentiæ vim in pernoſcendis affectibus & naturis horum præcipuè poſitam dicit. Eodem modo & rudis res Medica dudum & artes cęteræ ad abſolutionem ſui, temporis ſucceſſu peruenere.

In eloquentia faculate.

In arte Medica.

Sed fluxa nimium & vulgo duntaxat precioſa miracula relinquamus. Sufficerit nobis vel ſolo iſtius exemplaris intuitu fructus hic longè vberrimus; vt noſmet noſſe diſcamus aſcenſu mentis in Deum: vt cum multiplicẽ humanæ viciſſitudinis circulum perſpexerimus, omni bono caduco malũ conſitum, & malo bonum aſſiduè cogitemus, Ameimus hæc omnia tanquam oſuri, oderimus tanquam amaturi, læti in triſtibus, in lætis ſucceſſibus anxij, nunquam tamen nec ſpe inani, nec nimio metu, nec vlla cupiditate trãſuerſi, ceu ruptis repagulis efferamur: nec verò id aliter fiet, quàm ſi & nos & noſtra omnia diuino arbitrio ſoli & omnium œconomo præſtantiſſimo Deo abſque vlla vel perturbatione inſigni, vel futurorum varia ſolicitudine cõmittamus. Da nobis hanc mentem, ô præſtantiſſime pater, à quo & amor, & actio, & poteſtas quælibet; præſentis, præteriti cognitio, atque futuri. Da quæſo nos adorare ſemper atque optare duntaxat Bonum Bonitatis tuæ; vt perſiſtentes in amore cognitionis tuæ, nunquam ab iſtoc vitæ genere ſeparemur,

In vita inſtituenda ratione & compeſcẽdis cupiditatibus animorum.

In contẽplatione ſummi boni.

Sic regnum, ſic velle tuum, ſic orbe perhenni
Maieſtas eat, & benedictum in ſæcula nomen:
Sic meus omnis amor, mea vita, omnisque poteſtas
Vni principium referat tibi, deſinat vni.

FINIS PRIMI LIBRI.

Digitized by Google

ARTIS CYCLOGNOMICAE,
LIBER SECVNDVS.

DE METHODI CATHOLICÆ PROXVMIS ET PRAECEDENTIBVS CAVSSIS.

CAPVT I.

De Cauſsis in genere.

QVID CAVSSA ET QVOTVPLEX, QVID SIT effectus vel in animo, vel in rerum natura, quidúe inter vtrunque proportio, vel proportionis indicatio: quantumq; adeo cauſſæ ipſius nomen à principij vel elementi ratione diſſideat, tractare id vniuerſim Phyſici potius negotij duco, quàm eius qui ad cauſſarum effectuumq; indagationem compendiariam viam vel certam methodum inſtitui velit. Cùm tamen vt methodus ſit quæ nobis pro reliquarum artium inuentione iudicio ac traditione ſubſeruiat: eandem per cauſſas eſſe, & per cauſſas ſimiliter inuenire, tradere, iudicare ſit neceſſarium: Idcirco poſtquam ab elementis Methodi ſiue remotioribus cauſſis, iam nunc ad propiores ordine iuxta compoſitorium filum feratur oratio; paucis profecto, & pro inſtituti neceſſitudine ſermonem de cauſſis atque effectibus præmittemus; quid nimirũ vtrunque dicatur, quoque à principio vel elemento differat, quotuplices numero & progreſſus ordine tum à Phyſicis, tum à Medicis ſtatuantur, & quæ ſit cuiuſque tractandæ, inueniendęque ſummaria ratio. Etenim cùm Ætiologiſmus vnà cum indicatione ſit quaſi principium Methodi, ſit & materies quodammodo circa quam verſetur, & forma & velut præcipuus ſcopus, nemo conſtituat facilè, an rectius in operis noſtri veſtibulo, an medio, an ſub ipſum finem eius tractanda ſit conſideratio. Eſt enim illius numen ac nomen nullis limitibus circumſcriptum, eſt & reſpectu Methodi ſub quauis cauſſæ ratione in omnes illius particulas longè lateq; diffuſum. Præcipuæ tamen núc formæ ſpeciem, nunc finis accepit. Idcirco & nos particularem illi tractatum haud aſſignauimus: ſed pauca de eius natura ſub principij nomine ſuperiore libro ſunt definita: Nonnulla quoque ſub finis conceptu & formæ per quam methodus eſt, de Ætiologiſmo conſtituam tum hoc, tum in ſequente libro, ibidem propter doctrinam canonis ſexti, qui de rerum proportionibus mediis ſermonem exigit accuratum, de illa quoque, quæ huic annexa perpetuò eſt, Endeixi vel indicatione verba facturi. Quin cùm cauſſarum contemplatio vel incompacto modo ad diſtributiones Phyſicas, vel coniunctim ſub finis

Propoſitio.

De Ætiologiſmo vbi ſit diſſeruandum.

Cauſſarum conſideratio duplex

1

2

a vnius

vnius καὶ τοῦ αἰτιολογισμοῦ nomine ad partes sui præcipuas tres, inuentionemque, iudicium, ac traditionem referatur. Proinde & nos ante omnia de caussis Physice disseremus, examinis alteram speciem in tractatum de finibus differentes.

Caussa quid. Caussa est (inquit Aristoteles) ad cuius esse consequitur aliud: Item, ex qua, per quam, à qua, vel propter quam aliquid fit. quæ diffinitio eiusdem *Quotuplex.* species omnes paucissimis in se comprehendit. Nam in materiem caussa diuiditur & formam, velut proxumas atque internas maxumè, quibus peripatetici idcirco principij nomen assignant: deinde in exteriores alias finem atque efficientem, quibus quintam speciem addidit Plato, caussam exemplarem scilicet, quæ sanè & formæ prioris nomine comprehensa est. Quod si autem generibus singulis suas particulatim species voles educere, iam infinita fermè caussarum series pullulascit, pro diuidentis animi scilicet vel componentis varia ratione.

Efficiens caussa. Caussa efficiens est, à qua primùm fit motus vt aliquid fiat, vel primum cuiusque status aut mutationis auspicium. Logici hanc in sufficientem & necessariã subdiuidere consueuerunt, in primariam & secundariam seu coadiuuantem, in producentem, corrumpentem & conseruantem, pręter partitiones alias communes cæteris caussis, de quibus paulò post referetur. Huius velut axiomata prima sunt istiusmodi: Posita caussa efficiente quæ satisfaciat, ponitur & eiusdem effectus; ablata necessario tollitur: Posito effectu ponitur & caussa necessaria: Sublato effectu aufertur & caussa.

Materies. Materies est, ex qua aliquid fit. hanc in permanẽtem diuidunt, & non permanentem. Est enim permanens, ex qua aliquid eo fit pacto, vt insit non permanens, quæ non manet in re effecta. Physici materiem in primam & secundam dirimunt, in naturalem & artificialem, in eam quoque, Ex qua aliquid fit, & Circa quam artifex versatur alteram, cuius nomine & morbi & accidentia cætera suam materiem habent per catachresim quandam, etsi in consultationibus medicis ipsis accidentibus etiam vel morbis materiem duplicem assignemus, vt illa sit, ex qua materies quæcunque substantiæ similaris illi ceu fomitem subministrat, materies circa quam magis particula continens vel locus affectus, quo prior materies illa seu morbi fomes est circumscriptus. Argumentorum quæ hinc desumi possint principia eiusmodi à peripateticis hauriuntur. Submota caussa materiali permanente, submouetur effectus: positoque effectu, ponitur & caussa materialis permanens. Posito verò effectu caussæ materialis fluxæ & instabilis, necesse est materiem extitisse.

Forma. Caussa formalis est, per quam aliquid fit, vel quæ dat esse rei cui inest: est species, exemplar & ratio, vt quid sit. Hæc cum materie ingressa compositum naturale ab ipso composito minime differt. Diuisa est forma analogicè in essentialem siue intrinsecam, & non essentialem alteram, quæ subdiuiditur rursus in proprietatem ex essentia profluentem, & accidentariam. Accidentales

Digitized by Google

tales iterũ, vel ſub vnius qualitatis ſiue ſyndromes accidentariæ nomine velut vmbrã ſingularis eſſentiæ repreſentãt, vel diuiſæ vt mera ſunt accidentia, habitus ſcilicet, diſpoſitiones, potentiæ naturales & impotentiæ, paſſibiles qualitates, ſitus atque figurę, ſub quibus artificialis forma continetur. Sunt & formarum aliæ communes maxumè tanquam idææ priores vel exemplaria, diuiſiuæ generum, cõſtitutiuæ ſpecierum ſubalternarum, ſunt & ſpeciebus infimis proxumæ in minus patentem ambitum exporrectæ. Cauſſæ formalis ea ſunt axiomata, vt paſſim effectus cum ſuo principio conuertatur, vtque ſe mutuo poſita ponant, ſublata è medio tollant, vtque à cauſſa formali rerum virtutes metiamur, tantumque his tribui in natura vel actione poſſit, quantum earum forma permittit.

Cauſſa finalis eſt, propter quam, vel cuius gratia quippiam fit: vel ad quam, veluti ſcopum, res vnaquæque dirigitur. Sunt huius generis priores alij, alij poſteriores: Vltimum & non vltimum Logici vocauerunt. Cuius cauſſa finalis bona eſt, ipſum quoque bonum: cuius & finis improbus, ipſum minimè probum eſt æſtimandum; ab effectu ſimiliter ad cauſſam finalem argumenta trahuntur. *Finis.*

Effectus denique definitur, quod ad eſſe alterius ſequitur, quodque vel ex aliquo, vel per aliquid, vel ab aliquo fit, vel alicuius gratia: quibus categorematibus priori per relatiuam oppoſitionem reſpondens diuiſio continetur. Eorum quæ fiunt, alia fiunt, alia non fiunt alicuius gratia, alia cum electione; turſus alia præter hanc, vnde effectus per accidens vel caſuales: qui rarò & per accidens fiunt, vel effectus fortuiti, qui aliud deliberantibus nobis, vel intentis alio, rarò atque per accidens oriũtur. De quibus ſingulis vide Ariſt. lib. Phyſ. 2. *Effectus.*

Sunt & communes omnibus cauſſis partitiones quædam accidentariæ, quæ quodammodo in tabulam vnam ſic efformantur cum illa diuiſione eſſentiali, vt particulares ordines immutare cuiuis fermè pro libito fas ſit. Definitiones cuique proprias, & præcepta accommoda, ne in immenſum opus excreſcat, neu cuncta velle corradere videamur, aliis diſcutienda reliquimus. *Cauſſis omnibus ferè communis partitio accidentaria.*

Digitized by Google

CAVSSARVM VNIVERSA DISTINCTIO.

Diuisio essentialis. *Diuisio accidentalis è Medicorum officina.* *Diuisiones accidentariæ cæteræ ex Physicorum penu.*



Eadem diuisio mẽbrorũ pluriũ vel pauciorũ pro animi ratione diuersa.

Ex his videre facile est, quantum diuersæ possint caussarum distributiones effici iuxta acceptionem variam. Vides eodem negotio, quantopere peccent quotquot Galenum vel veteres tãtopere criminantur, tanquam illarum numero non probè definito, eo quòd non septem vel octo, potius quàm quatuor caussarum genera recensuerit: quasi verò non possit diuisio eadem bimembris fieri, trimembris, quadrimembris, vel, si voles, in infinitum. quasi non rursum quæcunque membrorum plurium fuit, in pauciora contrahi deceat. Hæc sane si quisque expendat gnauiter, illum qui tam ridiculè de caussis morborum, morbis ac symptomatibus contra Galenum scripsit, non solum non approbabit, verùm & pro cerito passim proque lymphato dignum æstimabit, qui relegetur in terras solas: vbi hæc insania & conuiciandi in præceptorem immodicus calor paululum refrigescat.

Caussarum partitio Medica magis.

Verùm omissis Physicis ad illam partitionem Medicam, quæ instituto maximè necessaria est, propius accedamus, Caussas in longitudinem & iuxta connexus seriem quandam iuxtaq; relationem ad effectus suos optimè distinguentes in proxumas, præcedentes & procatarcticas. Nam vti in toto caussarum genere, quædam composito sunt magis intrinsecæ, vt forma atque materies principij nomine potissimum comprehensa, sed magis semotæ cæteræ atque extra compositi essentiam positæ cum finali caussa effectrix illa censetur; ita sub eiusdem quoque caussæ nominibus finis materiæ, formæ,

Digitized by Google

formæ, efficientis hæ quidem rei constitutæ firmius hærent, eiusque propemodum vt partes apparent Græcis συνεκτικαὶ καὶ συνέχοντες, Latinis ceu continentes appellatæ; cum illæ remotiores paulo præcedẽtes προηγουμέναι Græcis, cæteræ quàm remotissimę efficientes extrinsecæ προκατάρχοντες καὶ προσφάσεις merito nuncupantur.

Hic siquando continentis caussæ mentio fiat, non parua inter neotericos oriri contentio solet. Fuscius cum plærisque alijs hanc fuisse Galeno mentem arbitratur, vt morbo caussa continens nulla censeretur: sed quàm sint eius argumenta lubrica, aliorum esto iudicium. Doctissimi viri Baptista Montanus, Placotomus, & Farnelius ipse cum Arabibus & Galeno, Græcisque omnibus rectè caussam continentẽ animaduerterunt. Verùm in huius descriptione, videntur solum respexisse ad caussam materialem proxumam. Vnde & hanc synecticam volunt, quæ morbum actu iam parit, vt ex Francisco Valesio in morborum exagesi à capite ad calcem facilè deprehendes. Nec malè mea quidem sententia, nisi tam angustis limitibus reuinxissent; quòd hac ratione continentem duntaxat admittant in morbis istiusmodi, qui materiales appellantur: adde quòd & in rebus fientibus locum habere non putent. Videntur interdum & continentem caussam nimis à morbo vel ipso effectu seiungere, quum reuera quiddam sint vnum, sicut interna principia simul copulata cum rebus ex sese oriundis conuertuntur: distincta tamen sunt ratione, vti res quæ principium habet, à principijs diuisim sumptis, & per intellectus abstractionem consideratis.

Continẽtis caussæ luculenta expressio.

Quare vt occurramus tot vndique scrupulis per compendium, illud imprimis cogita, quòd omnis in rebus philosophicis error grauior vel ex definitione mala potissimum, vel rerum inepta partitione, vel malè intellecto principio proficiscatur. Concipiamus itaq; exempli gratia in arte Medica pro generaliore doctrina distincta primum hæc ordine tria, Symptoma, morbum, & morbificam caussam. Quod si & accuratius voles subdiuidere, cõcipe & symptomaton symptomata ex vno latere continua serie se inuicem consequentia. Caussarum verò distinctionẽ transuersariam vnam in formam atq; materiem, & rursus materiei in eam quæ ex qua, & quæ circa quam appellatur: occurrit enim in morbis locus affectus primum, ceu subiectum inhæsionis, vt vocant; cuius partes vel differẽtię potissimum tres, Terminus à quo mouetur, spatium per quod mouetur, & terminus ad quem. Altera materiei species iterum subdiuisa est in eam quæ influxit, quæque influit, & quæ parata est influere. etenim humorum alij actu morbum faciunt, alij tantùm in via sunt, vt venturorum malorum seminaria. Procede tandem ex hac diuisione velut in latitudinem facta, diuisione in longitudinem altera iuxta digressus seriem ab effectu caussas constituens in generibus singulis rei effectæ vel efficiendæ proxumas, præcedentes atq; extrinsecas; quarum singulæ rursus interdum sunt ordine plures, quantoque à coniuncta recedunt lõgius, hoc magis ad effectricis caussæ indolem scandunt, etsi nonnunquã rebus intraneæ quodammodo videantur.

Tria contra naturam in arte Medica.

Causarum. 1. distinctio trãsuersaria.

Caussarũ distinctio in longitud. medica.

Digitized by Google

Fines cur nõ ita in morbis obseruentur vt fines.

Sed vt vitetur omnis confusio, finales caussas in morbis tantopere non spectamus, est enim illorum finis vniuersim præter naturam; proinde nec tantopere medicæ contemplationis cum eius instituto maxumè pugnet, nisi quatenus venturis procul symptomatibus occurrendum est. at tum profecto proponitur morbi finis, non vt assequamur propriè, sed caussis contrarijs impugnemus. Efficientes caussas aptè constitues in eadem linea cum materiali vel formali principio, sed secundum resolutionis seriem vbique postremas. cum enim à primis ad vltimas continua analysi ventum fuerit, futurum est sponte, vt ad efficientium seriem deuoluamur. Sint itaque pro futuræ discursionis methodicæ rudimento primo vbique tibi præ oculis & in animo rerum considerandarum duntaxat ordines tres à caussis primis & fini proxumis per medias vsque ad postremas: etsi istius resolutionis ratio in illa doctrina Canonum nouem altiùs sit repetenda.

Efficiens cur peculiarem in resolutione lineam non sortiatur.

			1 CAVSSÆ CONtinentes & Synecticæ seu rei intumæ	2 CAVSSÆ PRÆcedentes vel antecedentes	3 CAVSSAE PROcatarcticæ seu procatarchontes extremæ ad efficientem referendæ	
Caussæ rei sunt	Materies	Circa quam	Locus primo in considerationem cadens	Locus connectens	Locus per Medium consentiens	Principia & elementa extrema
		Ex qua	Partem actu obsidens humor siue materies seu loco intumus	Humor aut materies influens actu	Humor aut materies quælibet ad influxionem parata; potẽtia tamen remota.	
	Forma quæ modo quodã analogo in particulares iterũ dirimi potest iuxta materiales diff.		Morbi essentia seu definitio & forma intuma	Forma affectionis præcedentis	Forma rei extrinsecæ	

Digitized by Google

Liceret nobis quadam analogia nominare & continentes aliquas cauſſas inter finales atque extrinſecas, quas effectrices dicimus, prout affectui quęque propinquiot aut remotior ſit: ſed hæc locutio ſatis impropria, quanquam Galenus nomine præcedentis cauſſæ & continentis interdū variè abutatur, ſicut & nomine pathos & affectus ſeu διαθέσεως: quare non tam in nominibus laborandum eſt, modò rem aſſequamur. *Nominū Medicorum canachriſis varia.*

Dicetur & continens cauſſa ſæpius reſpectiuè quæque in ordine ſuo; ſic enim & ſymptomati ſua continens cauſſa eſt, quæ tamen non eſt morbus, ſed aliud quid magis intrinſecum, quod cum ſymptomate conuertatur. ita pallori ictericio continēs cauſſa eſt ſuametipſa formalis ratio, bilis nimirum, effuſio inter carnem & cutem. Cauſſa præcedens eſt morbus vel icterus, cuius iterum continens cauſſa ſit fellis obſtructio in formarū ordine, humor autem in felle, aut lapillus obſtruens (cuiuſmodi per ſectionem nos vidimus ſæpe) cauſſa morbi continens eſt recenſenda. *Relatio nominū varia in cauſſa continentis ratione.*

Poteſt demum & continentis ratio non incommodè in rebus quoque ſientibus exhiberi, vt pulſu, ſomno: cùm in omnibus rebus mundi ſit forma quædam interior illas conſtituens quandiu vel ſunt, vel agitantur. id tamen plærique non receperunt, poſteaquam ad ſola materialia ſe conuertunt. ſed huius exemplum fuſius dabo, ſi prius cuiuſque inueniendæ cauſſæ rationem ſuperficiariam, qualiſque vel hactenus in Medicorum ſcholis eſt celebrata, paucis oſtenderim. *In rebus ſientibus ſua etiam continēs cauſſa.* *Cauſſarum indagatio.*

Primò quidem in veſtiganda natura ſeſe materies offert, ex ſenſu potiſſimum diſtinguenda per reſolutionem maximè totius in partes, figura, ſitu, qualitate, quantitate & ordine differentes, dum vel ad minimas ſectione peruenerit, ſiue in ſimilarium ſiue diſſimilarium genere ſit impendendus labor. Quantitas autem materiei vt plurimum interioris formæ robur oſtendit, qualitas vel figura naturalis potentiæ vel impotentiæ modum, ordo ordinem in loco, vel tempore vel dignitate: & idem de cæteris quibuſlibet eſto iudicium; ſed iſtæc apertius ſuo loco. *Materiei inuentio.*

Ex materiei ſenſibilibus ſignis formas tum rei proxumas, tum remotiores ordine exploramus. ipſarum tamen omnium circunſcriptio per motionis ſpeciem circa materiem omnis eſt aperienda; quin & figuram cum actionibus multi cum forma in eodem ordine collocarunt. Ego in conſultationibus medicis efficientes cauſſas, vt quæque remotæ vel proxumæ ſunt, primùm deſcribere ſoleo; hinc & materiem vtranque, vt locum affectum primario, per conſenſum, item humorem tum qui influit, tum qui minitatur aduenientis procul: quibus ſic ordine conſtitutis, morbi totius formam vna periphraſi rectè perſtringo, quæ motionis quandam effigiem referat efficientis cauſſæ circa materiem vtriuſque generis, proxumarum agitationum ſanè circa materiem proxumam, remotiorum circa remotam magis atque extrinſecam. Vt ſi dicam in vteri ſuffocatione & recurſu ad latus alterutrum vel recta ſurſum, ſymptoma eſſe difficultatem ſpiritus ex diaphragmatis conuulſione, & palpi- *Forma inuentio.* *Conſultationis exhibendæ ratio tradiuſcula.* *Exemplum in hyſtericis.*

Digitized by Google

palpitationem cordis,pręcordiorum diſtentionem & id genus alia: Morbum conſtituam vteri obſtructionem,cuius locus affectus vterus, materies ſanguis craſſior ad obſtructionem habilis eo per venas atque arterias confluens, cauſſæ pręcedentes ſint affectus proximarum partium,vt quarum refrigeratione ſanguis ab vtero verſus præcordia moueatur. Eadem oriatur ab alijs extrinſecis cauſſis, vt lotione frigida ſub tempus menſium, perturbatione animi, victu craſſiore.Concludam & morbi vniuerſalem formam ſeu rationem vnicam ex antedictis omnibus; quam tamen oporteat diſtincta periphraſi explicare, vt ſit affectio iſtiuſmodi vteri contumax oppilatio,cum ligamentorum & tendinum membraneorũ conuulſione valida, venis ſcilicet arterijſq; conterminis ex plenitudine in ſe contractis, diſtentisque in latitudinem ſolam à craſſiore ſanguine per refrigerium pedũ ac brachiorum altius contendente & à cibis craſſioribus genito;vnde mox intercedente præſertim lienis inflatione valida, dum craſſum ſanguinem inſtar ſpongiæ ex mezenterij venis maioribus hauſit, quarũ oſcula hæmorrhoides appellata cum venis in ceruicem vteri excurrentibus mutuam ſynaſtomoſim veteribus atque ipſi Veſalio & neotericis occultam hactenus faciunt;præcordiorum quoque contractio fiat, & per conſequens cordis palpitatio,difficultas ſpiritus,dolor lumborum vehemẽs, & maxillarum varius color.His ita inuẽtis demum & conſtitutis,& victus rationem pro morbi ipſius natura atq; ægroti pro ſymptomatum atque cauſſarum neceſſitate mox & medicamenta, & medicandi modum executio,quæ quidem conſultationis forma aptiſſima eſt popularis maximè,à viris doctiſſimis hactenus approbata.ſed nos perfectiorem methodum poſtulamus,quæ tamen præcepta hæc exigat, vt omnium prima ac προγυμνασμάτων loco.

Efficitur cauſſa indagatio.

Accedit itaque formæ cauſſarum efficientium intuitus alter,quas primum ſenſus exhibet,ratio in examen vocat per naturæ cõmunionem & formæ impreſſum characteriſmum. formas autem quandoq; ſimillimas eſſe cauſſis efficientibus, ſic vt ægrius diſtingui queant, nemo admiretur: cum & nominibus quàm ſæpiſſimè confundantur, nec facilè iudices num per illud principium res exiſtat, nũ potius ab eodem efficiatur. Cum enim lõgius ab effectu in reſolutione proceditur, apparet mox forma præcedens differre non aliter ab efficiente cauſſa & procatarctica, quàm quòd efficiens formam per quam agit adhuc obtineat ſeparatam à ſubiecto, cui vires actrices immittit. at poſtquam agere deſijt,formam per quam egit relictam illi impartiuit, quaſi non amplius ſuam: cùm tamen hæc altera ſit huius prioris inſigne veſtigium, per quod ſubiectum eſſe vel hoc vel illud, tantum vel tale dicatur. Vnde non inepte duntaxat ordines duo in reſolutione ſunt conſtituti vitandæ confuſionis gratia. Sic enim domus formalis cauſſa eſt ea quæ per figuram deſignatur, vlterior tamen & forma & quaſi efficiẽs ratio eſt forma inſculpta artificis animo,ad cuius ideam altera prior ſit fabricata. Eſt igitur potiſſimum gradus vel ordo, qui cauſſas efficientes inter & materiales, rurſum inter ideas efficientum& formas propiores litigium ſerit.

Quo

Quod ad finis inuentionem pertinet, ſcire operæpretium eſt primo, quòd in totius cuiusque compage ad ὀλομελὴν vniuerſam, membris maioribus minora vbique conſentiant, & è contrario, ſimpliciora compoſitis, partes ſingulæ & actiones ad totius integritatem & actionem, vt oculus gratia cerebri, tunicæ oculorum gratia; venæ & arteriæ & nerui propter tunicas, & hæc quidem omnia vt ſit abſolutum in animali caput. Verùm actionem niſi inueneris, vſum reperire non potes. Confer actiones itaq, cum partium natura, communes cum partium communium ratione, proprias atque inſtrumentarias cum inſtrumentis. Habes reperiendi finis leges Methodicas duas. 1. Quod quoties illud, cuius gratia effecta particula videatur, & cui primario intenta eſt à natura (vt ad apprehenſionem manus) ſi ipſi conſtructioni ſic adhæreſcit, vt ea abſente actio pereat, illa verò præſente rurſus excitetur, idipſum eſt finis vel contemperamenti, vel ſtructuræ iſtiuſmodi. Exemplum fuſè Galenus eſt proſecutus lib. de Vſu partium. 2. Quod ſi natura ad conſtitutionem plures atque pugnantes ſcopos præ oculis habuit, ſcito quòd è duobus elegit quod erat potiſſimum, alterius interim ratione vt potuit non omnino neglecta. Sequitur enim hinc neceſſariò, vt cum vnius ex pluribus harmoniam optimam velit, ea quæ toti conferant mala per accidens vel imperfecta videantur. Hinc ille contrariorum ortus, vt ſupra oſtendimus, & variarum viciſſitudinum circuli fiunt, dum ex amoris impetu cuncta in boni vnius idęam communiſſimam rapiuntur, ſed hinc digreſſa amore priuato, & ſui quæque conſeruandi gratia in mundo pars parti conflictatur, vnde & ſæpe volentia, ſæpe nolentia ſe mutuo perdunt, in pace bellum affectant, in bello pacem atque vnionem denuo, diſperſa quidem in rebus actu iam exiſtentibus, concordia in regione archetypa atque intelligibili mundo. Quid igitur vel in humano corpore, vel in Republica progreſſus vbique ſimiles admiramur? Nam licet ipſorum Regum & principum ſtudia incumbát ſæpius vniuerſali Bono, neceſſe eſt attamen dilapſu vnius in multitudinem per ſubditorum plurium manus hanc vnitatem Boni diſcerpi miſerè, & alijs non rectè imperata faciẽtibus, alijs ſubinde peccantibus in qualitate & modo paulatim, cum ſontibus nonnullos & inſontes opprimi, & malè interdum de Republica meritos ad ſummum Fortunæ faſtigium ſubleuari. Vnius etenim ratio non æquè ſemper intenta eſſe poteſt circa particularia: vnde & Euripidi viſum eſt, intentos rebus maioribus Deos, minuta quælibet floccifacere: etſi verò idipſum à Chriſtiana relligione ſit alienum; dubium tamen non eſt, quin ſi qua vt minimè bona nobis videantur, à Deo quidem ſemper vt bona procedant, materiei autem conditione & per delapſus diſcretarum partium multitudine deprauentur. Quid ergo in Regibus querimur, quid in principibus viris, ſi particulares vbiq; ſucceſſus ſecundum animi noſtri ſentẽtiam minimè ſortiamur, cùm à Dis ipſis tale quicquam exigere non debeamus?

Finalis cauſa indagatio.

Mala in orbe per accidẽs ex receſſu ab vna in multitudinem.

Hæc eſt cauſſarum omnium expedita Methodus, cuius plenariam rationem per orbes Sphęricos 3. à facultate triplici diducam tertio libro; nunc pro

Digitized by Google

ſequentium illuſtratione, paucis attigiſſe ſufficiat. Verùm accipe rurſus dictorum omnium exempla lectu non iniucunda. Primùm pro rebus ſientibus in ſomni ratione, deinde pro affectu permanente in febrium cauſſis.

Exemplum Methodi communis in diſtribuendis cauſſis ſomni naturalis.

Somni atq; eius oppoſiti (nimirum vigiliæ) ratio veteribus quidem obſcurè tradita eſt, à neotericis, ob controuerſiarum multitudinem pluribus diſputationũ laberinthis intricata. At procedamus nos rudiuſculè penes præſcriptam modo cauſſarum ſeriem. Imprimis à cauſſa finali exorſus, à ſenſu & obſeruatis auſpicium ducam. Video etenim Cerebri ſubſtantiam naturalem frigidam, & humentem oppidò, multis tamẽ arterijs, venis, calido ſanguine halituoſo, ac ſpiritibus incalеſcere: video & rationis & ſenſus via Cerebri actionem eſſe, vt animalem ſpiritum elaboret, futurum inſtrumentum ſcilicet primariũ ſenſus & motus. Ob hanc ſanè continuam actionem, cum illi ſpiritus in defluxu aſſiduo & regeneratione verſentur, neceſſe eſt excrementitium humidũ aceruari, naturalem verò & ſubſtantiæ inſitam humiditatem Cerebri à caliditate & ſpirituũ diſtributione continua celeriter exiccari, niſi quamprimùm alieno vapore cõcocto, natiuus ſpiritus reſtauretur. Non poteſt autẽ à ſanguine arteriarum vel venarum id cõmodè fieri, licet exuto particulatim nutritio cerebri & vita conſiſtat; quandoquidem is ipſus actione continua magis ſicceſſit, fitq; & actior, & reficiẽdæ Cerebri ſubſtantiæ minus idoneus, niſi blandiore altera ſubſtantia, & facilè mobili alternis vicibus irrigetur. eſt enim in partibus ſingulis velut ſubſtantia duplex, prior quidem actu conſtituens partem, quam alit ſanguis per plures ordines tranſmutatus, poſterior huic affuſa vndiq; inſtar roris, quæ & vaſa irrigat, & priorẽ illam ſubſtantiam, vti aduenientis nutrimentum ex cognatione humidi faciliùs apponatur. Talis ab exhalatione ſiue vapore etiam abſque nutritionis ſpecie ex vicinis partibus vndiq; reſudante refici poteſt: in Cerebro ob antedictas cauſſas planè id neceſſariũ eſt. His ſignis monitus, atque hæc exempla ſecutus, inuenio primùm naturę ſcopos, partim vt illa nimirũ humiditas Cerebri reſtauretur, partim vt calor à circumferentia vocatus ad corporis cẽtrum idem qui prius diſtributioni operam dedit, nunc concoctioni præficiatur. Finiũ iſtorum gratia neceſſe eſt & cauſſas cęteras, & omnẽ illarum harmonicam colligantiam conſpirare. Nam quia ſimile vnumquodq; ſuo ſimili refici debeat, neceſſe eſt materiem ſomni humorem eſſe blandum, æquabilem & recremẽtitium, qui promptè ad partes, quarum gratia ſomnus à natura prouocatur, exhalet. Id humidũ itaque Medici cenſent vt ſomni præcipuam cauſſam, etſi ſubſtantiam non probè perſpexerint. Phyſicorũ planè diuerſa ratio eſt, omnia referẽtium ad frigidi vim & qualitatem. eliciunt enim ſententiam hãc ex Ariſtotele, ſed malè intellecto; nam ſi bene & Ariſtotelis & Galeni ſententiæ conferantur, reipſa conuenient. Vult Ariſtoteles humidum ratione antecedẽte ſomnum parere, ſed frigidum proxuma, vt & Galeni opinio tulit. Nam ea ſunt Ariſtotelis verba, quod ſopor fiat primo à frigiditate & per ſe, ab humido ſecundaria ratione. niſi Ariſtotelem locutum exiſtumes de ſomno præter naturam, qui magis à frigido, quàm ab humido fieri ſolet, vbi &

frigus

quodammodo prius est tempore; humiditas verò consequitur. Contra euaporatio à chylo facto penes ordinem tẽporis humectat prius per accidens, deinde refrigerat: & si frigus sit causſa effectui proxuma, quod alta mẽte scrutatus ille poëta ter maximus de Palinuro sic meminit in fine Æneid. 5.

Causſarũ somni breuissima ratio Virgilianis versibus cõprehensa

Ecce Deus ramum lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygia super utraque quaſſat
Tempora, cunctantique natantia lumina ſoluit.

Tribus sanè versiculis tres difficillimas somni causſas elegantissimè delineauit. Primò materiẽ vocabulo roris insinuat. Nam vti ros noctu cœlitus in terram defluẽs, primò humectat, inde refrigerat: ita euaporatio humidi ad cerebrũ facta primò eius subſtantiam imbuit, secundò frigiditate partim naturali quam ex cõcretione adipiscitur, refrigerat paululũ, partim quia acrimoniam accensorum spirituum nonnihil obtundit. Ita siccitas per se vigiliarum causſa est, caliditas secundaria sæpius, vbi per siccitatem diuturnam facta est præter naturam. Ostẽdit & localem rationem, terminum scilicet à quo, & terminum ad quẽ vapor efferri solet. cùm enim ait, *vique soporatum Stygia*, vult hanc euaporationem fieri ab infernis partibus sursum, à stomacho scilicet, attentisque vasis. cùm verò addit, *super vtraque quaſſat tempora*, terminum ad quem potissimum cùm medio demõstrauit. nouit enim istac potissimùm regione arterias Cacotides sitas, per quas defluxum hunc fieri vberius mox ostendam. Quin & formalem somni rationem nónne scitè describit, sic inquiens; *cunctantique natantia lumina ſoluit*: quasi intelligat per sensuũ ligaturam ab innatante humido somnum actu iam generari. Nunq̃ oratione digna satis hic noster Maro tum à Philosophis, tum artiũ quarumcunq; & sciẽtiarum cultoribus prædicari potest, cùm vnus oĩbus paucis oraculis (vt & diuinus Hippocrates solet) magnarum rerũ & cognitionis abditissimæ seram cõplectatur. Sed hæc ceu fluctuãtis animæ diuerticula relinquamus, & ad propositũ cõuersi proprius dicamus ex antedictis, quia somnus est sub affectionũ genere, in quibus ad normã motus localis tria cõcurrant loci essentialia: idcirco hác causſam ita partimur, vt primùm euaporationis initiũ sit in stomacho, materies aũt vnde nascatur, sit ipse chylus: nam hic planè lacteus est, leni vapori gignendo apprime idoneus. Signum quòd à pastu potissimùm somnus obrepat, præsertim vbi halituosa cibi ingesta materies fuerit, quodq; per ventriculi obstructiones, insomnia sæpius fiant, illoq; variè affecto ab humoribus noxiis, in somno quoq; pro illorum indole imagines corresp̃dent. Progressus aũt istius affectionis est per arteriarum oscula, quæ copiosissima à tergo vẽtriculi ex arteriæ aortæ propaginibus suprà sinistram emulgentẽ inserũtur. Sunt autem arteriæ quàm venæ habiliores ad attractionẽ non ipsius chyli, sed vaporũ à chylo continuè resudantiũ, idq; partim quia cõtinuè pulsant, & in ipsa diastole siue dum dilatãtur attrahunt tum vicinũ aërem tum vaporem & exhalationẽ obuiam: partim quia spiritus animalis potissimũ à vitali nascitur; vitalis verò maximè ab eo qui in arteriis cõtinetur: Vnde & arteriæ citiùs siccescẽtes attrahunt tum sui sanguinis tẽperandi

Materies.

Locus & Materies cum quam.

Forma & causſa finalis.

Diductio Anatomica in causſarũ indagatione circa somni naturã

Digitized by Google

gratia, tum per ſucceſſum continui ad impediendum vacuum, cui accedit & Cerebri quædam attractio per ſimilitudinem forſitan. Vnde & arterijs obſtructis præcipuè circa peluim & in fundibulum mollis meningis Cerebri, ſtatim diuturnæ vigiliæ, mox & phrenitides ſiue inflammationes cerebri cum delirio conſequuntur, vti nos ſæpe ſectione in his deprehẽdimus, qui morbo conſimili perierunt. Inter eas autem propagines arteriarum quæ 6. numerãtur, Soporariæ in temporibus ſitæ ampliſſimæ ſemper occurrunt; quare per has primum vapor ille lacteus in plexum Dictioeiden ſeſe inſinuat circa glandem cerebri inter proceſſus Clinoeides, contra quam temerè Galenum impugnãs Veſalius arbitratur: hinc deinde reſudans per foraminula tenuiſſima in antrum ſphenoide humorem procreat idoneum ſenſui guſtus, & analogum ad percipiendos ſapores immutandumque ſpiritum animalem, vt huic ſenſui proprius fiat: poſtea conſcendens altius repit in plexum alterum ſub baſi Cerebri ſitum, atque vnà in loci illius ſubſtantiam ſe totus immergit, vnde cùm in hoc vno potiſſimum (mea quidem ſententia) reſideat ſenſus ille communis, ſtatim fit ſomnus, ſed minus profundus, ſopitis paululum exterioribus ſenſibus vna cum interiore cõmuni: quare & ratiocinationes interdum, & mentis ſpectacula perſeuerant, donec euaporatio cõſcendens altius vel ſubſtantiæ vel quantitatis ratione, pertingat ad plexum tertium Choroideum in ipſis ventriculis Cerebri, per ſuperficiem vtranque Pſalloeides corporis exporrectũ: vbi & ſubſtãtiam totius penè Cerebri, & Cerebelli, velut arctiſſimis vinculis ligans, reſoluit minorem radicem neruorum quinti paris, cuius exordium paulo ſuper ventriculum Cerebri quartum, ſtatim ſub natibus Cerebri, per baſis latera tendit ſub duræ meningis inuolucris totius caluariæ baſi validiſſimæ attenſis vſque, donec in oculorum orbitam means partim ipſorum ſupernis muſculis, partim in apertorem palpebræ tenuiſſimis propaginibus inſeratur; vnde hoc neruo relaxato ſubſidit & palpebra, velut remiſſo fræno, & miro naturæ conſilio lumen ab oculis prohibetur: etſi hunc nerui illius, & muſculi vſum nemo, quod ſciam, ante nos animaduerterit, ligantur altiùs ſub idem tempus & ſenſus cæteri, vnaque & rationem contingit, & ipſam memoriam feriari. Quod ſi iam loci ac materiei ratio probè conſtiterit, de forma, quam vnà complexi ſumus, nulla eſt difficultas: eſt enim in ſomno Formalis continens cauſſa euaporatio dulcis & vtilis recrementi ex chylo ſurſum delata ad cerebrum per arterias à ventriculo. vnde in primo hoc ordine formarum claſſibus dedicato, conſiderabis horum viciſſitudinem trium, 1. euaporationis actu iam ad cerebrum pertingentis: 2. delationis per arterias, quæ formæ ſit præcedentis loco; deinde & reſolutionis circa chylum in ventriculo factæ, quæ ſit veluti procatarctica forma exterior cæteris & ab effectu magis remota. Similiter in ordine materiei ex qua ſe catenatim conſequuntur vapor in cerebro actu iam exiſtens, vapor in arteriis fluens, & in ventriculo chylus. poſtremo occurrit eadẽ ſeries affecti loci vel materiei circa quam, dum hic in cerebro cauſſam ſtatuimus continentem proximam, præcedentes in arterijs quibus

Somni formalis actio.

Digitized by Google

quibus ventriculus cerebro colligatur, extrinſecam verò in ipſo ventriculo. Cur autem arterijs hanc magis attribuâ virtutis & copulæ ratione, dictum eſt obiter ſupra; ſed & copioſius alibi inter paratyriſes noſtras & quæſtiones anatomicas diſſeretur. Potes vlterius ferri ad cauſſas merè extraneas, cibum potumque ſcilicet aëris & cæli temperaturam, atque id genus alia: in ordine quidem materiali magis ipſa efficientia tota conſiderans, vt in ædificijs architectum, in ordine formarum efficientis exemplar, ſiue idæam quampiam, vti in ædificijs efficiendæ domus rationem, in naturalibus ſimiliter agentis externi virtutem, ſpeciem vel dimanationem aliquam, & ſi in agente ſint ſæpius plura per particulares diſſolutiones inuenienda, vti analoga forma efficientis principij analogus ſpiritus, qualitas, vapor corporeus aut exhalatio. Eadem ratione conſtitues & in pulſu continentem cauſſam, arteriarum contractionem & diſtenſionem, & præcedentes ſimili modo vſque ad efficientes extrinſecas, tum in formarum ordine tum in materie. Nam etſi res non ſit permanens: quid prohibet rerum fluxarum, quæque in perpetua ſunt generatione, formas quoque fluxas, atque (vt ita dicam) in fieri conſimiles arbitrari? præſertim cùm reuera nihil ſit permanens ſemper, ſed ſemper fiens aut decedens in hoc ſenſibili múdo, cùm & forma cæli virtuſque fatiſcat ipſius (etſi cõcreta maximè per nobilitatem formæ) paulatim tamen veteraſcente corporis ſubſtantia, ſicut veſtimentum, quod & Dauidicis verbis conſonum eſt, magis multò in ſublunaribus rebus, in omni etiam affectuum & affectionum genere, licet per excellentiam quandam morbi dicantur res permanentes. Sed quæ de ſomni cauſſis copioſiùs dixi, ſic per tabellam paulò dictinctius cape.

Nihil in orbe vere permanens aut incorruptibile nec celum quidem ipſum.

Digitized by Google

ORDO EFFECTVVM, QVI SOMNum comitantur, inter quos sunt vlteriores ordines plures.	1. ORDO CAVSSARVM Continentium, quæ cùm effectu re ipsa eædem sunt, donec copulantur; velut principia.	2. ORDO CAVSSARVM Præcedentium, quæ proximas antecedunt velut media.	3. ORDO CAVSSARVM. Procatarcticarum, quæ ad efficientis rationem atque elementi exterioris propiùs spectant.	4. ORDO CAVSSARVM. Efficientium potiùs, & maximè externarum.
EXCRETA. Sudores, Ructus, Flatus, Secretiones per aluum, per vrinas, & id genus alia.	1. MATERIES CIRCA quã continens & proxuma. Cerebrum, & vniuersa capitis regio, præsertim circa basim & congressus pariũ neruorum 7.	2. MATERIES CIRCA quam somni, sed præcedens. Arteriæ Soporales, quæ à cordis sinistro sinu ex vna Aorta ramos sursum ad cerebrum, deorsum ad ventriculum proferunt.	3. MATERIES CIRCA quam ab effectu remotissima. Ventriculus cerebro connexus per arterias, potissimum quo ad somni necessitatem.	4. MATERIEM SVPPEDItantes causse. Aeris externi constitutio. Aetas. Propria cuiusque temperatura ad somnum habilis, & id genus alia.
PASSIONES ET PASsibiles qualitates. Insomnia. Recessus sanguinis spiritus & innati calidi à circumferentia ad centrum. Calor internarũ partium. Frigus externarum partiũ.	1. MATERIES SOMNI ex qua cõtinens seu proxuma. Vapores blandi actu ad cerebri regionem iam delati, & locum continẽtem somni occupantes.	2. MATERIES EX QVA remotior. Vapores adhuc in arteriis fluctuãtes, & parati proximè vt in cerebri substantiã influant.	3. MATERIES EX QVA remotissima. Chylus in ventriculo ad huc lacteascens.	4. MATERIES EXTRINseca penitus, atque efficientis speciem obtinẽs. Cibus potusque boni succi.
ACTIONES Concoctio in ventriculo. Generatio spiritus animalis. Restauratio innati humoris & substr. cerebri.	1. FORMA CONTINENS somni. Substantiæ cerebri atque ipsius etiam cordis recreatio per vapores ex arteriis & à ventriculo sursum delatis.	2. FORMA PRÆCEDENS. Delatio vaporum per arterias. Siccitas cerebri restauratio nem innati humidi postulans.	3. FORMA PROCATARctica. Euaporatio ex ventriculo. Arteriarum siccitas.	4. FORMÆ EFFECTRIcium caussarum extrinsecarum penitus, per quas agunt. Ingestio cibi potusque oportuna. Motus excalefaciés & exiccans humidum primogeneum cerebri.

Digitized by Google

Flabes exemplum alterum in febre, quam definiunt calorem acceſſum in corde præter naturam.

CAVSSAE MORBIFICAE.

	1. ORDO.	2. ORDO.	3. ORDO.	4. ORDO.
EFFECTVS MORBORVM ET SYMPTOmata, quorum alia rurſus priora ſunt aliis.	MORBI CONTINENTES cauſſæ morbi eſſentiam intra ſe complexæ, cauſſę Symptomatum præſertim actionis læſæ dicuntur, cauſſæ intumæ, formales maximè vel materiales, Synecticæ, Synechontes & προκαταρκτικαὶ inſeparabiles.	CAVSSAE PRAECEDENTES ſeu antecedentes, cauſſæ fomites vel mediatæ barbaris, vel in potentia proximiore, προκαταρκτικαὶ, plerisque etiam abditæ nominantur, Mediæ quodammodo inter continentes & extrinſecas.	CAVSSAE EXTRINSECÆ προκαταρκτικαὶ καὶ προκαταρκτικώτεραι, προηγούμεναι, προσεχέστεραι, occaſiones, cauſſæ cuidentes, extraneæ, quarum rurſus priores ſunt intra corpus quandoque conſiſtentes.	CAVSSAE EXTRINSECÆ Peregrinæ remotiores ſcilicet & extra corpus ipſum, magisque ad efficientium indolem deuergentes.
EXCREMENTA vt, Duriora vel pauciora, Corrupta, Liquida, Syncera, &c.	1. MATERIES FEBRIS circa quam proxima vt, Cor in quo febris reſident, & à quo totum poſtea corpus incaleſcit.	2. MATERIES FEBRIS circa quam præcedens vt, Locus per quem defluxio fit humoris aut exhalationis putridæ aut vaporis verſus cor, vt vena, arteria, neruus.	3. MATERIES FEBRIS circa quam remotiſſ. vt, Partes cordi deuinctæ per Sympatheian, vt hæpar, mezenterium, ſtomachus, lien, & in febre phlegmonodi cerebrum, lirus, pes, brachium, &c.	4. MATERIEM SVPPEditantes cauſſæ, vt, Natura, Aeger ipſe, Medicus, Aſſiſtentes, Cælum & externa plurima.
PASSIBILES QVALItates, vt, Pallor, Macies & atrophia, Laſſitudo, Vomitus, Naufea, Dolores capitis, præcordiorum, &c.	1. MATERIES EX QVA febri proxima & cordi affecto, vt, Humores ſpirituſue, vel ipſa in corde ſubſtantia actu iam inflammata, putrefcens vel aliter affecta à calore præter naturam. Hinc morbum genitum præcipuè affectu ſiue διάθεσιν vocant, quæ ſui ſublationem poſtulat.	2. MATERIES FEBRIS ex qua remotior, vt, Humores ſpirituſue in venis vel arteriis fluctuantes, quorum priores ſunt qui iam putrefcunt. poſteriores qui nondum putruerunt, vti & in ordinibus cæteris. Huius gratia & Procatarchontis cauſſa prophilactica pars, potiſſ. eſt inſtitura.	3. MATERIES FEBRIS ex qua remotiſſ. vt, Humores in hæpate, Stomacho, Liene, Mezenterio obſtructi, paulatim & putrefcentes, pituitoſi magis in quott. bilioſi in tertianis, melancholm in quartanis. In venis infrà hæpar intermittentibus magis, ſuprà hæpar in continuis magis.	4. MATERIES EX QVA efficiens maxumè, vt, Cibus, Potus, Infeſtum medicamẽtum vel importunum.
FIGVRAE VITIATAE, & actiones læſæ. Oculi concaui, Nares acutæ, Languor facul. { vir. nat. An.	1. FORMA CONTINENS & proxuma Febri, vt, Calor accenſus in corde præter naturam.	2. FORMA REMOTIOR Putredo, obſtructio in vicinis partibus cordi, venis, neruis, arteriis, tunicis.	3. FORMA EXTRINSECA Putredo, obſtructio in hæpate Mezent. vel alia parte, quæ cordi per vaſa vel neruos ſit colligata.	4. FORMAE EFFECTRIces peregrinæ, ciborum multa ingeſtio, vel virtus, virtus medicaminum febri gignendæ idonea.

Quod

exemplū distributionis causa sum in rebus ciuilibus.

Quòd ſi quis exempla hiſce conformia in rebus ciuilibus exigat, ille per vniuerſum vitæ quotidianæ circulum ad res præſentes atque præteritas, ſeu ſint priuatæ, ſeu publicę, mentis induſtriam transferat. Plena eſt ætas hæc corruptiſſima, plenæ omnes hiſtoriæ, pleni Poëtarum atque Oratorum libri, vt ſi obiter illas Lacedęmonum regū Agidis, atque Cleomenis vitas & facta inſignia, quæ Plutarchus retulit, præ oculis ſtatuamus. Etenim vſque ad fortunæ lautioris cumulum euectis Ephoris, quando vnà cum opibus atque potentia rerum cupiditas, ambitio, luxus & inſolentia ſuccreuiſſet, oppreſſoque populo & paſſim exhauſto, ſopitæ bonæ leges viderentur, rerum vbertas omniū ad magiſtratus ſolos, ſeu ciuitatis capita, velut cunctis fluminibus in vnum maris alueum refluis abſorpta altius inundaret, vnde ceu facto diluuio rurſus ſeditiones aſſiduę, & inteſtina diſſidia, legum aliarum contemptus & calamitates in infinitum publicæ naſcerentur: hic ſeſe rex Agis pro plebe offerre nō dubitans, dum legem Lycurgi de ſacroſancta agrorum partitione inſtituere & reuocare ceu poſtliminio meditatur, ipſe oppreſſus potētiorum violentia in carcerem rapitur, & loco præmij, quod virtuti debebatur, cum Ageſiſtrata matre miſerrimè ſtrangulatur; cuius vxorem, ſuo Leonidas filio Cleomeni tradens, cùm eundem Agidis loco in regnum promouiſſet, ob facti improbitatem exulceratis animis, plebs vindictæ occaſionem vndique expectabat. Atqui ipſe generoſæ indolis adoleſcens Cleomenes, ſibi viciſſim ab Ephororū potentia metuens, & partim vltionis ſtudio flagrans, propter amorem illius, cuius & coniuge, & magna virtutum memoria fruebatur, viam callidè ceu quiddam aliud meditatus, & armis, & copiis contra maiorum violentiam muniebat: mox quoq; diſiectis Ephororum ſellis, ipſiſque hinc in exilium relegatis, latè deuaſtat omnia; vltraque rurſus quàm par ſit, & ſupra felicitatis ſortem inſoleſcens eius quem per ſe vix potuit, ab ipſa feruare fortuna contentionis didicit modum: cuiuſque nominibus ſui antè oblitos Ephoros caſtigarat, ipſe nunc omnium excluſiſſimus apud Ptolemæum exulat; vbi cùm denuò propter virtutem, & fide paulatim & maiore potentia valuiſſet, luxum atque torporem iuuenis filij minimè tulit; vnde & ab extraneis ob linguæ petulantiam, & in regem adoleſcentem aſperius dicta turpiter accuſatur, quare vt alter alterutrū metuebat, ita & exitium mutuò machinabantur. Tandem Cleomenis & ſociorum conſpiratione in regem Ptolemęum facta, vnanimes omnes ſimul ab inſenſo populo ſubſidiū expectātes, impetu rem aggreſſi, de ſpe atque ſucceſſu deciderunt, omneſque virtute Spartanica mortem ſe dignam vel arbitrariam alienæ poteſtati præferentes, impetrata venia mutuis ſeſe vulneribus confecere. Hæc eo prolixius, tum vt humanæ vitæ ſpeculum in hiſtoriis, tum vt cauſſarum viciſſitudinem admirandam & mente, & oculis complectamur. Nam ſi quis hic mihi cauſſarum ſeriem in vtriſque generibus formæ ſcilicet atque materiæ expoſitam volet, tantum vel temporis, vel ipſorum euentuum vices ſedulo animaduertat. Dicam in formarum ordine effectus vltimos eſſe, velut morborum ſymptomata, ruinas principum, & rei-

Hiſtoria Agidis ac Cleomenis.

Cauſſarum & euentuum ordo pulcherrimus.

Digitized by Google

& reipublicæ. Cauſſas continentes & proxumas, fortunæ labefactationem, quam & iactura vitæ vel corporis interdum & animorum comitatur. Cauſſæ præcedentes ſunt línguæ libertas, & animus victoria efferatus; has præcedunt exteriores aliæ, corruptorum iudicum oppreſſio, regni & ciuitatis reformatio; has iterum querelæ populares, & bella domeſtica, ambitiones, vindictæ ſtudia, legum & magiſtratus vel principum corruptelæ, donec ad eorundem affluentiam ad ſuos tranſgreſſam limites membri alicuius felicitatē, ceu largam inflationem ſplenis, reſolutorio ordine procedatur, velut ad primam inter extrinſecas cauſſam, quæ tamen ipſa felicitas ex humili paupertate primum, ex Philoſophia & recta rerum gubernatione traxiſſe originem potuit, iuxta communem boni maliq́ue circulum, vti dictum eſt ſuprà. Quin & in materiali genere, licebit ſimili modo conſtituas motricem proximè cauſſam. in populo, præcedentem in magiſtratu ſiue principibus viris, donec ad reges vel omnium capita peruenitur, & ſi ſæpiùs vel in ipſo populo primum ſit cauſſa mouens: vel in ſubditorum aliquo, prout fortuna fert rerum vel ſumma potius Deûm prouidentia, quæ per cauſſas nobis incognitas fandi vbique atque infandi memor, & compenſandę virtutis, & caſtigandorum ſcelerū vel mille occaſiones reperit. Vt ſanè hac ratione vel peſſimi Dæmones bonorum ſortiantur in vniuerſo locum, ſitq́ue ἀνθρωπος ἀνθρώπῳ ἢ θεὸς, ἢ λύκος. homo vel homini Deus, vel lupus. Verùm ita comparatum eſt hodie, vt omnes alterius vitia facilè iudicemus, ſpectantes manticæ quod in tergo eſt, in nos-metipſos autem deſcendere minimè cogitemus. Fitq́ue adeò, vt nemo malorum ſeſe authorem exiſtumet, vnde nec ſibi remedia quærant, nec adhiberi ſalubria patiantur: quin cùm in peccatis proprijs ſibi conniueant omnes, ſibiq́ue ex affectu miſerè blandiantur, cauſſas in principem reiiciat plebs, in plebē princeps vel magiſtratus, hinc vltro citroq́ue iactis conuiciis; fit vti dum mali cauſſam inquirant ſinguli, eiuſdem remedia vel nunquam, vel ſeriùs aſſequantur, poſtquam ex mora ſcilicet pars ita cōputruit, vt totum & vniuerſum vna ſecum in præceps exitium trahat.

Vulgaris error in exquirendis cauſſis rerum humanarum.

Nam non vlla magis præſens fortuna laborum eſt,
Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os: alitur vitium viuitq́ue tegendo,
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat, & meliora Deos ſedet omnia poſcens.

Vt rectè poëta Maro. Tunc enim vbi ad extrema peruentum eſt, tunc ſola vexatio (vt verbis Sapientis vtar) dat intellectum. Tunc vel ſerò ſapiunt Phryges. Mihi tamen ea tum per naturam, tum rationem infixa opinio eſt; etſi ipſum vulgus, vti in facie nævos, ſic vitia magis declamet in rege vel principe viro etiam optimè de republica merito, etſi & à capite maiorem piſcis putredinem, velut vſitato prouerbio iactet: debere tamen nos omnes principibus ſubditos, etiam abſque cauſſarū indagine gnauiter auſcultare, debere interdum & iuſta ſimul atque iniuſta imperia perpeti, præſertim

Cauſſas voluntatis regiæ non inquirendas, cū à Deo pendeant proxumè, ceu mala nobis ceu bona videantur.

Digitized by Google

si antè gestorũ ratio, virtutisq; præteritæ gloria mẽtem in illis prẽclaram, ingenium pronũ atque beneuolum erga rempublicam demõstrarunt. Nam quod ad causſarum inuentionem attinet, illarum cognitio quidem in rebus politicis est vtiliſſima, sed longè tamen vtilior medendi ratio per causſas inuẽtas & exploratas, verùm ipſa earum definitio confuſa in omnibus & intricata vſque adeò ſemper occurrit, vt ijdem euentus nunc ſibi mutuò cauſſæ, nunc cauſſæ vnius effectus, nunc orta à cauſſis pluribus vel quandoq; contrariis videantur. In rebus tam dubiis quid remedij? Nimirũ vt quiſq; in ſe deſcendens ſeipſum noſſe cõtendat, rationem Deo cõmendet atque principibus viris, ad illam cõfugiens Metaphyſicã cauſſã, quod regis cor in manu Altiſſimi perpetuò velut cõmune principiũ pro rerũ particulariũ neceſſitudine ſuſq; deq; verſetur: vnde cùm, Platone teſte, Deũ quendã in terris repreſentet, illud quoq; perpetuò cogitemus, Si bona ſuſceperimus è manu Domini, mala cur non ſuſtineamus?

Deus omnia ad æqualitatem reuocat.

Etenim, vt dictum eſt ſemel, à bono ſummo nil niſi bonum proficiſci poteſt, etſi ex materiei ſpontanea corruptela vt mala hæc eadem ſibi quiſque perſuadeat temerè, ipſamq; diuorũ prouidentiã culpans non intelligat etiam iniqua iudicia iuxta particulares hominum poteſtates occulto dei & multò communiore iudicio ad æquabilitatem reuocari. In hanc ſententiam ex Plutarcho Græcè ac Latinè ſic aliquando luſimus.

Ες᾽ νομῶν ἀικὴ τέλος: Ἀρχόντων νόμος ἔργον,
Ἄρχων κοσμῆντος πάντα μίμημα Διός.
Αλλ᾽ ἀληθὴς νόμος, ἄλλα κακοις πέλει. ἄφροσι γᾶρ,
Σώφροσι δ᾽ ἀνθρώποις γνῶμαν ἔτειτο Θεὸς.

Ius legis ſcopus eſt, opus eſt lex aurea Regis,
Omnipari vex eſt regis imago Iouis.
Verum aliter prudens, aliter legem improbus haurit,
Pro lege hic ventrem ſpectet, at ille Deum.

Sed iſtæc nonnihil ſupra propoſiti metas, rurſum ad Methodi conſtitutionẽ atque principia referamus, illud ex antedictis per epilogiſmum concludentes, quod quemadmodum in cauſſæ cuiuſque particulari conſideratione quædam ad demonſtrationem axiomata propria veteribus ſint obſeruata; ita & hiſce priores aliæ regulæ & communiores canones eruantur, cuiuſmodi pauca pro inſtituti mei neceſſitate vt paucis exhibeam, nõ infrugiferum duxi. Communiſſimorum axiomaton ad facultatem ætiologicen pertinentium id velut præcipuum eſt:

Axiomata communia ad cauſſarũ contemplationem maximè pertinentia.

Nihil nec ſciri, nec diſci, nec fieri poſſe niſi per cauſſam.

I

Itaque omnis inuentio noſtra, iudicium, diſpoſitio, traditio, diductio, explicatio per cauſſas optimè inſtituitur: quæ tamen modò ſub ſigni ac rei ſignatæ, modò ſub ſpeciei, generis aut differentiæ ratione, modò ſub cauſſæ effectuſque nominibus nudis in medium proferuntur. Eſtq; ea vel triuijs peruulgata Methodus, vti naturam rerũ exponere cupientes à ſenſu primum & obſeruatis docendi auſpicium trahant, adiunctiſque principijs ad demonſtrationẽ com-

Digitized by Google

communioribus,qualia vel ex obſeruatis per epilogiſmum fortè collegerint, vel aliorum authoritate tradita didicerint, κατὰ μετάβασιν, ad ſimilia cognata vel repugnantia pulchrè diſcurrant & ex noto ſæpiùs ignota demonſtrent, primum à ſenſibilibus ſignis ſubſtantia, quantit. qualitate, &c. Deinde per definitiones, diuiſiones & compoſitiones varias argumenta connectant, actum in toto,tum in partibus vniuerſis cauſſam primò finalem, inde efficientem colligant,mox & formam atque materiem in ſingulis ea quæ præcedunt ordine,vſque ad cauſſas proximas,effectus primos atque poſtremos: ſed plura de iſtis ſuo loco.Secundum principium eſt:

Orta quælibet ſui principij & hæc illorum viciſſim teſtimonia exhibere. 2

Præſertim proxumorum effectuum indices ſunt cauſſę proxumę:nam ſicut hæ magis in rebus eſſentiâ præſtant,ita & in animis noſtris quò propiora ſunt demonſtrationis principia,eo & concluſio certior,& ad ſcientiâ propiùs peruenitur. Index eſt autem eſſentia vnius eſſentiæ alterius,accidentis accidẽs, interdum & ſubſtantia accidentis,accidens ſubſtãtiæ,materies materiæ, materies formæ,forma materiæ & de cæteris ſimili modo. Tertiò:

Vnius effectus poſſunt eſſe & cauſſæ plurimæ,vel eiuſdem ſpeciei vel diuerſarum. 3

Exempla abunde à nobis ſunt conſtituta. Quartum eſt:

Cauſſæ poſſunt eſſe ſibi inuicem cauſſæ, vel facta cum effectus comparatione diuerſa. 4

Quin vbetiore licentia ſæpè nos formam formæ, materiei materiem appellamus, prout nimirum effectus comparatione vel propinquior ſit vel vnaquęque remotior; vnde rurſus tres primi relationum ordines ſurgunt, vnus eorum qui ſunt effectus tantum, alter illius qui ſolus vt cauſſa nullius effectus dicitur, reliqui promiſcuè ad cauſſæ effectusque appellationem trahi conſueuerunt. Quintum Axioma.

Eadem poteſt eſſe cauſſa contrariorum effectuum. 5

In effectricium genere ſæpè per ſe, ſed in formarum ordine per accidẽs magis, & propter diuerſas ſubiecti ſuſcipientis rationes, vt eadem Martis atque Mercurij quadratura in locis aridis ventos ſerenos & exhalationes è Leuconotho ſuſcitat, in paluſtribus verò vel circa maritima tempeſtates arduas, ingentes turbines,fulgura & procellarum impetus vehementes.Idem: Sinapi appoſitum foris exedit corpus atque exulcerat, intus aſſumptum ob mixturam humidi virtute illius retuſa minimum nocet. Exemplis eiuſmodi inundat vniuerſa natura. Sextum eſt.

Cauſſæ concatenatæ ſunt inuicem. 6

Ita in humano corpore obſtructio febrim atque putredinem efficit, hæc generationem vermium, vnde mox inflammationes atque delyria, & tandem mors. Ita & in rebus ciuitatis, vt anſa anſam trahit, calamitatum cauſſa eſt & calamitas prior: vt non ineptè vulgo ſit trita ſententia: Bonum vel malum ingens, raro incomitatum mortalibus obuenire: in cauſſa eſt ſæpiùs agentis virtutis robur, effectus conſimiles

eadem ratione exagitans & ſuſceptricis materiei multiplex promptitudo. Septimum eſt:

7 *Cauſſarum ſæpiſsimè circulos fieri.*

Iſtius ratio tum ex prædictis facilè, tum mox dicendis tertio libro pleniùs innoteſcet. Adijciam nunc præſtantiſſimum canonem octaui loco, qui quanuis ex præcedentibus inferatur, vel dignitate cæteris eſt præferendus:

8 *Omnis definitio, demonſtratio vel eſt ab effectu ad cauſſam, vel à cauſſa ad effectum, vel ab effectu ad effectum eiuſdem cauſſæ, vel à cauſſa ad eiuſdem effectus alteram cauſſam.*

Reſolutio Logica

Compendio dici idipſum ac fortè commodiùs poterit, Omnis rerum expli catio eſt vel à cauſſa, vel ab effectu. Intelliges autem alterutrum vel primariò fieri, vel cum reductione quadam: quod vti pleniùs aſſequaris; propone tibi Scientiam priùs velut Logices vltimũ ſcopũ, huius enim inueniẽdæ gratia conſcẽdimus ordine reſolutorio, ſiue κατ' ἀνάλυσιν à fine ad prima ſtatim principia, cuiuſmodi ſunt definitio, diuiſio, compoſitio & demonſtratio; ſed & horũ caput ſeu finis vltimus eſt demonſtratio, nam vti ex vlteriore reſolutione eſt manifeſtum, ex demõſtratione vera ad definitionis diuiſionisque neceſſitatẽ ordine cõpellemur. Sit ergo vt cauſſa proxuma Demonſtratio, cuius vocabulum primò liberiùs ac præter vſitatum morem ad veras ſimul probabiles & apparentes extendatur. Demonſtrationis nomine quærenda ſunt eius principia proxuma, forma ſcilicet atque materies: hæc quidem in propoſitionum natura & terminis ipſis; illa in eorum apta connexione ponetur; cuius ſint præcipua capita duo, figura & modus: ambo, vt mox dicetur, ad cõmuniſſima

Demõſtrationis principia.

Forma.

Materies. referũtur principia geometrica vt cauſſas primas & elemẽta. Materies demõſtrationis Syllogiſticæ & plenioris ſecundũ formã in concluſionẽ reſoluitur, & probationẽ vel antecedẽs. Probatio Syllogiſtica in maiorẽ ſiue aſſumptũ, inq; minorẽ propoſitionem alterã ſiue ſubſumptum. atqui horũ cõnexio ſiue ſyntaxis, poſtremò in terminos tres, maiorẽ, minorẽq; ſcilicet tanquã extremos duos, & vtriuſq; amuſſim mediã, in quo extremorũ analogia ſit cõprehẽſa. Sed

Propoſitiones.

Medij inuentio. Loci dialectici & eorũ diuiſio.

Medij inuentio cùm ſit præ cæteris neceſſaria, præſcripti ſunt eius inuenienda duplices loci: Quorũ alij ceu tituli breues & μνημονεύματα monſtrẽt diuerſas argumẽtorum ſedes; alij verò iſtis priores, vt axiomata quodãmodo rationẽ

1 2 ſuppeditent & oportunè vtendi modũ: vulgo in locum maximę, & maximarum differentias diuiſerunt. Vtriuſque demum ſunt ordines multi: quoſdã ad veras demonſtrationes propiùs referunt, vt ex principijs proxumis neceſſariis, vel à definitione, diuiſione eſſentiali, à genere, ſpecie, differentia,

Alia locorũ ſub diuiſio.

1 2 proprio, cauſſa, effectu, toto vel parte. Habes pro fide dialectica ſeruientes à proportione æquali vel inæquali, vt à maiori, minore, ab oppoſitis, ſimilibus, comparatis, caſibus, à communiter accidentibus, ab authoritate, & id genus

3 alijs. Habes & locos Sophiſticos: in dictione quidem, vt accentum vitiatum, æquiuocam vocem, amphibologiam, figuram dictionis, compoſitionem ineptam, vel diuiſionem: in contextu rurſus fallaciam accidentis, à dicto ſecundum

dum quid ad dictum ſimpliciter, à non cauſſa vt cauſſa, præter cõſimiles alios locos; qui tamen vniuerſim, quia non tam à rebus exiſtentibus trahi ſolent, quàm quatenus tales apparent, vel conſecutionem in animo naturę conſentaneam facere falſo videantur, omnes perfecto ad cauſſæ effectusque habitudinem rationalem potius quàm naturalem ſunt reducẽdi: ſed propter errorem ſobolem eo duntaxat fine à ſcientiæ amatoribus ſunt excutiendi, quo venenata medicamina Medico, vitiorum natura Theologo ac Iuriſperito, non vt ſequamur ſcilicet; ſed cauſſa effectuq; cognito, temerè non impingamus. Sed argumentorum ſedes doctè perſequitur Rhodolphus Agricola, & vir inſignis Bartholomęus Viottus, & noſter Collegij trilinguis profeſſor eximius Cornelius Valerius, qui & Grammaticam, & oratoriam, & rationalem philoſophiæ partem vel ſolus abſoluit. Sed multum in iſtis debeo & præceptoribus meis D. Nicolao de Fraxinis, celeberrimo profeſſori Logices quondam in collegio Lilij: M. Arnoldo Eykio rectori quõdam Vltraiectenſis ſcholæ longè doctiſs. à quo & in Poëticis primum, & Græcis literis, ac Philoſophiæ rudimentis primis Mechliniæ ita ſum inſtitutus, vt neſciam an eius amore pollicitis laudibus magicis plus profecerim, an meopte ingenio ſiue natura: præcipuè tamen in omnibus debeo verè eloquenti viro (ſi quis eſt vſpiam qualẽ depingit Cicero) cognato meo ac præceptori obſeruandiſs. D. Bernhardo Huyſmanno, Mechlinianæ iuuentutis gubernatori vigilantiſſimo, cuius vtinam doctiſſima Commentaria in Dialecticen ad poſteros aliquãdo perueniãt. ſed mirum quo fato id vſuueniat paſſim, vt quo quiſque in quauis arte peritior, tum minus de ſe minusque ſentiat, tum ad ſcribendum tardiùs incaleſcat. Redeamus vnde digreſſi. Cùm demonſtrationis bonæ principiũ ſit vel definitio vel definitionis pars (vtpote genus aut differentia) aut cognatum quippiam (vt proprium vel accidens) aut prius quiddam poſteriuſue (vt cauſſa, effectus, vnde & axiomata, theſes, hypotheſes eruuntur) patet ſanè vlteriori analyſi diſcendas eſſe rerum triplices claſſes, quæ primum à ſenſu & obſeruatis accedente & rationis ope; ſed rudi, aut confuſanea nobis ſuperiore libro ſunt conſtitutæ. vt ex ijſdem tanquam penuarijs cuilibet quæſtioni opportuna aut neceſſaria in vſum proferantur. Sed cùm iam in illis vbique ſit habitudo cauſſæ ad effectum per proportionem mediam, in claſſe quidem Metaphyſica ſeu habitudine ad idem expreſſis nominibus cauſſæ vel effectus ſcilicet, in claſſe Phyſica ſub ratione ſigni vel rei ſignatæ, in rationali ſub nominibus entium rationis generis, ſpeciei &c. patet profecto omnem argumenti vim profluere à ratione, quæ ſit inter effectum & cauſſam, idque vel primario, vel cum reductione, quod fuerat demonſtrandum. Erit itaq; & illa locorum diſtinctio commodior forſitan inſtituto noſtro in Phyſicos, Metaphyſicos, & Logicos ſeu rationales; quorum Phyſici ad opinionem magis pertineant, Logici & Metaphyſici ad veritatis certitudinem ſiue ſcientiam; potiſſimum tamen Logici propter determinationẽ prę uiam ex notioribus, duplici modo; tum quo ad nos, tum quo ad naturam ſcilicet, vt ſuo loco vberiùs repetam. Sed vt maiore cũ luce rem

Probatio eximia noui.

Concluſio.

Explicatio alterata.

Locorum alterata diuisio.

satis obscuram & summè frugiferam explicemus. Primò quo ad materiem demonstrationis, secemus hanc iterum in locos inter nos, medios atq; extrinsecos, iuxta tritam veteribus, & peruulgatam viam, occurret hic facile tibi per species singulas in subiecta tabula discurrenti, in quibus simpliciter effectus vel causa sit argumẽti sedes, in quib. reductio, & qualis, & quotuplex requiratur.



Digitized by Google

Vt autem reductionis duplicem modum rectè percipias, in discursu Physico signi vel signati nomen ad caussæ effectusque trahitur appellationem: sic in discursu Logico nomen generis, speciei, differentiæ ad formæ rationem materiæ, atque compositi naturalis. *Reductionis ratio locum omnia ad loca à causa vel ab effectu.*

Sed pro reductione Metaphysica præsertim in locis qui ab essentia rei demonstrandæ vltra citraue longiùs remouentur, ad illam cõmuniorem idæam animus est arrigendus; quæ nihil sit aliud quàm ratio prior causſam effectui comparans, vel argumenti basis analogiam effectus ad causſam, proportionem agentis ad passum occultè in se comprehendens, vt cùm dico: Animalia bruta obseruant iustitiæ leges (etenim reges suos obseruant apes, pro rege castella muniunt, pro rege excubias agunt, & pulchram properant per vulnera mortem, videmus idem in auibus & animalibus cæteris, vt Ciconias punire adulteros, & erga parentes benefactorum memores (ἀντιπελαργῶν) magis multò in homine, cui præter infusos characterismos & rationem natura contribuit, naturæ leges sunt obseruandæ. Hic argumenti basis est ratio prior, vti exemplar iustitiæ vel æquitatis per animalium seriem continuam exporrectum, in quo diffusæ rationis magnitudo, siue potentia à iustitia per humanum genus ad infimam brutorum seriem, velut totum vel multò augustius quiddam discurrens animus concipit, respectu illius quæ ab humano genere ad brutorum ordinem tanquam prioris dimanationis pars occurrit. Vnde argumento à minori ad maius affirmatiuè ducto fit demonstratio, vti à parte ad totum; ac si dicam: Pars hanc virtutem obtinet, multò magis quod partes continet totum. similiter à maiori ad minus negatiuè, tanquam si à toto ad partes argumenteris, est, ac si dicas, In toto compositio nulla apparet eiusmodi ratio, multo minus in parte.

Nam si sit continua magnitudo in partes qualescunque diuisa, quæcunque minor complectitur pars, & à maiori minorem continente complexa est. Quæ autem maior minorem continens non complectitur, nec minor à maiori contenta complecti potest. est autem & totum instar effectus pars, vt causſa siue principium. Rursus quicquid in eodem genere minus potentia potest efficere, magis poterit quod sit potentia maius. Quòd autem maius non potest, id minus multo, quod & potentia minus existit. *Axiomata.*

Eadem ferè est argumenti à simili reducendi ratio: nam si dicas, Ventorum impetus citò & vehementer exorti repentè desinunt & citiùs fatigantur; ergo & violenta imperia nunquam diu manent. argumenti basis in exemplari ratione posita est, quæ statuit nullum violentum esse perpetuum, sed à leui causſa exortos effectus & vehementer concitatos ceu nixos instabili fundamento dissolui facilè, & à causſis contrarijs dissipari. Viden quòd omnis ratio tandem recurrit ad causſæ effectusque siue agentis & passi analogiam mutuam, intercedente communi sententia, quæ nobis hanc liquidò comprehendat. Quin prorsus reductio similis in Arithmeticis à pia *Ratio mathematica.*

memoriæ

memoriæ patre pulcherrima methodo demonſtratur, fractionum ſcilicet & proportionis regulæ ad ſpecies priores quatuor, additionem, ſubtractionem, multiplicationem, diuiſionem, vti mox regulæ communes cæteræ ceu regula duplex, alligationis, falſi, cõſortij & ſocietatis ad proportionum canonem ſiue aureã regulam trium, quæ ex tribus cognitis numeris quartũ ignotum docet elicere, iuxta 19. & 20. prop. 7. lib. elem. Eucl. Queritur enim vbique numerus qui ſic ſe habeat ad tertium, ſicut ſecundus ad primum. quando enim proportionales numeri duo per eundem diuiduntur vel multiplicantur, producta ſeruant eãdem proportionem. Hæc de materie Demõſtrationis. Quod ad formam attinet figuris & modis pluribus exprimẽdam, hic rurſus ad communiſſima quædam & Geometrica planè principia collimandum eſt. hæc autem ſunt ferè eiuſmodi. Quæcunq; congruunt vni tertio, congruunt inter ſe: & quæ inter ſe mutuo congruunt, eadem ratione congruunt tertio: non tamen ſi tertio alicui non ſint apta, ſequetur idcirco nõ congruere inter ſe: aut quæ vna in parte tertij congruunt, inter ſe ſimiliter conuenire. Quorumcunq; duorum alterum conſentaneum eſt alicui tertio alterũ diſſidens dirimuntur & inter ſe. Hinc ſanè particularia magis & propiora principia deducuntur, vt tota ſyllogiſmorum vis in hoc præcipuè poſita ſit, ex vniuerſali propoſitione, vt inferatur vel vniuerſalis vel particularis; ex negatione negatio, ex affirmatione affirmatio, vt medium ſumatur integrè, ac ſit in ſingulis menſura extremorum. Apta igitur extremorum, velut agentis ad patiens mutua proportio in ipſo medio modorum omnium ac figurarum ceu forma & exemplaris ratio eſt, ſub agentis & paſſi nomine, vel effectus & cauſſæ (penes conſequentiam in animo ſcilicet) rationes particulares cæteras breuiſſimè circũſcribens. En tibi demonſtrationis vniuerſæ compendiariam viam, quam opportunè huic inſerui loco, cum vt cauſſarum ratio quàm latè pateat videant omnes, tum vt primarium Logices inſtrumentum Methodo qua comparatur, aliorum inuentionem in ſequentibus (ſeu res ſiue inſtrumenta poſtules) illuſtret magis ac elaboret. Cùm verò ſit oppoſitarum rerum doctrina eadem & prorſus analoga demonſtratio, ſequitur eiuſdem generis axioma nouum ad facultatem quoque ætiologicen referendum.

Forma demõſtrationis in qua cõſiſtat maxime.

Syllogiſmorum axiomata particularia ad vniuerſalem maximè ideam tendunt.

9 *Omnis error & doctrina Sophiſtica ſit per ignorantiam cauſſæ, vel effectus, vel analogiæ quæ inter vtrumque eſt.*

Spectatur enim hic rurſus dupliciter conſequentiæ ratio inter effectum & cauſſam, primo prout in animis noſtris, ſecundo prout in rerũ natura: & cauſſæ quidem eſſentiæ magis ad materiem, illationis ratio ad formam prõpius ſpectat. De forma ſophiſtica dicendum vt ſuprà, de nexu extremi cum tertio: qui ſi ſit legitimus, veram ſcientiam præſtat; ſin probabilis, opinionem tantum; ſi ſpurius vel apparens, falſam quoq; ſcientiæ vel apparentem ſpeciem gignit. Circa materiem & formam peccatur ferè dupliciter, primo non tribuendo effectum cauſſæ cui debeas, cuius errores fœdi & numero ſunt infiniti, vt ſi medicus circa morbi principium acceſſitus in febre acuta vſq; ad ſeptimum diem

De forma Sophiſtica.

De materie Sophiſtica.

Digitized by Google

diem cuncta cum ratione perficiat, nil proficiat; tamen quin morbus alternis vel ante dies criticos exacerbetur. Has tempestates reciprocas imperitum vulgus nequaquam in temporis reijcit rationem. vnde mox alius sequitur longè deterior error, priori tamen ita assiduè copulatus, vt non reipsa, sed ratione ac mutua tantùm vicissitudine dirimantur. is est, quòd statim effectum reijciant in nõ caussam velut caussam. Nam si per crisim à septimo die morbus repẽte profligetur, quamuis eo industria Medici plurimum adiuuarit; soli id tamen naturæ vel fortunæ sæpius acceptum ferent. Vel si fortè sub ipsum septimum diem circumforaneus quispiam vel anus nugigerula, inops consilij, ad promittendum larga & liberalis maximè, superuenerit, vnguentum pectori iubeat illiniri, radices manibus, periapta collo, columbas aut turtures pedibus alligari, verba denique & absurdas orationes admurmuret, sequente sub noctem sudore valido; anne omnis curationis gloria in scraptam scrupedem mulierculam, vel hunc sterculeum impostorem à non intelligentibus deferetur? interim ille qui prius nanauit operam strennuam, extraque sophisticen omnem & vires ægri seruarit hactenus, & morbi potentiam sub primos impetus labefactarit, is miserè ringitur, quippe admirandę huius Gnathonicæ artis ignarus, quam nisi præ cæteris colas,

Artis parasitica necessitas in negotio medico.

Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum,
Concussaque famem in syluis solabere quercu.

Vin' autem exemplum istius canonis oportunum, quod omnes hodie quotquot Louanij degunt, inficiari minimè possunt? Nota est agri fertilis regio extrà portam Diesthensem vel S. Iobi, vt apud nos vocant, hæc intra limites Abbatis reuerendissimi S. Getrudis non procul ab vrbe dissita fontem fortè fortuna mendico cuidam seni fallacię opportunum ante aliquot annos exhibuit; ille etenim sese hactenus cæcum natura finxerat, quò plus pecuniæ valuis assistens templi à prætereuntibus extorqueret; cuius vbi copiam non exiguam comparasset, pertæsus mendicabuli, & ventris probè saginati solamen aliud quærens, vxorem scilicet & nocturna prælia, ad fontem hunc velut ostensum sibi diuinitus abit, oculos lauat & videt. mox prodit per vrbem ingens rei miraculum, secuta est hominem fides. Verùm quid multis? ingens huc vndique multitudo confluit: multi etiam qui claudos ante se finxerant, ibidem loti scipionem & arma deponunt: multi ex persuasione se quoque curatos autumant: plures multò curati per accidens cum huc venissent, effectum in fontis sacri potentiam reiecerunt, velut primariam caussam. Sed parua hactenus loquor; omnes certatim conferunt munera, miraculorum myriades celebrant, struuntur aræ ignoto numini, magna sanè medicorum calamitate in vrbe nostra, durauit enim hic error ad plurimos menses, & munerum summa iam fermè ad centum florenos aut amplius excrescebat. Verùm hanc speciem ineptissimam nõ tulit diuinæ indolis vir Legum Diuinarum ac Philosophiæ peritissimus Reuerendiss. D. Abbas S. Getrudis Philippus Hoesdin, qui fraudem & vulgi errorem fœdum prudenter animaduertens, disiectis tento-

Exemplum.

Digitized by Google

rijs atque tugurijs, passim collectam pecuniam erogari iussit in vsum pauperum : quod opus insigne in ipso non vsque adeò miror, cùm eiusdem cætera præclarè facta meo cum animo voluo, cùm eius beneuolentiam erga virtute præditos viros, eius promptitudinem erga Musas (vti illius cœnobij celebris Bibliotheca testatur) eius liberalitatem inexhaustam erga pauperes (vt annis hisce superioribus abundè monstrauit) & humiles casæ, & castra militum, & orbis hic resonet vniuersus. Eadem virtutum insignia summæ humanitati coniuncta videmus & in Percensis monasterij Abbate Reuerendiss. Domino De Linden, ita palàm conspicua, vt nostro præconio non indigeat, verbis autem ornari minimè possit. Pergamus porrò de Sophistis paucula. Sed cur adeò nostratum error quadrimestris aut septimestris ridendi materiem præstet? cùm durent consimiles aut grauiores multo in regnis plærisque & ciuitatibus per annos plurimos, per infinita annorum sæcula.

Spadisses aquæ. Quot enim illorum millia putes, qui se vel ad Spadenses fontes medicandi

Fontes Aquisgranenses. gratia conferunt? vel thermis Aquisgranensibus lauant? vbi ex diuturna valetudine si sanitatem fortè recuperent, aquis idipsum asscribant potiùs, quàm vel mutationi aëris (cui tamen velut extremo refugio in diuturnis morbis multum tribuebat Hippocrates) vel motui & agitationi corporis, qua nihil præsentius naturæ obsurdescenti ad medicamina, vel immutatæ victus rationi, & ante vt corpus præparent assumptis medicaminibus, quæ sola suffecerint, vt cum grauissimus morbis non absque victoria velitentur. Equidem metallis, lapidibus, aquis & balneis naturalibus virtutes stupendas penitus inesse non nego : sed multa quæ vulgus, quæque ipsa temeritas addidit, huius sophisticæ potestate vel supra naturæ merita tolli, vel infrà deprimi, certè inuitus fero. Vidi meherculè in hac ægrorum infinita varietate afflictos ex calculo, hydrope, arthritide, melancholia, hypochondriaca, & curationis ergo cum abijssent, à fonte reuersos plurimos, qui mala hæc sibi lenita dicerent (quantum fortè vel motus vel leuis purgatio facere potuisset) curatos autem vt non recurrerent, quàm paucissimos noui; quin plures nephritici delapsi in hydropem; tabem, podagrici in paralysim, atrophiam, cachexiam (vt in mearum obseruationum Ca-

Impostura quotidiana. talogo annotaui) non multò post vitam morte commutarint. Cur autem effectum non caussæ vt caussæ tribuant, est hic quoque ratio prior, quod sint hominibus quædam infusa discursus semina inter supernas idæas intellectuales siue congenitas notiones, & phantasiæ infimas species velut medio constituta : Vnde ex vno duntaxat vel altero obseruato excitatus animus simul influente notione congenita, ex apparente duntaxat similitu-

Impostorum exempla. dine primum, & consequentia pènes locum vel tempus, rerum earum consequentium auguratur, quæ loco & tempore continentur. Sic Medici fama permotus rusticus, cum illum omnibus malis nosse apta remedia credidisset; amisso asino prorsus impatiens, consilium quærere non dubitauit. Sed ridens medicus insulse stolidum, & pauliper indulgens, catapotia quædam

Digitized by Google

dam vt ſumeret imperauit. mandatis paruit miſer, aſſumptoque medicamine, concitatam aluum exonerare inter coryleta dum parat, audit fortè rudentem aſinum, ille hunc medicaminis effectum ratus, laude & confeſſione ſublimen ad aſtra medicum ducit. Anne idem quotidie tum in arte noſtra, tum in negotijs quoque forenſibus, in facultate qualibet vſuueniat, aliorum cſto iudicium. Plena certè ſophiſmatis eſt omnis hæc ætas, ſeu mores hominum, ſeu fidem, orationem, artes & ſtudia contempleris: occurrent paſsim tibi iſtius figuræ exempla inſignia, ſi in re medica doctiſsimi viri Matthioli locum de Venenis perlegas; vbi diſertis verbis impoſturarum miranda genera decantantur. Lege & prægrandem illum philoſophum Arnoldum Villenouanum, vt vocant, de ratione examinis eorum qui ſtultè doctrinam medici vniuerſam ex inſpectione lotij & prædictione metiuntur. Neque te pigeat pro rerum ciuilium exemplis conſimilibus capita quædam euoluere Valerij Maximi, Baptiſtæ Fulgoſi, de neceſſitate, felicitate, deque humanis caſibus, de errore, & temeritate, quantum hæc ipſa in iſto terreno puluere pondus acquirant. Sed plura & magis inſignia videmus hoc ſæculo noſtro, vbi profligata inter mortales fide, ſine iuſtitia, non amor erga proximos tantum paralogiſticus, adulterinus, occulto veneno fermentatus apparet; ſed & religio ſacra & ſacri codices hæreticorum adeò ſubtractione, additione & meris ſophiſmatis implicantur, vt niſi Eccleſiæ catholicæ proceres firmiter obſtent, ſuoque nos ſpiritu inuiſibilis ille eccleſiæ parens & caput Chriſtus in vnitate contineat, periculum putem, ne pluſquam Pharaonicam nocem aut Babylonicum chaos iſti nobis tenebriones offundant; cum multi hinc etiam in atheiſmon turpiter lapſi dubitare incipiant tandem, num veræ ſit aliquis Deus, num literæ ſacræ, an cuncta hæc potiùs (vt ſpe metuque intra honeſti ſpeciem mortalium corda contineant) pro figmentis meris aut fabulis circumferantur. Præſertim cùm paſſim videant, quo quiſque ſit nequior aut imperitior, quòd eo promptius ferè vel dignitatis titulum, vel cornu copiæ, & affluentiam rerum, vel valetudinem bonam, & vitæ iucundos exitus ſortiatur. Bonus econtrario ac generoſus vir, etſi per vitam anteactam ſit optimè de ſocijs ſuis, de domino, ſubditis, patria & ſalute publica meritus, ſi tamen vel beneficium non abſoluerit, vel per imprudentiam fortaſſe leuiculum crimen obrepat, vel adeò ad bonum publicum aſpiranti fors fortuna non aſpiret, quin mala per accidens conſequantur; actum eſt illico de rebus illius omnibus, ante geſtorum gloria, atque fortuna: refertur enim omnis effectus qui deinde conſequitur in caput hoc vnicum in non cauſſam velut cauſſam. vide hiſtorias Paradini, & Philipp. Comminei, & Pauli Iouij. Sed perſiſtamus in naturalibus, obſecro. nam inflammatis partibus ſub ipſum vigoris tempus difficulter (vt ait Hippocrates) remedia tolerantur; etſi tum maximè proſint. Quia vulgus quæ temporis & loci connexum habent, in efficientiæ ratione habere conſimilem credunt. nata eſt hinc omnis in arte noſtra infœlix gubernatio, velut de Metallorum,

In arte medica.

In rebus ciuilibus.

In ſacris.

Atheiſmi origo.

Impostura in curatione medica plurima.

Gemmarum occulta vi plurima superstitio. nam si quis radicem Pæoniæ collo appendens ab Epilepsia liberetur, curationem scilicet in radicis potentiam protinus refert. si quisquam lapsus ex arduo loco virentem Iaspidem gestet, nec sese offendat; seruatum mox se à lapide prædicabit. si nucis putamini inclusam araneam pectori alligarit, atque à quartana liberetur; erit quartanæ Medicus fœdissimum hoc vermis genus aranea: Eleganter quidem vt cætera. Interim experimentis eiusmodi iactant se hodie Ambubaiarum collegia, Pharmacopolæ, Mimi, Mendici, Balathrones: Arcanis talibus parantur opes atque pecuniæ, complentur magna volumina, & abortiui Doctores palam væneunt, quibus si togam, barbam & titulum demas, restabit miseris præter inane nihil. Quid autem de rebus magicis dicam; deque Mathematicorum superstitiosa prædictione, & merè sophistica, pro vt eandem hodie in pluribus admirantur? Liceat mihi pro illustranda hac Methodo nostra in partibus singulis atque præceptis rerum vniuersitatem vel vno passim ferire digito; quandoquidem nec ipse pepercerim mihi, quin pridem in fronte mearum Ephemeridum illud professum omnes sciant:

In magicis.
In prædictionibus astrologicis.

Causidicis, Erebo, Fisco fas viuere rapto est.
Militibus, Medicis, Tortori occidere ludo est.
Mentiri Astrologis, Pictoribus atque Poëtis.

Verùm de Mathematicis, accipe nunc horum insidias, & crimine ab vno disce omnes. Quidam in suo Prognostico, ante annos octo, fortè sub nouilunium scripserat exactè futurum nouilunij tempus sub ipsam meridiem, fore autem vt exorto subito vento clades vehemens inferretur; hanc ille prædictionem per totum illius quadræ curriculum paulo indefinitius extendebat, vti illorum mos est. sed fuit in prædicendo felicior quam sperarat. Nam vulgus credulum quia connexim scripta videbantur de nouilunio & tempestate; cùm fortè nouilunium tempestas è vestigio sequeretur, mox omnes infandis encomijs & diem & horam tempestatis prædixisse volebant: Tanta deinceps est habita fides, vt etiam si astra de cælo casura dixisset, crederent: vt ipso nunc etiam à multis hinc annis vita defuncto nomen tamen prædictiones annuæ seruent, & sub eiusdem authoris titulo venundentur. quibus adeo inter mille aperta mẽdacia adhibetur subinde vel à doctioribus fides (vt vulgus sileam) vt nisi tanquam oraculo Delphico credas, piaculum sis meriturus. cùm illa sit in prædictione sophistica totius artis præcipuum caput, rem ita ἀμφυβολογικῶς posse prædicere, vt quicquid eueniat, prædictum esse videatur. Adeò apud imperitos mentitur nunquam, quisquis potuit semel non mentiri. Est huius farinæ apud nos Mulomedicus quispiam, dignus in pistrino qui molam vertat, sitque vbi homines nequam panes pinsitent, & viuos homines mortui incursent boues (vt verbis Plautinis vtar.) sit vnus hic sophistarum omnium in arte medica exemplaris loco. hic aduentantibus vna cum lotio mulierculis tanquam diuinaturus ex tripode, vas vrinarium in plano collocat, in quo descripti characteres, & circuli plures vitale robur & magnitu-

Exemplum.

Exemplũ aliud in lotij inspectione.

Digitized by Google

magnitudinem morbi vna velut balance ſuſpenſam metiuntur: ille interim planè phanaticus & capularis ſenex, promiſſa barba, toruum intuens, tum digitis pectinatim inſertis, & ſeſe in variam figuram corporis vertens, ac ſi cælo velit deducere lunam, tandem & è pectore fatigato vocem rumpens,

Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obſcuris ſalſa inuoluens, ea fræna furenti
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.

Credo equidem quòd neque aſtantes illum, nec ille ſemet intelligat, ita expeditè conceptum ſemel ſermonem longis inuoluit ambagibus, atque vniuerſim omnibus (vt ex multorum narratione collegi) prædicit eadem, & prorſus ſimilia remedia profert, quæ non minoris quam Daleri vnius aut Philippæi (pœnè fuſtis dixeram) ſint faciunda. ſed paruo emitur pœnitere. Neſcio quid autem iſte terribilis Charon, de ventis duobus inuicem luctantibus vel ſurſum deorſum fluctuantibus refert (qui nolit credere ſinat ſe medium aperiri) de obſtructione iterum, & corruptela pulmonis vel hæpatis, de incantamentis magicis & maleficiis, deque appenſa lieni veſicula referta humore maligno & venenato, quæ ſi rumpatur, in morbos comitiales, in lepram incidant, inſaniam, atque paralyſim, in peſtem, in apoplexiam, in malam crucem. cùm interim hi ſint ipſi effectus illius medicaminis quod cunctis porrigit. Nam morbi ſi ſint extrinſeci, vnguẽta vel cataplaſmata parat ex hydrargyro ſiue argento viuo, vnde adactis intro malis humoribus repentè curati, licet nõ ſint, videantur tamen; interim ille pro fuco mercedem tulit. Si morbi interius vigeant (vires conſtent nec ne, non refert) infundit per os vel præcipitatum puluerẽ, vti vocant, quòd vitam fortè cum morbo ſæpè præcipitet, vel Paracelſiſtarum cõmune ſecretum ex antimonio præparato, cuius compoſitio (teſte Mathiolo) ex antimonio & chryſocolla eſt, quibus propter aduſtionẽ vehemẽtem acquiritur mordax penitus & venenata qualitas, vt in metallicis frigidis perpetuò ſolet, etſi in fame calidis per vlteriorem aduſtionem hæc ipſa ſæpius emendetur, quòd planè demonſtrat Præcipitati fabrica ex ſublimato, intercedente digeſtione per aquam cauſticam à Iohanne Vigone præſcripta. Teſtatur & venenatas vires inter coquendum vſque adeò peſtilens nidor, vt qui per nares ex improuiſo attraxerit, ad epilepſiam ilicet atque paralyſim pronior fiat, niſi validiùs obſtet natiuum cerebri robur, & firmum temperamentum. Adde quod vel in minima quantitate ſumptum, vtpote granorum duum, trium, vim tantam in corpus exerceat, vt ſurſum deorſum concutiat omnia, conuulſis etiam diſruptisq; ſepiſſimè vaſis, amicum naturæ ſanguinem cùm viſceribus atque anima ipſa eripere videatur. Sunt mihi, quos nominatim ſcriptos aſſeruo domi, quos alis eiuſmodi profectos ad Orcũ aut campos Elyſios ſciam plures octuaginta numero, tum viri, tum fœminæ. Verùm iſtuc eſt ſapere (vt pulchrè comicus) periculum ex aliis facere, tibi quod ex vſu ſiet. vt autem ad axioma proprius hiſtoriam referamus, propter interlabentis tẽporis morã, à cauſſa ad effectus ante memoratos, non tribuit vulgus euentum

In Paracelſiſtas.

Antimonij præparati noxa infanda.

cauſſæ cui debeat, quin quod prædixerit extollunt potius, præteréque naturæ leges & conſuetudinem omnem, vt poſtea graſſentur liberiùs; quale (ſi debeat) virtutibus nolint, lubenter id homicidio præmium ferunt.

Venena cui interdum non nocent.

Fit verò interdum, vt libro ſimp. ſ. ſi rectè memini, Galenus, refert, aſſumpta venena vel toto genere deleteria vt minimè noceant, natura ſcilicet expultrice forti, quæ cùm aſſumpta ſubſtantia & prauos quandoque humores exturbat; vt plurimum tamen tenuior illorum portio per rariores particulas altius penetrans inſtar fulminum in oſſa, neruos, ligamenta diſcurrit: & ſolidarum partium poros inuadens ex purgatione quidem ante acta curam fucatam ſeu palliatam ad tempus exhibet: verùm interea ſerpit hæc venenata qualitas obuia quęque corrumpens, exedens, inflammans atque exulcerans: hinc velut atra lues vdo ſublapſa veneno paulatim aut morbos comitiales, aut diſſenterias, tabes cum hemopthoi, aut diuturnas paralyſes creat, aut eius generis ſexcenta alia, prout cuique pars vna corporis vel altera caſu, naturaue ſit imbecillior.

Argenti viui noxa lethalis præſertim ex inunctione.

Simili-ter in argento viuo cùm ex natura duplici conſtet, extremè ignea ſcilicet & intercutanea obſepta particulis ſummè terrenis ac frigidis, quæ primis ſint compedum aut veſtimenti loco, propterea inunctis primum ſæua fit repercuſſio prauorum humorum à circumferentia ad corporis centrum propter ſuperficiarium frigus. Et bellè quidem hac ratione ſe multi à calumnia vindicant, quòd ex inunctione tali non fiat nuda repercuſſio, vt verbis illorum vtar; ſed cum purgatione per aluum & vomitum copioſa. Dî talem terris auertite peſtem. Ego eiuſmodi purgationes non deſydero, quæ tantum quod tenue ſit ac pingue in venis eliquent magno natiui humidi caloriſque detrimento: quod autem craſſius, quodque naturæ inſeſtius, affigant oſſibus, neruis & ligamentis; vbi cùm in locum inciderint peregrinum, corrumpi vlterius debeant, mox à putredine qualitatem aſciſcere maximè venenatam: vnde paulò poſt marceſſentes ſolidæ partes, & turpem ſaniem, & immedicabilem viſcum inſtar glutinis creant, cuiuſmodi Medicorum & Chyrurgorum vulgus in lue Gallica à quadam ſimilitudine gummata vocat. hæc ita ſub muſculorum ſinubus hærent, vt nullis ferè præſidijs (niſi calamitate altera vrendo, ſecandoque inſtiteris) delere penitus, vel prouocare ad ſuperficiem commodè poſſis. Accedit iſtis deterior hydrargyrij portio interna nimirum & vrens maximè, quæ ab innato calido paulatim ſoluitur, vt deſtillatoriis vaſculis per aſcenſum ſolet, quod Sublimatum Mercurium vocant, eius potentiæ certè, vt oſſa ad tabem aut ſphacelon ducens corpus mox vniuerſum vlceribus compleat, qualia nimirum chyronia ſunt, & fiſtuloſa, & cacoëthe veteribus dicta, quæ tamen nonnullis ſeſe vix produnt inunctis ante annos decem, aut plus eo, prout nimirum calor illius qui reſoluit pigrior aut feruentior in ſubiectam materiem explicatur. Errores eiuſmodi & ſophiſmata nolui præterire, vt

Impoſtura cum cognoſcenda.

cuncti ejuſmodi Theſſalos vbi cognorint, impoſturis hiſce lætiferis non facilè

facilè capiantur; vtque abundè pateat quantum non modò ad veram ſcientiam cauſſarum cognitio conferat; ſed & vt Syrtes & Sophiſtarum laquei, vt quibus illudunt ſæpè vel optumos viros, inſidioſi adulatorum ſcopuli promptius euitentur, niſi vitam vænalem quis habeat, cui prius reipſa, quàm ratione cuncta experiri ſit animus. Sed nequis ex affectu potiùs quàm re illuſtrandæ ſtudio hæc à me ſcripta exiſtumet, faciam exemplorum finem, illud ex antè dictis ſtatuens, erroris occaſionem omnem in actione, in prædictione, in ſcientia, & arte qualibet potiſſimum ex ignorantia cauſſæ vel effectus, vel eius quæ inter vtrumque eſt analogiæ proficiſci. circa materiem quidem ſophiſticen in rebus, circa formam in compoſitione magis & conſequentiæ ſpecie, quam διαιρετικὴν appellaui. Ariſtoteles omnes Paralogiſmorum ſpecies ad vnam Elenchi ignorationem reduxiſſe viſus eſt. Sed & huius ratio prior in hoc axiomate nono, in cauſſa, effectu vel eorundem habitudine mutua eſt collocanda. Similiter & argumentandi formulæ, quæ multis reflexæ dicuntur vel indiſſolubiles, ceratinæ, cocodrilitæ, vt illud de Cretenſis Epimenidis ſomno, de Corace Rhetore: quæ cum ita ſoluantur, vt verba dicamus accommodanda rebus aliis à ſe, non ſibimetipſis, vti nec ſibi ſcindendo repertus eſt culter, nec ſibi tundendo malleus; quid aliud dicimus, quàm eam non eſſe rebus finalem cauſſam quam arbitrentur? Ita profectò in illa ſorite captioſiſſima, cum malè coherent ad demonſtrationis neceſſitudinem intermediæ propoſitiones, vel vna hac ratione diſſolues, quòd cauſſæ prioris per medias ad effectum vltimum non ſit apta proportio. Solent autem qui capere volunt, idcirco concluſionem ſibi primò proponere reſpondentis animo ſiue ſententiæ ex diametro aduerſariam; mox ordine reſolutorio, reſpiciunt quidem ad probationes proxumas, ſiue immediata principia, deinde ad priora vel antecedentia, quæ illis demonſtrandis inſeruiant, donec ad remotiſſima cogitatione ferantur: ſed inter obiiciendum, id quod probare contendunt, non protinus dicunt; verùm vt meliùs ludant, axiomata communiſſima proferunt priùs, inde & ſequentes concluſiones ordine, donec eò perueniant, vt ad concluſionis à reſpondente propoſitæ ſententiam contradictoriam trahant: vel conuerſim propoſito & conceſſo, vt impoſſibili quiddam aſſumant, concluſionem primò aſſumunt, quam reſpondens vt veram ſtatuit loco principii primi: hinc inferunt iterum propoſitiones varias atque intermedias plures, donec perducant ad impoſſibile, quod eſſe eiuſmodi reſpondens conceſſerit priùs. Hic cui vel aures, vel pectus non acri aceto lotum proſpiciat ſatis in longitudinem, eo neceſſe eſt compellatur, vt quod admiſerit, admiſſum nolit, vel in contextu principiorum aberraſſe demonſtret. Proinde ſi vulpem inuitet grus, in eo ſecuritas magna eſt, vt cùm remotiora principia vel axiomata proferuntur, ſtatim reſpondens exigat, quorſum illa pertineant; aliena à propoſito clamet, inſtet, atque vrgeat acriter, dum opponentis a-

Elenchi ignoratio.

Sophiſmata reflexa, & cocodrilina.

Syrtes captioſæ.

Captandi optima ratio in diſputationequalibet.

Digitized by Google

tis animum more venatici canis exploret,& capiat priùs. Quin malo nodo ſæ-
Sophiſtica reſpõ ſionis modi. pe malus quærendus eſt cuneus;& quod diſſolui non poteſt, vt nodus Gordius, diſcindi protinus debet. Itaque contra ſophiſtam vel rem clamoribus trâſigat,& moueri cepta ſurſum deorſumq; perturbet ſingula,quemadmodũ fieri in concertantium puluere ſolet,vt is qui audiat,nec finis in diſputatione
1 propoſiti,nec principij meminiſſe poſſit. Huius illi ſunt ferè ſolutionum Antiſophiſtici modi,vti vel regerant grauiùs quiddam cùm inſtantia,& exceptio-
2 ne,vt vocant,quales in libellis apologeticis paſſim ſunt obuiæ. Vel vt cùm riſu excipiant,& tanquam impertinenter obiecta reiiciant,extenuentque: vbi magnum eſt acrioris linguę,lapideæ frontis,atque omnis impudentię pondus.
3 Vel poſtremò vti digreſſus à quæſtione præſenti,aliarum rerum commemoratione tenebras ingerat,quo vel inſtituti penitus obliuiſcatur, vel argumento cæteri ſatisfactum putent Plus itaque in diſputando plectrum oris volubile, audacia & pernix animus faciũt,quàm ſæpe vel omnis induſtria vel parta multis ſudoribus eruditio,præſertim quando quæratur (vt hodie paſſim) non tam quid verè ſit quiſque,quàm qualis appareat,& inter hominum ora verſetur.
Concluſio. Oſtendimus demùm vniuerſam demonſtrationis ſpeciem neceſſariam, Dialecticam, & Sophiſticen, & earundem principia qualiacunque in vna cauſſarum,effectuum,& proportiones medię cognitione fundari. Eſt enim in ſingulis ſua quædam peculiaris forma & ſua materies. Nam in formarum ſpecie, ille Syllogiſmorum eſt perfectiſſimus,& ad demonſtrationem imprimis habilis,qui in figura ſit dialecticorum prima,& modo primo: poſteriores hac forma magiſque ad demonſtrationis probabilem ſpeciem pertinẽt,qui in figuris cæteris extruuntur, vel in modorum aliquo,qui ad illum figuræ primæ principem modum recta vel obliquè reducuntur. Ea demum Sophiſtica forma vel ſpecies eſt,cui propter ineptã compoſitionem vel diuiſionem aliquam vocum aut propoſitionum figuræ & conſequentiæ vitium ineſt,vt tamen intuẽtibus obiter rationi conſentanea videatur. In materiei genere neceſſaria maximè eſt cauſſa proxuma,ſeu nudè propoſita,ſeu ſub nominibus entium rationis,vnde à ratione maximè pendet & intellectu;cui,vt poſtea latiùs dicam, ſcientiæ habitus & intelligentiæ correſpondent. Probabilis illa materies dicitur,quæ cauſſas quidem rei probandæ vel effectus includit, ſed quadam extrinſeca ratione,& ſub nominibus magis vel ſigni, vel ſignatæ rei,cui proinde & opinionis habitus quadrat & virtus imaginatrix. Materies illa ſophiſtica apparens & non exiſtens ad ſenſus externos penitus relegetur: quando neque ſcientiam, nec fidem probabilem pro ſcopo affectat;ſed impoſturam palliatã, vanitatem & errorem merum. Sunt itaque totius Aetiologiſmi carceres primi vel effectrices cauſſæ intellectus,ratio,imaginatio,ſenſus. Sed cuiuſque princi-
Principia omnis demõſtrationis. pia propria,quantum ex veteribus colligi datum eſt,in breuem tabellam ita digeſſimus.

Omnis

Digitized by Google



Præter autem sententias nouem ad causarum illustrationem à nobis hactenus explicatas, possem & alias plurimas recensere, vtpote: *Axiomata alia ætiologismum concernentia.*

Quòd omnis effectus & causæ mutua habitudo motus rationem in se includat, & perconsequens istæc perpetuò tria, agens, patiens, & proportionem mediam. 1

Requirit ergo & locum, & tempus; de quibus proinde copiosè inter prodidagmata physici disputarunt. Verùm & nos eodem fonte endeixeos regulam ætiologisticæ facultati maximè copulatam deriuauimus: sed huius explanatio differetur in alium locum. Est præterea & illud propositionis non infimæ loco,

Cauſſas particulares in vniuerſalibus contineri.

Et per conſequens

Quæ nobis fieri fortuito caſu vel contingenter appareant, ſiue per accidens, effectus eſſe per ſe reſpectu cauſſæ motricis primæ.

Sed infinita occurrent iſtiuſmodi, quòd ſi aduigiles paulum. Mihi vero & communiſſima & neceſſaria maximè retuliſſe ſufficiet.

Diſtinctio principij cauſſæ & elementi.

Conſtat ex ante traditis demũ quænam ſit vera diſtinctio Principij, Cauſſæ & Elementi. Etenim Cauſſæ nomen quàm maximè generale eſt Peripateticis, ſimiliter & Principij, ſi loqui liberius voles, vt ita voces quæ vel in compoſitione vel reſolutione ſint omnium prima. Sin accuratè admodum vt Ariſt. Phyſicorum 1. Cap. 1. obſerua dũtaxat ordinem vocum, obſerua ſimul & nominis rationem. Ineptè ſatis hunc locum in ſcholis qui commentantur exponunt: quaſi per cauſſæ nomen efficientes maximè comprehendat, per principia fines rerum vel artium quarumcunque; per elementa formá atque materiem. Eſt quidem iſtius expoſitionis aliqua ratio, ſed ab authoris animo plurimum aliena. Sic enim ait, Cùm omnes doctrinæ vel diſciplinæ, quarum ſint principia, cauſſæ vel elementa, &c. Dein paulò poſt: Tunc enim ſcire nos vnumquodque putamus, cùm cauſſas primas, atque principia prima cognoſcimus vſque ad elementa. Vnde & de principiis primis determinandum priùs affirmat. rectè itaque quid per principii nomen intelligat, oſtẽdit poſtea: nam de materie & forma, ceu cauſſis proximis etiam ſub principiorum nomine diſputat priùs, tandem ad effectrices ordine, per cauſſas medias eleuatur. Quin ipſum principij nomen vt primam & cauſſam proxumam refert; elementum verò quiddam quaſi in reſolutione poſtremum. Videtur ergo & cauſſæ appellationem confuſiùs paulò ad medias potiſſimum retuliſſe; vel, ſi minùs accuratè locutum voles, ad illam communem cauſſarum omniũ (de qua tractat ſecundo libro) rationem extendiſſe. Fortè igitur & Ariſtoteles diuiſionem cauſſæ non in latitudinem vnius tabulę tantum, ſed & in longitudinem exporrexit. Cui nos adiungimus tanquam in altitudinem tertiam, quod alia ſit cauſſa eſſentiæ tum naturalis, tum artificialis; alia verò conſequentiæ in ratione vel dianoitica, quorum definitiones omnium ex ante demonſtratis liquido conſtant. Atqui vt verbo dicam,

Cauſſarum diuiſio triplex.

Cauſ-

Digitized by Google



Hæc de communi cauſſarum indole & diſtinctione præcepta, ad particularem artis noſtræ Cyclognomicæ neceſſitatem vt conuertamus, rerum ordo & tempus expectant.

De cavssis propriis artis *Cyclognomicæ, ſiue ad conſtitutionem Catholicæ Methodi requiſitis.*

CAPVT. II.

Propoſitio.

De cavssis exẽplaribus & elemẽtis Methodi primis, quoad Syntheticam ſeriem, abundè dictum eſt libro primo: nunc autem de propioribus ordine diſſeretur; quarum internę magis ſunt Forma atque Materies ab ipſa methodi conſtitutione, ſi mutuò copulentur, minimè differentes. At iuxta totius fabricæ compoſitorium filum priores occurrunt cauſſa efficiens, atque finalis; ita ſe inuicem reſpectantes, vt ratio vnius in alterius ratione comprehenſa videatur. Nos omnes ſuccinctè prius in tabulam redigamus, quàm particularis de vnaquaque mentio fiat.



Hæc eſt Cauſſarum omnium ad conſtitutionem Methodi ſummaria diſtributio, cuius ſeries in tractatu cuiuſque particulari deinceps eſt obſeruanda.

Effectus diſcurſionis Methodicæ.

Effectus autem diſcurſionis circularis rerum eſt, ipſa cognitio per ſua principia, cauſſas & elementa, quæ quandoque per ſe expetitur ſola, quandoque ad actionem effectionemúe ab animo inſtituitur, tanquam vlteriorem contemplationis atque induſtriæ ſcopum.

Sed

Digitized by Google

Sed quænam ſit huius partitionis ratio, paucis expediam. Diſcurſio Cyclognomica vel circularis ſub motus genere collocatur: Motus omnis ſub actione vel paſſione: dicitur enim motus tam eius qui mouet, quàm qui mouetur. Vnde mox tria in vniuerſo apparent. 1 Is qui mouet omnia, & ab altero non mouetur, infinitus ſcilicet ſecundum actum ac poteſtatem Deus. 2 Id quod mouetur ab omnibus, per ſe nihil mouet tamen, vt materies infinitum quiddam paſſibili vi, ſolaque potentia. 3 Id quod moueri ſimul, ac mouere potis eſt. mouere quidem magis quod ad naturæ apicem Deum ſe altiùs trahit, vt forma quælibet inter principia naturalia, præſertim quo quæque ſublimior data eſt. ſed moueri magis quod ad informem materiem propius ſpectat, vt corpus & qualitas ſine ſyndrome accidentaria, præſertim quæcunque ignobilioris ſpiritus vel animæ vim ſint ab origine conſecuta. Forma itaque ad actiuitatem, Materia magis potentiam reſpicit; connexum vtriuſque, Proportio. Hinc, teſte Proclo, vniuerſa aptiſſimè coaptantur, dum cauſſæ quidem perficientes ad tradendum promptiſſimę ſunt: ſuſceptrices verò ad participationem expergiſcuntur; & illæ rurſus potentiam porrigunt perfectricem: hæ autem potentiam aptitudinis à natura ſuſceperunt. Proinde ſtatim ſubiungit & potentiam duplicem; agentis vnam, quæ mater ſit actionis; alteram patientis, quæ perfectionis ſit ſuſceptaculum. quorum talis requiritur reſpectus mutuus, vt quicquid ſit effectiuum, ſit planè exuberans in ſe, vltroque ad dandum incitetur; quòd vero paſſiuum, ad participationem aſſiduè gliſcat, vt ſit appetitus mutuus, ex appetitu congreſſus; vnde euitandæ priuationis gratia, continua formarum admiſſio vel expulſio circa idem ſubiectum ſiue materiem primam. Communis hæc actionis & paſſionis tum perfectricis & ſuſceptricis cauſſæ ratio ſtatim in ſacræ hiſtoriæ limine per Moyſem expreſſa videbitur, ſi verba ſingula ſententiarumque contextum accuratiùs contemplemur. In PRINCIPIO creauit DEVS Cælum & Terram. & SPIRITVS Domini ferebatur ſuper faciem abyſſi. Hic enim præter æternæ illius trinitatis imaginem, cælum appellat non hanc ornatam ſtellis lucentibus molem, de qua particulatim poſtea loquitur; ſed quandam indefinitam nobis principij agentis Idæam, vti per terram cauſſæ ſuſceptricis, ſi Philoni credimus, & Iohan. Pico in opere Heptaemero, huc illud ſummi poëtæ pertinet,

Partitionis ratio in principijs & cauſſis conſtituēdæ Methodi

Tria præcipua in vniuerſo.

Potētia duplex.

Cæli & terræ nomen in ſacris.

Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus Æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

Vt autem in vniuerſo perficiuntur omnia quodam continuò motu, cuius ſit ſtabile centrum, ſit ſtabilis & primus motor. Idem & in ſcientia quauis inuenienda vel conſtituenda vſuuenire cogitabis: idem denique in hac arte Cyclognomica vel fabricanda Methodo. Oportet enim & motum eſſe & id quod moueat & quod mouetur: quorum ſingula vt proportionem obtineant mutuam, & ſymmetriam nullibi interruptam, ſummoperè neceſſa-

Vniuerſi analogia ad Methodi fabricam.

Digitized by Google

rium duco : cùm illud ſit primum felicitatis caput pro conſecutione propoſiti finis, vt ad finem annixi agentis ſit iuſta proportio ad ipſum patiens. Motus verò cui incumbimus ſit maximè ſimplex angulorum omnium vel anfractuum expers, idemque vel circularis omnium perfectiſſimus, vel ad circulum ratione compendiaria reducendus; vt tum principio mouenti, tum rei circa quam mouetur exactè conſentiat; nec extrà illorum limites digreſſus animus per auios ſaltus, & inhoſpita ſaxa longè lateque à veritatis portu in erroris ſcopulos transferatur. Id autem quod in diſcurſu mouetur & mouet maximè, eſt humanus animus à ſua partim ac Dei prouidētia pendens, orbem verò gubernans hunc elementarem. Quod tantùm mouetur eſt ipſa materies Methodi, circa quam vt rerum natura, vel earundem mutua potiùs & ſecundum artificis ſimilitudinem compendioſa relatio. Quod tantum mouet, eſt vnus qui EST vnus omnium Deus, circa quem natura voluitur vniuerſa, velut centrum immobile, indiuiſum, & qui circa eandem reuolutus in infinitum, exporrectæ circumferentiæ ſpeciem aliquatenus repræſentat.

Ad Deū omnia referenda.

Primò itaque ad Deum omnia ſunt referenda. Sed Deum, vt ſtatuunt omnes, non niſi ex operibus confuſè vel ſub ænigmate contemplamur, quæ cum in ternarium, vt demonſtraui, optimè digerantur, aptiſſima erit & animi, animæque & totius hominis diſtributio in partes analogas tres, quibus reſpondeat & finium numerus cum ratione vniuerſa, animorum ſcilicet habitus tres, reſpondeat deinceps & motus Cyclognomici forma triplex, & Materia triplex.

Diuerſa conſiderationis ratio de anima, deque ordinibus, hac & præcedēte tota.

Quid igitur? nunquid de Anima deque ordinibus ſingulis dictum eſt ſuprà, & nunc eandem repetimus cantilenam? Minimè. Nam illic de Anima dictum eſt, vti pars vniuerſi ad membra eiuſdem cætera comparetur; quippe quæ non tantum circa res exteras occupetur, vel extraneas à ſe: ſed quæ dote Deum pulcherrima in ſe conuerſa, ſeque à ſimulachris ſenſibilibus retrahens circa ſe ipſam celerrimè moueatur: Hic autem de anima differetur, vt eſt effectrix Methodi cauſſa, & quatenus eius diſtributio ad partes Cyclognomicæ facultatis cauſſasque cæteras adamuſſim correſpondet. Similiter de rebus naturæ cæteris, deque earundem ordinibus illic abunde eſt diſputatum, vt ſunt futuræ diſcurſionis præludia, & confuſa quædam μονογράμματα, vtque ad vniuerſi potiùs fabricam ſpectant: hic autem de ordine generatim, deque relatione rerum omnium triplici ſuccinctè & breuiter repetam, vt ſunt iſtius Methodi principia proxuma: quibus nimirum inuicem copulatis perficienda ſit ſphæra Animæ rationalis, ſit conſtituenda Methodus illa Catholica, de cuius circulis, & ratione pleniſſima, dicetur tertio libro.

DE

DE METHODI CATHOLICÆ *Effectrice cauſſa, Anima ſcilicet Rationali.*

CAPVT III.

INter diſcurſionis Methodicæ cauſſas prima ſeſe ſpectandam profert efficiens, idque ſecundum viam planè ſyntheticam.

Cauſſam efficientē duplicem recenſuimus: Primariam ſcilicet, & ſuccenturiatam alteram, vel inſtrumentariam quodā modo, Logici, *ſine qua non*, appellarunt. Horum ratio cum paſſim in triuijs cōſtet, non eſt quod nos diutiùs ad altiora properantes remoretur: mihi etenim id maximè operæ pretium puto, ne in farraginem prorſus immenſam hoc opus excreſcat, ea proferre potiſſimum ex definitionum, diuiſionum, & axiomatωn genere, quæ vel ad propoſitum finem imprimis ſint neceſſaria; vel à veterum, & recentiorum placitis nōnihil paradoxa, & peregrina videantur. Alioqui in hoc naturæ theatro ampliſſimo nihil penè ingenio meo æquè moleſtum fuit, quàm multa vel opportuna ſpectare procul, quę ſcripto non licet attingere; quod multis quoq;, de quibus tractare vberius velim, tēpeſtiuè cogar manum aut calamū ſubmouere. Sed reprimendus eſt ardor inſatiabilis, ne plus ingerere, quam aliquando poſſe conficere videamur. *Efficiēs duplex.*

Nam fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore.

Effectrix cauſſa primaria, vel ſecundū ſe tota, vel ſecundū partes ſuas ſingulas in cōtemplationem cadit. Itaq; primū de Homine toto; mox de Humano Animo; & tandem de partibus eiuſdē ſingulis tractandi ſeriem proſequamur. *Effectrix prima.*

Hominem antiqui Philoſophi, non lubēter admodum, definiunt animal ex anima & corpore cōſtitutum; ſed animam potius vtētem corpore. Nam quod corpus induerit, profectò hanc mortem hominis quandam, vel incarcerationem potius, quàm vitam aut perfectionē arbitrantur: quandoquidem iſte delapſus per alarum reuulſionem animum à diuinis ſeiungat (vt Porphyrio viſum fuit) à quibus intelligentia, poteſtate, & puritate implebatur. Connectit autem generationi, mortaliq́ue naturæ; vnde caduca obliuione, errore, & ignorantia imbuatur. Nos, ſacris initiati fontibus per Baptiſmum & gratiam ſpiritus ſancti, aliud ſtatuamus; quod nec Platoni fortaſſis abſonum fuerit in Timæo, vbi mundum hunc laudat inferiorem, ac Dei opificis prouidentiam admiratur; ideoq́ue vult animum corporibus alligatum, vt mundus ornetur magis, atque hoc deſcenſu authorem omnium res vnaquæque pro ſtatu ſuo colat ac veneretur. Cùm enim hominem ſibi propoſuerit ab initio mundi vt vniuerſi finem, viſus eſt ſanè Magnus ille hominum ſator, ante illorum fabricam obſcuræ cuiuſdam reſolutionis ſpeciem in animo habuiſſe (ſi loqui pauliſper more corporeo licet) à fine primario ad cauſſas proximas, præcedentes, & elementa. Nam quia hominem voluerit animal iſtiuſmodi, teſte Mercurio in Aſclepio, quod ſimul & Deum opificem colat, & cum Deo mundi *Ratio copulæ, qua humanus animus corpori iungitur.*

Digitized by Google

mundi maioris partem hanc infimam regat atque gubernet; iuxta gubernationis sedulitatem præmium consequatur. idcircò eundem ex illa natura duplici, mortali atque æterna conformauit, vt ita productum vtrique suæ origini satisfacere possit, æterna incolere scilicet, & gubernare terrena. Debebat enim sensibilis mundi sphæris singulis imperatrices animas suas. Sed cum in orbe hoc sublunari vnius id animæ beneficio nequaquam effici possit, sitque incorporei ad planè corporeum nulla proportio; idcircò data est huic sphæræ & gubernatrix stella, minitũ anima rationalis, angusto quidẽ ergastulo comprehensa, sed quę sibi cõgenitis alis per infinitos circuitus, omnẽ naturæ ambitum superet, elementorum molem circumfusam, cælos & astra transcendat. Vnde per vices tum vitam cælestem, tum terrenam transigat, intelligentiæ, imaginationis suæ, ac rationis orbes à Deo recipiens, propriaque inuentione definiens, sed certis duntaxat temporum curriculis duraturos. Sunt ergo istius coniugij fines, Dei opificis gloria, mundi perfectio atque ornatus in ordine potissimum constituendus; deinde vt conuersemur mutuo in ciuitate hac vnica mundi inferioris, vtque pugnantes affectibus hisce corporeis æternam magis fœlicitatem (quò spectant omnia) virtute spontanea promereamur. Nam etsi hanc ipsam tribuere ad bonitatem Dei maximè pertinebat; gratis offerre tamen (vt libera potestate scilicet nihil ad diuinam gratiam gratuitam conferamus) non foret omnino absque iniustitiæ nota. Sed cum de finibus sat liquidò constet; dicamus porrò de connexionis modo.

Fines hominis creati & corporibus iuncti.

Cùm Deus in mundo hoc inferiore singula (fortassis & in cælesti similiter nobis parum cõspicua regione) ad ortum, interitumq;, seu generationẽ & corruptionem procliuia fecerit, minus tamen magisque in his vel illis, iuxta maioris concretionis minorisque vestigium, quod à formarum lenone spiritu corporibus inoleuit: Idcircò plantauit in speciebus singulis ad æternitatẽ mundi principia duo, actiuum vnum, vt marem; & passiuum alterum, fœminam. Ita enim amborum sexuum rudimenta primùm in cælis apparent, dum inter Zodiaci signa, inter erraticas stellas, inter quadrantes orbium singulorum, masculina quędam, fæmella reliqua censeantur. etsi ego vsu id obseruarim, à luce potissimum vim esse innati calidi in rebus omnibus; verùm à motu sexuum differentiam: sic vt planè directi & concitatiores circa conceptum, vel ascendentes in orbibus illis eccentricis atque epicyclis, ad masculorũ generationem maximè conferant; præsertim si ipsa materies vtriusque seminis correspondeat: fœmellæ autem conformationes à caussis contrarijs adiuuentur. vt sit plęrisque temporibus visum in regione quapiam nasci subinde continuè mares, subinde fœminas. Habes & sexus imaginem in elementis 4. & eorundem qualitatibus primis, secundis & tertijs. Calor enim & frigus sunt qualitates masculinæ, humor & siccitas fœmininæ Confer te ad plantas atque metalla: est vel in speciebus singulis mas & fœmina, vt in Absinthio, Abrotano, Dactylo, Myrto, præsertim in illis generibus Orcheon siue Testiculorum (si Satyria simul annumeres) quorum ego industria magna voluptatis ergo me reperisse

In omni re naturali perfecta duo principia, masculinũ siue actiuũ vnum, & passiuum alterum seu fœmina.

Digitized by Google

riſſe ſcio diuerſas ſpecies floris figura & folijs oppidò differentes, tum mares tum fœminas vſq; ad ſpecies 36. aut plus eo, infinitas ſi differentias colorum atque accidentarias cæteras quis exquirat. Quòd autem ad communem omnibus in generatione formam attinet: naſcuntur quælibet ex duplici ſemine, peculiari quodam & maſculo, quod ab eiuſdem generis planta deciditur, & communiore altero terris indito, licet vel in hac ſint plantis quibusque propria, quorum gratia inſeuit natura radicibus ſenſum, vt genuinum ab alieno promptè dignoſcerent: Vnde & plures inutiles herbæ vel ſponte ſua ex hiſce infuſis ſeminibus pullulant. Suntque alijs ſtirpibus, lapidibus, rebus metallicis regiones aliæ domeſticæ magis, aliæ exoticæ & peregrinæ. *Duplex ſemen.*

Hinc poëta Georg. 1.

Hic ſegetes, illic veniunt felicius vuæ,
Arborei fœtus alibi atque iniuſſa vireſcunt
Gramina. nónne vides croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur? &c.

& paulo poſt:

Continuo has leges, æternaque fœdera certis
Impoſuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,
Vnde homines nati durum genus.

Ita demum & in hominibus ſemen duplex fœmellum & maſculum, quorum iſtud agentis (teſte Hipp.) illud paſſiui principij obtinet rationem, etſi plærique vlteriore ſectione ſemen vtrumque ſubdiuidát; ac tum in mare tum fœmina & maſculinum & fœmininum ſemen eſſe contendant, quod mihi à ratione penitus viſum eſt alienum. Nam differentiæ ſexus in generatione illa potiſſimùm cauſſa eſt, quod nunc ab vno principio plus, nunc ab altero in molem conceptam fluxerit, & ſi parentum ſimilitudo accidentaria, yt in vultu & aliarum partium conformatione vel ab imaginatione concipientis, vel alia quauis occaſione mutetur. *Similitudo parentum vnde.*

Sed præter hæc ſemina duo particulatim in vnamquamque ſpeciem concurrentia, concipere nobis oportet & ſeminarium tertium, quæ nihil ſit aliud quàm forma ſpecifica intra communioris ideæ ambitum comprehenſa. Etenim ex multis particularibus formis in mundo intelligibili forma quædam conflata eſt vnica; qualem vel omnicorporem, vel pantomorpham viſus eſt appellaſſe Mercurius, dum ex ſpecificis pluribus paulatim in vnam genericam ſubalternam, & hinc in generaliſſimam referuntur. Itaque gignendarum rerum ſpecies vel ideæ, quandiu in illo communi ſenimario deliteſcũt, reuera ſunt vnum quid diſtinctæ ſolum ſecundum potẽtiam ſiue reſpectum ad ſpiritum, qualitatem, corpus atque materiem informandam. Eiuſdem quoq; communis formæ in vniuerſo cõmunis eſt ſpiritus, cõmunis qualitas atq; ſubiectũ, mundus ſenſibilis ſcilicet mundo huic minori vndiq; circumfuſus: quemadmodum paſſim totius ratio aſſiſtit partibus ſingulis, idea communis ſpeciebus *Præter ſemina duo commune ſeminarium ſiue exẽplaris ratio.*

Digitized by Google

inferioribus, vti Sol ſuo calore & lucis viuifico radio plantarum ſeminibus & terræ ſimul aſſiſtit,ea quæ ſunt poteſtate in actum prouocans, quæque imperfecta perficiens & elaborans. Ita enim duobus ſeminibus eiuſdem ſpeciei ad generationem hominis vel alterius animalis ſe mutuo complectentibus accedit illa mox omniformis anima, ſeu ſit ipſius mundi, ſiue in mente diuina,cui radius ſimplex, verùm multiplices ſpecies nondum actu, ſed ſola duntaxat poteſtate inuicem differentes, donec & particularium ſeminum ſpiritus cum vniuerſi ſpiritu copuletur: quod non fit prius, quam illi ſubiectam ſibi materiem, ſeu ſeminis maſſam per qualitates congruas in eam aptitudinem redigant, vt influentis ſpecificæ formæ dignum ſit receptaculum.

In vnaquaque ſemine triplex natura. quod vti commodius aſſequaris,illud imprimis cogita, quod in vtroque ſemine triplex natura contineatur, primò ſubſtantia planè corporea ex mundi elementis oriunda, ſed ex paterno, maternoque ſanguine velut principijs proximioribus. Hanc ſuprà conſiſtit qualitas ſiue ſyndromi accidentaria ex accidentibus multis præſertim proprijs, & neceſſarijs in vnius potentiæ individuam rationem temperata, quæ nobis licet externa dicatur,alijs tamen vel abditis vel minimè ſuccurrentibus, plerunque ad iudicandum ſpeciem profertur eſſentialis differentiæ loco. Supra qualitatem conſtituo Spiritum,qui meo iudicio,& ſecundum mentem Hipp. lib. De dieta de carnibus,à verè innato calido minimè differt, vti nec ille communis ſpiritus mundi ab elemento ſtellarum, quod multi in ore ſæpius habent,intelligunt ſanè perpauci. Hic ille eſt Spiritus aduentantis formæ, vel animæ primarium inſtrumentum: connectit formam corporibus, vti alligatur ijſdem ſpiritus intercedente vehiculo qualitatis. Ille eſt idem ſpiritus quem cenſet Hippocrates cuncta perficere, nectere, videre & intelligere.alioqui enim neceſſe fuerat ex animabus animam naſci quadam multiplicationis inepta ſpecie, ac ſtatim in rudi conceptu habitaret forma perfecta, foretque vel animatum ſemen.abſit, abſit, ſic enim animarum nimis & ganeones & ſcorta prodigerent. Verùm in ſemine cum qualitate (vt dixi) deciditur ab vtroque parente ſpiritus,qui quoniam in eo loco ſunt elaborati,cui à corde arteriæ, à cerebro nerui, & ab hepate venæ plurimæ inſeruntur; idcircò diuerſis humorum atque ſpirituum generibus tribus,velut in maſſam vnicam confluentibus, formatur & corpus vnicum, & vnus gubernator ſpiritus; in quo tamen ideæ permanent illarum partium omnium, figurarum, qualitatum,vnde originem traxit. Nec ceſſat penes illarum occultos impetus & efficaces maximè, poſtquam ſubiecto idoneo proportione media copulatur, diſponere ſingula,vel ab initio in qualitate atque materia,vt formæ ſpecificę(cuius rationem ſemper obſeruat omnemq; neceſſitudinem ad facultates & actiones)hoſpitium commodum,vel ſubſterniculum fiat: quin,mea quidem ſententia, dum toti totus incumbit, toti totus permiſcetur,neceſſe eſt omnium partium cordis, hepatis, cerebri, carnis, neruorum, oſſium, &c. conformationem ſimul incipiat;verùm propter materiæ inæquabilitatem, propterque maioris perfectionis neceſſitatem, non

Subſtantia corporea. Qualitas.

Spiritus.

Spiritus aduentitius.

Generationis forma.

æquè

æquè celeriter cunctas absoluat. prius enim perficitur hepar quàm cor; prius cor quàm cerebrum; prius carnosæ partes quàm solidæ. quæ tamen opinio Galeni sententiæ minimè conuenit. Itaque cum sit penes tempus perfectionis ordo,& quo quidque nobilius, eò tardiùs absoluatur: non erit absurdum, infundi hominis Embrioni primo vitam plantæ velut communiorem ideam quampiam,paulatim vlterius cõtendente spiritus energia; & vitam vegetatricem in animalis ideam stringi, donec postremo in humanam speciem coarctetur. Nam ille infusus vtriq; semini spiritus,& exquisita mixtione in vnum temperatus paulatim se iungit cum assistente foris sibiq́ue contiguo spiritu mundi,dum ex perfectione maiori & qualitates cognatæ inuicem fiant; quæ quidem cognatio cum sit communior primo, magisq́ue confusa, confusiorem quoque sed sibi tamen affinem ex pantomorpho imaginem trahit; ac tandem, vbi perfectio qualitatis ad certam speciem magis accesserit, mox tota species influit ex mundo intelligibili iam actu distincta, cum illi spiritui spiritus mundi maioris,& qualitas qualitati καθ' ὅλων fuerint complicata. nec tamen ex temporis illa vicissitudine diuersas animas in idem influere compositum naturale dicemus. nam ille spiritus qui cuncta perficit, eadem & in vnitate continet, ac non diuersas species inuicem copulat; sed tantum communioris vel minus communis nomine differentes, donec ad eam specialissimam speciem perduxit singula, cuius ideam sibi proposuit ab initio, dum tota fabrica vnius corporis, qualitatis, spiritus, animæq́ue vel speciei esse dicatur.

Nil adeo mirum est virtute vnius spiritus incluſi seminibus ita absolui omnem specificam rationem, vt & sensibile corpus prioris corporis figuram referat vniuersam. Diuisum est autem id vniuersim secundum longitudinem; rursus latitudinem atque profunditatem. In longit. quidem spectamus potissimum ventrem supremum seu caput; medium seu thoracem, & metaphrenum; postremò & infimum quendam ceu lumbis atque abdomine comprehensam regionem. Si latitudinem spectes, subdiuidam rursus in partes principes cor,hepar,cerebrũ deferentes,vt venas,neruos,arterias,& copulatas, vt partes solidas, atq; carnosas: si altitudinem,diducam singula denuo ad minutum vsque in centrum,aream & circumferentiam. Vnde & morbi affectionesque triplices ex motuum triplici specie,tres quoque oppositæ morbis curationum species,quæ tanquam artis capita fortasse non turpiter referantur.

Hominis diuisio vniuersi in longit. latit. & profunditatem.

Homo itaque totius methodi efficiens causa est,non quidem totus,verùm potissimùm secundum animam & corpori præsidem formam.

Nec anima rursus secundum se tota, verum duntaxat sui principem partem in cerebro collocatam, licet eadem princeps & in corde, & partibus cæteris deesse non videatur: verùm agamus primo de anima tota,sicutde toto homine sermo est absolutus.

Animam Organici corporis actum, siue ἐντελέχειαν pro sequentium intellectu ita diuisimus.

Anima distributio.

Digitized by Google



Digitized by Google

Oportet nos autem & animæ & animi ipſius rationem ante omnia contemplari, eo quod hæc ipſa non tantum diſcurſus varios & diſcurſionum circulos præſtent atque efficiant, verùm & circulorum, ordinum, viarum, ac terminorum omnium Idæam Archetypam in ſeſe complectantur, iſſdemque rurſus velut pro fine, pro materie ſiue ſubiecto vltimo ſubſternantur; vnde reſpectu diſcurſionis Cyclognomicæ & cauſſæ efficientis rationem obtinent & formæ, quodammodo verò & finis atque materiæ. Ab ipſa etenim humana mente velut immenſo quodam Oceano tot fluminum recti atqui obliqui curſus oriuntur, in eundem conuerſi denuò reflectuntur, ac poſtremo per animum velut exemplar omnis doctrinæ ac diſciplinæ ordo formatur, in animo natus ibidem & rationem ſtabilem & ſedem fouet ſempiternam. Etenim Rationalis anima, teſte Plotino, à ſummo bono procreatur per intellectũ medium, vnde ab vtroque ſibi deſumens aliquid, per ipſum bonũ vnitatis particeps facta eſt, per mentem verò primã & ordinis & pulchritudinis, quæ in notionum atque idearum omnium optima diſpoſitione conſiſtit. Rurſus cum in mente opifice hanc potiſſimum trinitatem Platonici animaduertant, vnitatem, pulchritudinem, ac poteſtatem, quamuis in deo omnes omnium rerũ ſpecies ſint maximè vnitæ, ſimplices ac ſecundũ formalem rationem connexæ; Deum tamen non tam ex rei conceptæ quàm concipientis natura nunc ſub entis primi, nunc ſub vnius, nunc ſub boni ſummi magis ratione conſiderant; Naturæ vnionis eſſentiam magis annectunt; Boni pulchritudinem; Veri poteſtatem & robur. Itaque in rebus vniuerſi ex hiſce tribus principiis ſacræ ternionis flumen quoddam continuum ducunt, vti monſtratum eſt ſupra.

Cur de anima accuratius diſputandum pro inuenienda Methodi ratione.

Trinitatis progreſſus.

Accedit huic ſententiæ Proclus, etſi diuinis nominibus paulo inter ſe aliter comparatis, Cùm tres ſint (inquit) in diis intelligibilibus occultiſque rationes, & prima quidem obſignata ſit bono, ipſum videlicet bonum ex ſe intelligens, vbi (ſicut ſacra eloquia tradũt) paterna primum eſt vnitas, ſecunda autẽ per ſapiens deſignetur, vbi prima viget intelligentia, tertia per pulchrũ definiatur, vbi intelligibilium eſt pulcherrimum. Secundum tres has intelligibiles cauſſas, tres quoque virtutes in vnitate conueniunt, atque per vniuerſum defluũt, Fides ſcilicet, Veritas, Amor. Fides quidẽ omnia firmat in bono, Veritas autem omnem in entibus cognitionem explicat, Amor denique conuertit omnia congregatque in pulchri ipſius naturam. Subiungit ſtatim: Eiuſmodi ſanè trinitas hinc per omnes deorum progreditur claſſes, omnibuſque ad ipſum intelligibile irradiat vnionem: ſed diuerſimodè pro ordinis cuiuſque ſuſcipientis ratione diuerſa. Nec eſt quod iſtam varietatem in collocandis diuinis nominibus admiremur, cùm cũcta per modũ vnius ſint ſemper in vno Deo, noſtra tantum caduca cogitatione diſtincta. Sed rectiùs hæc Petrus Lombardus ex authoritate Eccleſiæ, cui nos aſſentimur.

Tria formarum genera.

Ex eodem fonte diuinus ille Plotinus in vniuerſo tria deducit formarum

Digitized by Google

genera; prima quidem infimarum & naturalium, quales in mixtis atque elementis apparent; alia verò mediarum & rationalium, quales in hominum genere contemplamur; postremò diuinarum & suprà naturam existentium, vt sunt diuinus intellectus, mundi opifex, rerumque ideæ, id est, diuinæ intelligentiæ actus primi & rerum exemplaria. Harum formarum illæ, quas naturales diximus, materiæ insunt simul & adsunt iugiter; superiores verò & diuinæ ipsi nec inesse videntur, nec adesse iuxta naturæ cognationem; mediæ verò medio sese ergà illam modò gerere statuantur; nam materiæ nõ insunt quidem, sed propensione quadam assistentes eandem fouent, formant, atque viuificant, atque hinc pariunt humanum animal medium inter mentes angelicas & brutorum animas, totius verò vniuersi, teste Mercurio, nodum & vinculum.

Tres vimites animarum.

In hoc eodem animali ab eadem ternione Pythagorica tres præcipuè animorum virtutes colliguntur. 1. Cogitatio, ratio, consilium; homini quodammodo propria. 2. Intelligentia, sapientia, mens actiua; homini cum angelo cõmunis. 3. Coniectura, phantasia, pænes quas vix à brutis, præterquam accidentali modò, dirimitur. Vnde & tres homines alicubi in singulis recensebat, Idealem, Rationalem, & Sensualem, in vnius humani animalis speciem adunitos.

Distributionis ratio in anima rationali.

Verùm vt animorum omnem animarumque partitionem in pauca capita, inque vnam tabellam contrahamus, in qua velut speculo naturam totius atq; actiones singulas accuratius contemplemur: Animam sanè imprimis simplicem homini datam atque impartibilem dico, iuxta similitudinis rationem, quam ab opifice, cuius germen existit, primum est assecuta. Propter itaque partiri nostrum nihil penitus huic dignitati derogatur; etsi enim insectilis est tum anima, tum animus ipse secundum substantiam, diuiditur tamen à ratione nostra iuxta facultatum spirituum atque actionum numerum, quas in nobis oppidò differentes secundum partium corporis atque organorum diuersitatem potis est exercere; quemadmodum in simplicibus medicamẽtis, quorum plurima licet duabus tribusue qualitatibus prædita, sic tamen easdem in vnitate continent, vt nulla ipsarum alteri officiat, sic tamen suo tempore & loco singula suas exerceant vires, ac si in eodem subiecto naturæ contrariæ simul existant, ac prorsus separatæ; cùm tamen in formæ vnius characterismum potiùs coalitæ videantur. Idem ex Solis radio pulchrè intelliges, qui ex ipso lucido corpore lumen in orbem subiectum deferens, natura quidẽ vniformis & simplex apparet, per vitreas verò fenestras variè coloratas, hinc inde transmissus, diuersi coloris speciem induit peregrinam, vnde & animalis spiritus, teste clarissimo philosopho Actuario, in cerebro naturæ simplicis atque vniformis generatur; qui postea ad sensuum singulorum organa dimissus instar solaris radij momento in plures sese transformat species, secundum partis subiectæ indolem; quarum adminiculo commodum fiat ac prorsus analogum diuersi tum sensus tum actionis animalis instrumentum.

Simile.

Anima

Anima itaque cùm sit simplex secundum esse, ratione tamen est diuisibilis, ac primum quidem vita illius, teste Plotino, duplex existit: Prior sanè & ignobilior, per quam fato quodammodo subiecti sumus, est forma corporis corporibus affixa in alio subsistens scilicet, & eius velut pars existens: Hanc diuisimus in sensitiuam, appetitiuam, & motiuam. Posterior & multo priore sublimior, quæque & tempore, iuxta Mercurium, & fatis antiquior nos cum velimus à fato liberat, forma est humani animalis à corpore libera, præses alterius vitæ in se ipsa semper permanens. Ea corpori velut gubernatrix assistit quidem, corporeis tamen particulis minimè permiscetur. Interim per amorē atque affectionem ad sensus quandoque aut simulachra delabitur, subinde in se conuertitur, sæpe & ad mentem superiorem alas explicans, ad ideam idearum vsque conscendit. *Vita anima duplex.* 1

Hæc igitur posterior vita pars nostri immortalis dignior, & veluti vitæ prioris exemplar iuxta artificis normam exactæ quoque trinitatis imaginem seruat, Intellectu scilicet, Ratione, ac Phantasia; quæ quidem potestates tres duobus rursus extremis continentur, Deo nimirum supra omnem intellectum atque naturam; Sensu atque sensibili re, sub animæ humanæ potestate; Naturæ autem affinitate (iuxta Actuarium) sensibilium iuxta & intelligibilium vnumquodque cognoscimus; quo quidem argumento vel solo animorum immortalitatem satis demonstrabat. 2

Mens itaque humana cognoscit vel { Natura & similitudine / Excellentia / Participatione } Ea nimirum { Quæ secundum ipsam sunt; hinc Ratio. / Quæ post ipsam sunt; hinc Phantasia. / Quæ supra ipsam sunt; hinc Intellectus }

Mens quidem superior anima nostra excursu ad similia gaudens, species ac notiones primum intelligibiles concipit, sensui è directo opposita, radium tamen dimittit in facultates ordine inferiores. *Mens superior anima.*

Intellectus verò menti dignitate proximus à mente superiore hanc idearum lucem accipiens, in facultates quæ deinceps sunt spectacula traducit quantitatis atque coloris expertia. *Intellectus agit.*

Hæc deinde excipiens rationis facultas ambigua inter extremas (quippe quæ spectris instabilibus notiones stabiles iungat) imaginationi velut per manus tradit. *Intellectus possibilis.*

Ea demum passioni obnoxia magnitudinem iungit, & qualitatem, figuras, situs, colores, habitus, tempus, & locum; estque eadem ipsa animalibus brutis velut œconomiæ totius apex & regula. *Imaginatio.*

Conuersim rursus à sensibus sumpto initio, vis animi phantastica sensibilium *Sensus.*

Digitized by Google

biliũ rerũ ſimulachris agitata alarũ quaſi ſuarũ explicatu ſeſe in ſublime tollit, cui mens ſuprema oppoſita per diametrum radium diuinæ lucis immittit, quorum concurſus excipiés ratio quę pro natura ſua poteſt ad quæcunq; velit annuere, diuerſis tamẽ inter ſe afflatibus immutata cũcta diuidit atq; cõponit.

Generalem hanc animi partium rationem officiorumque differentias ex ſubiecta tabula melius aſſequeris.



Digitized by Google

DE INTELLECTV PARTICVLATIM *eiusque potentia.*

CAPVT IIII.

HActenus & animi totius rationem & partium singularum sermonẽ cõmuniorem instituimus, ex quo nõ adeò difficile fuerit particulatim singulas ac multò quàm dudum penitiùs intueri; neque id à methodo nostra omnino alienum puto, cùm ea quæ discuntur apprehendantur per modum atque naturam illius quod apprehendit. quare si nec animam neque animæ partes accuratè perspexeris, profectò neque apprehensionis viam modumúe vllo pacto consequeris.

Quod itaque ad Intellectum proprius spectat, vocant hunc actum circa immobilia immobilem atque immutabilem. Diuiditur autem in Communem & cuique Proprium. Proprius rursum in Agentem & Passiuum: voluntáque sic adesse intellectum actiuum passiuo siue possibili, vti oculis simul & coloribus ad visionem lucis externæ radius. Est enim & oculis quidam splẽdor innatus, qualis potissimùm animantium quadrupedum generi circa amphiblistroridem tunicam & ingressum nerui optici, in ipsa vuea tunica illustris apparet, vbi sanè omnium colorum penè vel ad sensum apparent temperatæ inuicem atque commistæ seminales rationes. Ex hac congerie animalis spiritus immutatus proprium fit visionis instrumentum: mouetur autem à colorum externis simulachris; verùm aduenientes extrinsecus lumen solis tum ipsos colores obiecti corporis ad oculum defert atque illustrat, tum colorum seminales species ex aduerso in oculi substantia sepultas excitat, in occursum rapit, in actum denique ex potentia prouocat, vnde per mutuum angulorum occursum visio ipsa perficitur. Compara nunc colores cum simulachris sensibilibus cæteris, cum ipsis etiam Phantasiæ imaginibus; oculum verò nostrum cum anima, humorem crystallinum cum parte rationali; ingenitá verò illam colorum seminalem speciem cum intellectu agẽte, & notionum fæcũdo gremio. Itaque lumen illud externi solis intellectui communi optimè est comparabile, qui à patre luminum descendit, qui quidem parens, vel Psalmista teste, soli se comparat, in sole ponens tabernaculum suum. Sicut verò sese pater ad intellectum filium habet: ita & hic ad intellectum agentem proprium; propriùs demum agens ad passibilem naturæ totius medium, atque vniuersi opificij finem.

Intellectus quid sit.

Simile in oculo humano.

Vtque omnium intellectuum videas colligantiam mutuam, scito imprimis Esse ipsum atque ipsum Vnum quod ex superfluenti bonitate extra se in alia quoque naturarum genera fluxit, paulatim delapsum velut per gradus à perfectissimis naturis per imperfectiores ad imperfectissimas defluxisse, & demum desinere in materiem primam, quæ prope nihil esse videtur. Hinc in Deo primum colligimus esse quoddam absolutum, verum, & supereminẽs; in intellectu esse intelligibile, in anima esse naturale. In primo igitur Ente

Omnium intellectuum colligantia mutua.

Digitized by Google

ſpecies rerum per modum maxime vnius collocarunt. In ſecundo ſiue intellectu per modum idæarum plurium in mundo quodam exemplari atque intelligibili primo. Quantò deinceps inferiorem ordinem mundi res obtinẽt, tanto magis & ab ipſo Eſſe intellectuque primo deficiunt, & ab vno delapſę in multitudinem, modum quoque ſuæ cognitionis magis mutabilem & partitioni obnoxium trahunt. Proinde Max. Tyrius Philoſophus mentem diuinam rectiſſime Soli comparat, cuius poteſtas eſt vno ſimul intuitu cæli & terrarum opera omnia late inſpicere: humanam verò, inquit, more viatorum non niſi mora longiſſima ac diuerſis temporibus vniuerſi regiones peragrare. Ac prior illa eſt quã Plato mundi parentem atque opificem vocat, ſed neque nomen enuntiat quod minimè nouit, neque colorem prodit quem minime vidit, nec denique magnitudinem exhibuit quam nunquam attigerit; tota autem & integra non niſi vacuæ atque in ſe contractæ illabitur menti, quæ tum demum ſeſe illam videre perſpicit, atque in actum ſuum reflectitur, cùm adeò recta & valida eſt, vt aciem ſuam ſynceriſſimam illam in lucem poſſit intendere, cuius aſpectus neque caliget vnquam, neque grauata compedibus virtus nimium ad terrena reuellatur, quin potiùs iuxta conſilium Tyrij aures aduerſus ſenſibilia protinus obſtruat, ſeque ipſam duntaxat veriſſimæ rationis influxui & diuini amoris gubernationi commendet.

Comparatio intellectus cũ Sole.

Intelligentiũ rerum claſſes 3.

Sunt igitur claſſes intelligentium rerum præcipuæ tres, Deus, Angelus, Anima. Deus nihil ſuſcipiendo intelligit, ſed per comprehenſionis modum omnium in ſe ipſo ſcilicet facultatem ſuam communiſſimam diſtribuit inferiora ſingula. Medius Angelorum ordo capit idæas vniuerſales à ſuperiore Bono, ac diſtribuit inferioribus atque per Dei lumen rerum omnium effectiuum earundem rerum ſpecies haurit atque intelligit. Animæ Rationales capiunt rerum ſpecies, in animas inferiores non diſtribuunt.

Quatuor in intellectu dimanatione ſpectanda.

Hæc igitur tibi potiſſimum quatuor ante oculos ſtatue. 1. Lucis diuinæ radium à mente ſuperna diffuſum. 2. Species ſiue idęas rerumque creandarum rationes in ipſo radio exiſtentes. 3. Mentes quæ radium hunc in continuum dimanantem accipiant. 4. ac poſtremò iſtius iam radij formulis fæcundarum mentium vires atque actiones. Primum etenim, vt præclarè Marſilius Ficinus demõſtrat lib. de immortalitate animorum, ille diuinus radius prout in ſimpliciſſima Dei vnitate conſiſtit, ſimplex eſt prorſus atque vniformis; idcirco & idęã vnicã offert diuino oculo, ſed illã interim per multos Eſſendi modos rebus gignendis communicabilem. Quo autem longiùs idem à diuina vnitate recedit, formam magis multiplicem induit, vti linea à centro producta in ipſo eſt indiuidua, recedens autem longiùs in portiones plures extenditur. Simpliciùs itaque radium capiunt mentes ſuperiores, reliquæ verò quo magis declinant, eo & multipliciùs. Fit tamen, vt per illas ipſas idęas pauciores non pauciora videant animi ſublimiores quàm per plures idęas atque diſperſas reliqui tenentes inferiorem gradum. Quemadmodum

ſane

Digitized by Google

ſanè peritus medicus futuras morbi mutationes vno dexterius ſigno eoque communiore facilius percipit, quàm inexercitatus alter aut imperitior, etiam pluribus ſignis hinc inde collectis ac minimè in vniuerſalem vnitatem confluentibus.

Intellectus externus ſecundum Ariſtotelem agit in poſſibilem ſpeciem intelligibilem procreando, in phantaſiam verò influxu partim, partim verò abſtractione: Influxu quidem, penes quem inferiora excellentiore modo continentur in ſuperioribus; Abſtractione, dum ſpecies Phantaſiæ ex potentia in actum prolicit, non aliter quàm ſi quiſpiam cui ſint eneruatæ vires non niſi alterius robuſtioris adminiculo nauim trahere poteſt, ille ſuccenturiatus operi, atque vt agens præcipuum ad hoc obeundum munus accedens, formam de actiua potentia imperfecti agentis educit, promouet, atque confirmat. *Intellectus ſuperni actio in inferiori atque poſſibilem.*

Ad ipſum igitur intelligendi actum hæc velut vlteriores cauſſas atq; principia requiri cogita, Deum ſcilicet primò & mentem primam velut communes efficientes cauſſas: innatam verò notionem ac formulam tanquam agens proprium atque ſecundum: tertiò, ex ſenſibus elicita ſimulachra velut incitamẽta ac reminiſcentię cauſſas effectrices: quartò, humanos animos finis rationem continentes, ſubiectióque & materiæ locum. *Ad intelligendi actum quæ requantur.*

Quòd verò ad intellectionis modum attinet ipſis humanis mentibus abditiſſimum, ſtatuit illum Plotinus verſari ſemper circa diuina modo quodam indiuiſibili. Mihi tamen ſecundum receſſum ab intellectu primo ac propter affectionem ad potentias inferiores nonnihil quoque à ſummi Boni ſtabilitate deſciſcere & mutabilitatis vmbram induiſſe videtur; in qua nihilominus ſupra facultates animæ cæteras naturæ vnius ac ſtabilis imago pulcherrima ſemper eluceſcat, quare & tres illius agentis intellectus particulares aliæ velut ſpecies à pleriſque recenſentur, Influere nimirum, Abſtrahere, atq; Intelligibilem ſpeciem procreare. Hæc autem ſingula velut in momento præſtat ac celeritate tanta in pleriſque, vt ſuamet inter diſcurrẽdum veſtigia concitatus animus ægrè aut obſeruare aut perſequi poſſit, multò facilius ſurſum deorſum in orbem agitetur, quàm qua via inſtiterit animaduertat. Vnde & Intellectum velut lumen Plotinus appellat mira dexteritate perpetuò in ſe reflexum. Etſi verò hic actus illius inconcuſſus quodammodo atque perpetuus ſit; fit tamen, vt ipſi non percipiamus: quamdiu etenim principale agens vim ſuam vſque ad ſenſus limites non traducit, nondum per totam animam actio iſtiuſmodi propagatur; quare necdum agnoſcimus, quippe qui vnà cum ſentiendi virtute ſumus, & perpetuò (niſi vi contenderimus ponere hæc ſimulachra ſenſibilia) per eadem ipſa à vita ſuperiore diſtrahimur, atque in vmbra potiùs cognitionis quàm veritatis luce iactati retinemur. Sed vt rem in pauca conferam, vnumquodque animatum quamdiu viuit, tandiu per ſeipſum munus proprium ſubit; verùm tunc demũ id nobis contingit animaduertere, quando facultatum ſit mutua quædam *Intellectionis modus.*

traductio,ac velut actionum anguli diuersis agentibus prorogati circa mediũ complicantur. Rectè igitur Plotinus, Atqui quamdiu in superna extitimus regione ,in ipsa mentis natura (inquit)quondam fœlices nos bene gessimus, & in vnitatem omnia colligentes meditabamur: intellectus enim tunc erat qui solus intelligebat, anima verò quietem agebat,mentis officio atque actioni ritè concedens. Postquam verò huc delapsi sumus vicissim animo persuasionem inducere exoptamus tanquam exemplar volentes in imagine cõtemplari , etsi interim ratio naturæ ambiguæ ductu paulatim transferat imaginem in intellectum verum,qui sanè idem est atque illa quæ verè intelliguntur vereque sunt & omnium prima.Ex quibus facilè patet , mentem superiorem , quæ in patria quondam sua impartibilis fuit, iuxta Platonicos, nunc rationem subire nonnihil diuisibilem; & quæ quondam fuit cognitio pura , simplex , determinata , nunc factam vmbratilem , confusaneam & determinationis indigam , vel cuiusdam excitamenti potius per sensum & rationem.

Anima flatum ac corpora secum dam Platonicos.

Porrò cùm facilè quicquam percipere nihil sit aliud,quam rei naturam attingere, difficulter verò intelligere contra : cùm rursus attingere naturam rei sit ab obiecto moueri;sit sanè vt ab ijs quæ Entis rationem magis minusue includant,intellectus noster non tam facilè moueatur ; quòd hæc quidem à natura motionis actiuæ,illa verò à motionis passiuę indole plurimũ deficiant. Habes in quibus versetur potissimum omnis intellectus nostri labor & difficultas . Verùm de cuiusque facultatis obiectis sermonem subnectemus , si prius in animis humanis eas vires quæ sunt ab intellectu reliquæ, paucis prosecuti simus.

FACVLTATIS RATIONALIS *particularis consideratio.*

CAPVT V.

Imaginationis actus ante rationem.

QVANTO laudis atque decoris interuallo mens rationem superat, tanto & Ratio vim phantasticam,Phantasia verò sensum atq; naturam inferiorem.Etenim (vt verbis Actuarij loquar lib. 1. de spiritu animali) sensationum formulas excipiens Imaginatio quasi ab anima rationali susceitata inquirit pertractatque singulas, sed Minerua crassiore. Tantum etiam inest erroris atque vesaniæ huic infernæ animi parti,vt quæ vel ipsi naturæ concessa non sint,sibi vt fingat concedi liberum putet . Ac sanè in errores sedissimos hęc nos cito conijceret , nisi exploratrix Ratio insanos huiusce impetus obiurgans acriter increpansque tanquam è specula cohiberet . Namque hæc in alium rerum apparatum , in altius sese theatrum conferens spectra inania cum ingenitis notionibus confert,mox & bonos promos & condos imitata,quęcunque ab illa

ab illa exegeris, partim ad manum habens, partim veſtigans altiùs, ſurſumque & deorſum verſans ſingula, poſtquàm inuenerit, elargitur.

Ratio quid.

Eſt igitur Ratio ſeu Cogitatio vera (vt Marſilius doctiſſimè tradit, comm. in 1. lib. Plot. enneadis 1.) intelligentia quædam latiùs explicata, quæque modò intellectum attingens vniuerſales rerum ideas intuetur, modò ad imaginationem deuoluta, perq; ipſam ad ingenium animalis vniuerſales characteriſmos ad particulares vſque deriuat, modò has cum illis variè comparans, quo cõſentiant, quoue diſſentiant, diſcernit & iudicat. Etſi interim non rectè putet Marſilius per diſceſſum ab intellectu ad ſingularia animum componere, aſcẽdentem contra ſtatuat in reſolutione verſari, niſi (quod plerisque etiam claſſicis viris in vſu video, qui hæc nomina ſyntheſim, analyſim, diæreſim turpiſſimè confundunt) per compoſitionem diuiſionis nomen voles ſubaudiri, per reſolutionem compoſitionis nomen intelligas diuiſioni prorſus oppoſitam: quanquam qui plura in vnum colligant, non tam reſoluere quam componere atque vnire meritò iudicantur.

Facultatis Rationalis expreſſio.

Verùm licet ex antedictis omnem facultatis rationalis indolem perſpiciat facilè quiſquis ingenio valet, ne tamen in ipſis principijs iuſto vel ſtrictior ſermo vel obſcurior plerisque videatur, paulo hũc latiùs quàm propoſuerim extendemus. Volunt autem Rationis diſcurſum Metaphyſici nobis vel maximè proprium ac penè ſolùm perfectè circularem; nam cùm ſit media inter diuina quæ ſemper manent & quaſi conſiſtunt, & naturalia quæ lapſu quodam motuque recto à ſeipſis digredi ſolent, vna hæc meritò plenam ac ſolidam conuerſionem adipiſcitur inter ſtatum rectumque motum quodammodo mediam. Idcirco & Plotinus ſic rationem quandoque intelligit, vt quamuis natura ſit vnica & à cæteris facultatibus extremis actionis iure diſtincta, triplicem tamen ſecundum acceſſum receſſumque & circuitum varium appellationem mereatur. Etenim quandiu circa ſe ipſam voluitur, atque in ſe reflexa contuetur, proprijſſimè rationalis apparet totius conuerſionis meta, centrum, atque perfectio: cùm ad intellectualem ſeſe naturam recipit, ipſamet intellectualis efficitur: cùm ad imaginationem, animalis ſiue phantaſtica: vt non ineptè illud ex antedictis ſtatui poſſit, veros diſcurſionum circulos neque in phantaſia, neque in intellectu ipſo velut ſubiectis eſſe collocandos, ſed potiùs in ratione media. Nam cum intellectus ſtabilis ſit, actionem non niſi ſtabilem prodit, qualis ex orbe ſolis puriſſimo fluit, dum lucis ſuæ radium in hæc inferiora tranſmittit: ille enim licet per lumen atque viuificam qualitatem orbes cælorum perrumpat intermedios, naturamque ætheream tranſiens per aërem demum atque elementa cætera vſque ad vniuerſi centrum permeet, motum tamen alium à cæleſti nullum habet, nec propriè ad corruptibilem hanc regionem peruenit, ſed contingit tantum ſecundum radiorum ſcilicet continuum dimanationem. Imaginatrix potẽtia inſtabilis quidem, inſtabilem actionem ſuſcitat, quæ tamen propter ordinis inopiam & cohærẽtiæ (quorum vix vmbram ſatis aſſequitur) in ſolidum circuitum ſuapte vi pertrahi minimè poteſt.

Cœlainum.

Imaginatrix potentia perfectior cæleſtibus non poterit explere, nili ratione adnumeratis.

Digitized by Google

Intellectus stabilis in orbem propriè & per se non mouetur.

potest. Itaque in intellectu sunt quidem omnium circulorum ideæ perfectissimæ & maximè stabiles; sed quia propriè non mouetur, nec ipsius est propriè qui discurrendo circuitum facit, verùm ipsamet ratio iam intellectualis intellectus radio perculsa scilicet, atque ex illo non aliter quàm ex puncto linea nascitur, primam ascensus descensusque semitam ducens, in qua profecto simplex & primum apparet conuersionis totius rudimentum, quale in linea orbiculariter in se reflexa, quam circuli circumferentiam vocant, ex hoc principio ascensus descensusq; & circuitus primi, vti diximus, fiunt in longitudinem solam, & iuxta relationem quæ fit æquiuoce ad idem cõmune punctum siue principium; eamque conuersionem idcircò Metaphysicam diximus & ab intellectu dependentem, quòd quamuis ratio sit caussa proxima, hanc tamen non à ratione (vt ratio est) perfici videam, sed quatenus à notionum ratio ac mente superiore formetur. In Phantasiæ sensu veriùs conuersionum vmbras quasdã & typos rudiusculos quàm solidos circulos possum animaduertere, nõ quidem propter stabilitatem nimiam, vti in intellectu vsuuenerat, sed propter motionis ἀταξίαν: nam quamuis ascendat descendatq;, variè etiam componat ac diuidat; in orbem tamẽ hæc minimè continuũ venit, nisi intercedens ratio spectrorum mobilitatem infusæ desuper mentis stabilitate vinciat ac refrenet. Illa etenim rerum addiscendarum formulas partim ex seipsa possidẽs, partim ex alto hauriẽs, intelligẽtiæ lumen in phantasiam defert, vti Lunæ corpus cæterorum planetarum & siderum radios in orbem hunc elementarem, vnde & phantasiam afficit ratio, & ab eadẽ rursus afficitur iuxta diuersas obiectorum species, quæ per intellectus lumen abstractæ & per rationem sublatæ altiùs expenduntur, donec in orbem reuolutis omnibus, *Concretam exemit labem, purumque reliquit Aetherewm sensum, atque aurai simplicis ignem.* Hic autem orbis secundus nondum quoque ad sphæræ aut orbis perfecti essentiam vsq; pertingens instar tantũ superficiei orbicularis appelletur, qualis rotundi Colossi forma (si basim vtrinque exceperis) rudi quodam modo concipi potest. Nascitur quidem ex simulachris velut punctis pluribus à ratione media iuxta similitudinem superficiei in se ipsam reflexæ circumducitur, à radijs autem superioris intellectus ac notionum occursu vndiq; velut lineis quibusdam terminatur. Ideoq; non ineptè à sensu ac phantasmatibus orbem educi alterũ fecimus, vel orbis rudimentum potius superficiei scilicet orbiculari comparabile in lõgitudinem & latitudinẽ exactam prorogatæ, quamuis interim latitudinis ratio ab ipsa propriè imaginatrice facultate dimanet, includẽs longitudinẽ haud aliter quàm superficies lineam, & discursus physicus priorem hunc metaphysicum. Et nos hãc quoq; conuersionẽ Physicam appellauimus cum relatione quadam vniuoca scilicet ac secundũ idem cõmune principiũ; quod quamuis eam potissimum ratio præstet atq; perficiat, nõ tamẽ id ratio possit vt ratio solùm, sed quatenus rursum à spectris sensibilibus primũ sibi agitationis momentũ ascisc at, ac deinceps per occursum radiorum ex mente superiore eandem illustret, foueat, atq; cõcludat. Cæterùm proprijssimæ rationis in rationalis animæ tanquam meditullio constitutæ propria quædam virtus est statuenda, qua circa se ipsam

Orbis rudis diagramma in intellectu.

Orbis in phantasia qualis.

Proprijssima rationis actiua & potestas in qua & orbium ratio perfectissima.

ipsam voluitur, orbem sibi peculiarem fingens discursu Logico, ad medium quendam idęarum ordinem (qualis nimirũ cum ratione conuertitur, & rationalis discursus seminarium appellatur) explorans singula hic & se velut in speculo cõtuetur, atq; animi totius extrema componit. Nam quæ similitudinem seruant (vt inquit Max. Tyrius) inuicem comparat & quasi omnia connectit, confusa aut repugnantia diuidit, inordinata in ordinem, dissonantia in consonantiam redigit. Sit ergo hæc species conuersionis tertia orbem præ se ferens lõgè absolutissimum, quodammodo vnum atq; à sola ratione perfectum: quodammodo rursus ex pluribus cõpositum non tãquam partibus, sed principijs à quibus dimanarit, vti corpus à puncto nascitur producto in longitudinem primo, deinde ex lõgitudine paulatim in latitudinem atq; profunditatem. Nam sicut altitudo corporea siue profunditas & lineam & superficiem continet, ita & Ratio quodammodo intellectum, cogitationẽ, ac phantasiam, partim sanè à facultatibus extremis; partim à seipsa suæ motionis auspicium sumens, easdem rursus extremas plena conuersione ligans atque perficiens.

Orbium præcipuorum triũ in anima vberior explanatio.

Verùm vt rem alioqui obscurissimam in compendium traham, Mens primum actiua in totius huius theatri fastigio posita actu perpetuò lucet, qui tamen potẽtijs inferioribus non semper æquè sit perceptibilis, nisi tum ipsius vicinæ rationis afflatu, tum à simulachrorum quadam similitudine prouocatus idęis fœcundum radium vsq; ad inferiora demittat. Huius enim intuitu ratio velut amplius animata in rebus vix bene per sensum animaduersis ordinem deprehẽdit connexumq́; mutuum & relationẽ ad vnitatem quandam, sed rudem atq; vmbratilem, sub nomine finium scilicet, caussarũ, principiorum atq; elementorum in quauis actione atq, notitia. Vnde per notiones firmata vis rationalis ascensus descẽsusq́; scalam primam velut in longitudinẽ trahẽs classes cõstituit, quibus obiecta postmodò sensibilia sistat, vt in istis adhuc mobilibus & inconnexis dependẽtiæ mutuæ seriem deprehẽdat, atque ita per caussæ cognitionem veram scientiã assequatur. Ex aduerso menti facultas imaginatrix rationi mediæ conceptas per sensum & adhuc dispersas species sensibiles profert, à quibus incitata ratio mox vltro citroq́; fluctuat orbi priori transuersim alterum ducens & κατ' ὀρθόγωνον, in quo res ante diuulsas secundũ idem commune principium spectans in naturarũ vnitatem vniuocam trahit, vel vnitam rursus in plures dirimit, donec vtrinque sæpius vel extrema contingat, quibus peractis adiungit circulũ tertiũ, vti diximus, sibi proprium atq; familiarem in notionum atq; imaginum copula consistentẽ, & relatione quę circa idem circa seipsam voluitur, siue circa idęas potius rationi insculptas, qua ratio verè talis existit. Ergo res primũ simplices sese offerũt intellectui nostro, Sẽsus multiplices videri facit atq; cõfusas. Ratio vtrinq; affecta primum classes caussarum ad finem vnumquemq; dirigit secundum ordinis idęam quam à mente suscepit, vbi sępe & plenam conuersionẽ perficit, deinde adhibitis singularibus per sensum receptis in phantasiam primũ per epilogismũ ascendit, rationale atq; irrationale in vnius sensibilis speciẽ colligens. (quam actionẽ plęriq, compositionẽ

Summa præcedentis doctrinæ.

rectè,

Digitized by Google

rectè, alij resolutionem nominant, instrumẽtum natura diuisioni oppositum, ipsaque prius multò atque antiquius.) Sensibile verò & insensibile rursus in vnius animati naturam congregat, animatum atque inanime in corporeum, donec ad substantiam recta quadam discursione pertingat, post eadem rationalis vis subinde aspirans in circulum per analogismum ex vniuersali notione procedens substantiam primo corpoream in animatam atque inanimem separat, animatam rursus in sensitiuam atque insensilem, sensitiuam in rationalem & rationis expertem. Postremò hæc eadem virtus sui ipsius imaginem contemplata circa se ipsam vertitur, & res diuersas componens inuicem, aut connexas separans, tertium quendã instrumentorum circulum peragrat cuncta explorans altiùs per diffinitiones, diuisiones, ac demõstrationes: atque hic partim ascensus descensusque ordinem subit ex instrumentorum diuersi generis collatione mutua, vt quoties à definitione ad diuisionem, & hinc ad demonstrationem expatiatur; partim eiusdem generis instrumentorum cõparatione ad se inuicem facta, vt à definitione communioris ad definitionem minus communis, & è conuerso; partim denique instrumẽtorum ad suas partes atque principia è quibus cõtexuntur, vt definitionis ad genus & differentiam. Hæc de natura rationis, deque agendi modo satis prolixè tradita altiùs tamen quisque infigat velim, si & ea quæ à nobis dicta sunt dudum dicendaque & repetenda insuper probè assequi volet.

Digressio ad imaginatricem facultatem.

Nunc ad Phantasticam vim inter animi facultates infimam veniamus, si primum hic obiter contemplatus fueris, in animantibus brutis animæ totius apicem non vsque adeò sub sola imaginatrice potentia collocandum, quin & rationis passibilis characterem paulò altiùs eminentem obtinuerint, etsi turbidum valde, etsi à mentis ordine humanæque rationis præstantia oppidò alienum. Quin si liberiùs loqui cum Platonicis liceat, videtur & rebus omnibus infusa diuinæ mentis particula, quæ tamen animabus hisce inferioribus non sese insinuat vt hominibus ratio, neque rursus assistit proximè vti intellectus rationi, verùm vt phantasia potiùs rationalis, vt exterior tantum dux ac gubernator quispiam, dispersas res in multitudinem, pulchri rursus afflatu continuaque per gradus similitudine in vnionem atque consensum vocans. Eò & illud fortè Maronianum spectat: *Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus Aethereos, &c.*

Aliquam quoq; rationis ideam & in brutis cluere.

DE IMAGINATRICE POTENTIA *particularis consideratio.*

CAPVT VI.

Sensuum externorum vsu ante Phantasticam velut excubias agens.

Sensus humani tanquam in animæ vestibulis excubantes discursionum principia à rebus externis hauriunt, eaque intro ad mentem vsque transmittunt, vnde nõ aliter quam si quis (teste Tyrio) longi connexique ordine funis extremitatem alteram quatiat, cõtinuam concussionem per medium spacium ad alteram extremitatem facilè du-

cit, si c

cit, ſic & humanæ menti exiguo principiorum hauſtu, diſcurſionum orbes continui fluunt, penes conſequentiam non modo dignitatis, loci, temporis, qualitatis, ſed & naturæ totius communionem, legum affinitatem, cauſſæ denique & effectus habitudinem mutuam, in quorum apprehẽſione omnis notitiæ, omnis in actione qualibet felicitatis cardo verſatur. Nam quia Poſſibilis intellectus per affectionem quandam erga multitudinem ab intelligibili natura plurimum deſciſcat atque deficiat, ſupremi illius luminis formulas non adeò promptè dijudicat, niſi priùs, velut cæcutiẽtes oculis ſolẽt, in rerum ſenſibilium opacitate fuerit exercitatus. Idcirco enim corpori in quo vires ſenſitiuæ præ cæteris fulgent natura coniunctus fuit, à quibus cognitionem ſenſibilium rerum auſpicaretur, per quam paulatim aſcenderet ad capiendas formas abſtractas atque à materie longè ſemotas.

Intellectus quidem primò à ſenſu in obſcuriſſimam nebulam præcipitatur, nam & imaginum varietas formarum vnitatem prorſus eludit, idẽtitatem alteritas, ſimilitudinem veram adulterina ſimilitudo corrumpit, ſic vt animæ noſtræ, ſecundum Plotinũ, hic peruagari tantum iudicẽtur circa eorum imagines, quorum in patria viderint exẽplaria atq; archetypum primum. Verùm cum animæ rationalis deſcenſus à Deo ſummo ſit inſtitutus propter aliud bonum maius, propterq; totius fabricæ ſymmetriam, fit vt idẽ ſenſus qui lumen ſuperioris facultatis obſcurarit, mediæ rurſus rationis felicitati plurimũ cõferat, proceſſuq; continuo tandem & mentis actiuæ radium commouet, qui etſi in actu perpetuo vigeat, cùm tamen actu non ſemper à ratione percipi poſſit atq; diſtingui, horum tamen ſimulachrorum ſimilitudine quadam vmbratili cum ſpeciebus in ſuo gremio ſepultis rationi ſeſe communicat, & ad infimam vſq; particulam animæ totius penetrat, ſic vt ex ſenſu & imaginatione naturarum intuitus primi protinus effloreſcant per relationem ſecundum cõmune quoddam genus pluriũ vel vnius in plura ſecundum eandẽ rationem diducte, quibus confeſtim intellectus radij certas aſſignant ordinum claſſes. Vis autem rationalis (vti iam ſæpius dixi) & ſpecies ſtabiles & fugaces inuicẽ miſcens atq; contemperans, extremorum omnium iudicem ſe ſimul atq; arbitrum præſtat. *Animæ Intellectualis delapſus.*

Modum diſcurſionis eſſe in Phantaſia perobſcurum, capite ſuperiore demonſtrauimus, Præceps quidẽ eſt huius potẽtiæ ſpiritus, ſed multiplex, rudis, atque inſtabilis, moueri etenim ſurſum incipit atq; deorſum, in orbem tamen ægrè perducitur, niſi à ratione velut per manus circumferatur. Vnde & huius conuerſionẽ ſubiectiuè nõ tam in ipſa phãtaſia, quàm ratione phantaſtica dudũ cõſtituimus, etſi ab imaginibus ipſis totius circuitus primũ auſpiciũ trahat. *Modus diſcurſionis Phantaſticæ.*

Quin cum ita ſit natura comparatum, vt non ſolùm imago maiorum in rebus minoribus ab ipſo exortu protinus eluceſcat, ſed & continentium in contentis, ac totius cuiusq; in partibus ſingulis idea perſiſtat, velim mihi hanc veniam dari, ſi in minorum partium partitione iuxta totius animæ diuiſæ characterem operam paulo ſupra quàm par ſit ſuperſtitioſam collocauerim, quãdo nõ ſine magno huius artis diſpendio tractatũ iſtiuſmodi prẽterire non poſſim. Sicut igitur omnes vniuerſi ordines in ternionem colligatos exhibui, ſicut &

Animi totius distributio accuratissima ex totius in membra.

animæ totius & animi humani facultates triplices, ita sanè partieulatim & intellectum subdiuisimus,& rationem inter extrema mediam nunc quoq; imaginatricis potẽtiæ ditionem atq; ambitum in suas classes peculiares agros siue regiõta ducemus. Nam iuxta propẽsionem quæ cuiq; vel erga seipsam exsistit vel sursum nutat, siue deorsum vultum quoq; alternis varium, diuersamq; ex ipso cõmunio facultates singulæ metamorphosim subeunt: Sic mens vertex humanæ speciei penes se ipsam permanẽs Intellectus agens proprius appellatur, sursum aspirans intellectui cõmuni adhærescit,& quodammodo diuinus efficitur; vti deorsum tendens rationalis. Pari negotio rationem quoq; humanam nunc Rationalem appelles licet, nunc Intellectualem atque Phantasticam. In Phantasia demum quis vetat partiri simili modo, atq; hanc quidem inter extremas propensiones mediam proprissimæ phantasiæ nomine recẽsere: illam quæ magis ad naturam rationis accedit, phantasiam rationalem : quæ verò ad sensus lapsa demittitur, sensualem nuncupare? Ita meherculè in infima virtutis imaginatricis regione sub phantasiæ scilicet sensualis nomine sensum communem optimè comprehendes, in imaginationis medio diuisionem ac compositionem rudiformem & momentaneam, in eiusdem apice rationem quoq; subobscuram siue illationem confusaneam cõsequẽtis ex antecedente, qualis vel in brutis apparet, ac non tam ratio verè quàm imaginatio quædam rationalis pulcherrimè à nobis æstimatur, eam in hisce animãtibus velut præsidem potentijsq; cæteris antesignanam constituimus, quippe quæ bruta nobis proximè deuinciat, vti mens actiua nos copulat intellectui primo.

Voluntatis regio & memoriæ inter potentias animæ rationalis.

Verùm vbi nunc statuas vim voluntatis? quæ quamuis potissimum cor atq; hepatis sedem eminus spectet; à cerebro tamẽ atq; anima rationali proficiscitur: Vbi rursus memorię vim, vbi reminiscentiã habitare dicemus? nam & hęc singula circa cogitationem assiduè reuoluuntur. Equidem licet parum hæc ad propositum faciant, cùm tamẽ orationis filo huc vsq; delapsi simus, hęc paucis definiui, Humanos scilicet animos ad similitudinem corporeæ molis (nam & insensibilia cætera ad rerũ sensibilium imaginẽ promptius intuemur) in tres dimensiones dirimi posse; quarũ prior sit illa in Intellectum, Rationem, Phantasiam velut secundum lõgitudinem ducta: Sequẽs autem sit singularum rursus velut in latitudinis gradus nimirum potentiæ cuiusq; verticem summum, centrum & basim, de quibus iam primùm differuimus. Itaq; totius animi sunt ordines 9. Tres quidem primarij, & in trium singulis alij rursum tres per subdiuisionem resultantes. Postremò vt hic diuisionum cõplexus mutuus in corpoream quandam altitudinẽ surgat, tertiam subnectemus, quæ priores vtrasq; circulo comprehẽdens vnam vtrinq; scalam ædificet, cuius similiter terni gradus appareant iuxta reuolutionis ordinem in animi partibus singulis à cõceptu rerum obiectarum per compositionem ad memoriam receptricem; atq; inde rursus ex altero latere à memoria promptrice seu reminiscentia per diuisionem ad partum qui cum conceptu in facultatum vestibulo collocatur, ac voluntatis speciem sub se comprehendit. Ita sanè totius animi licet incorporei molem aptè diuisimus, vt & recipientis ratio cum rebus receptis vbique consentiat,

sentiat, sintq; non minus circuli in animæ ipsius essentia quàm in natura quam exploramus, atque adeò in actionum animi tota vicissitudine.



Age denuo vt immortalis animæ gradus atq; systema vniuersum supra positum tum ex cōnexu ipsius cum toto cerebro, tum ex organorū particularium dissectione prorsus analoga viuidiùs assequamur; illud accuratè priùs expendi velim, rursus circa animi facultatē vnamquamq; præter formam essentialem, principē atq; gubernatricem tria nūper definita in memoriam redigi ad omnem illius actionē velut instrumenta maximè necessaria: Primum corpoream molem quantitate celebrem atq; extensionem. Secundò auram quandam tenuem natura corporea nonnihil superiorē spiritus velut vehiculum, in quo & rerum ideę latent secundum passibilem rationē, seminantur à mēte superiore materiem formæ principi conciliantes, quarū connexū modò qualitatē metaphysici vocant, modò syndromen formarū accidentaliū. Tertiò duobus antedictis superiorem spiritū mente cōcipies; cuius id munus præcipuū sit, vt formam principem suo carpēto siue vehiculo iungat, vti ipsa syndrome spiritum nectit cū mole corporea. Moles igitur corporū crassior à formæ substātia toto

Distributio facultatum animæ rationalis pulcherrima secundum corpoream cerebri rationē.

genere dissidet, Carpẽtum altius crassioris fæcis quasi tenuis exhalatio corpoream vim plurimum redolet, in incorpoream tamen affectionem vsque adeò transit, vt qui philosophentur crassius cum spiritu planè confundant. Spiritus igitur quiddam diuinum magis existit & ipse immortalis, vt ait Hippocrates, cuncta videns atq; intelligens, sic ferè se habẽs respectu corporum crassiorum, vt cæleste ac sua natura lucidum corpus respectu colorati.

Distributio Anatomica humani capitis ad facultatum tripartitam rationem.

Ergo oculos in animi totius theatrum refer, vbi portiunculam hanc sublimem intellectui proprio dedicatam eiusmodi nexu cohærere hominibus arbitraberis, vt vel in auræ istius purioris substantiam minimè demergatur, minusque multò in ipsam corpoream molem, etsi hanc omnem sempiterna sua illustratione formet, regat, atq; viuificet. An sit in ipso spiritu vix ausim diffinire, cùm nec de spiritu planè constet, an à corporeo afflatu prorsus sit alienus. Potius attingit spiritũ proximè sicut clauum gubernator, & suæ deinceps virtutis radium in continuum spargit, cohærens quodammodo toti per virtutes intermedias, quarum ratio magis in spiritu sedem obtinẽs carpento altiùs instat, corpoream massam vix dignata cõtingere. Vis autem imaginatrix naturæ corporis penitius inolescens non in cauitatibus cerebri fluctuat, vti plærique sunt ante nos opinati, statuentes phantasticam facultatẽ in vẽtriculo quodam anteriore, rationalem in medio, memoratricem in postremò. Verùm tota profecto per totam substãtiam cerebri prorogatur, vbi tamen neq; confuse rursus sua sceptra gubernat, quemadmodũ ingenij atq; eruditionis celeberrimæ viro Fernelio visum fuit: quin si accuratiùs singula contempleris, Phantasia inferior, quam sensualem nuper sensumúe communem appellauimus, in basi cerebri sedem obtinet, ad quam neruorum scilicet parium 7. acies vniuersæ vnà cùm medulla Rachitide tanquam ad commune centrum referuntur. Ab hac substantiæ cerebri portione vasta vtrinque corpora in orbem rudiusculum instar apophyseon multis inuolucris implexa pronascuntur, vnde & totius penè cerebri moles conformatur, in qua phantasiæ mediæ ac propriissimæ locum non iniuria collocamus, vti demũ phantasiæ rationalis sedem in corpore Psalloide, cui & fulgor inest velut crystalli speculo repercussus, & structura quædam artificiosa, diuisionis quoq; & compositionis imaginem elegantissimam præ se ferens. Insuper si magis similarem compositionem spectes quàm organicam atque instrumentariam, anteriores quidem cerebri partes conceptrici facultati aptiùs inseruire dicemus, medias compositrici ac distinctrici, postremas (in cerebello scilicet) ad memoratricem verissimè pertinere, quanquam & in secunda hac facultatis imaginatricis coaptatione multum quoq; instrumentorum figura conferat, vti & partium similarium ratio in distinctione prima. Quare si nostræ, in rebus tantopere controuersis, demonstrationis capita voles tantum in partibus singulis & situs ordinem & figuram, & qualitatem sensibilem, ex ipsa anatome ante oculos collocato, deinde à corporeis ad incorporea scandens ad idearum cognationem mutuamque similitudinem te conuertito.

Nec

Digitized by Google

Nec eſt quod in cerebro facultates incorporeas tam probè diſtinctas admirere; habes enim vel iſtius diſtinctionis atque compoſitionis imaginè quandam alteram in ſenſuum exteriorum omnibus inſtrumentis, quam nos ſuo loco, in commétarijs ſcilicet anatomicis, Deo fauente, opportunius exhibebimus: nunc vnus tantum puſillus oculus cunctorum loco in exemplum proferatur; ineſt huic etenim ſtatim in lumine tunicæ cornææ perſpicua quædam portio (pupillam vocant) ſpecierum viſu perceptibilium conceptrix prima, per quam velut ianuam vis quidem interior foras erumpit, externa verò ſimulachra oppoſito fluctu in penetrale interius ſeſe tranſmittůt, intus receptas imagines vueæ tunicæ proceſſus arachnoeidis ad cryſtallinum humorem uſque pertingens eas in compoſitionis ac diuiſionis examen appellat, elaboratas denique amphibliſtroeidis membrana tenuiſſima in nerui optici ſubſtantiam rapit, vbi tanquam in memoriæ penu diutiſſimè reponantur, vt facilè quiuis animaduertet, ſi à diuturno ſolis intuitu repentè commiſſis palpebris videndi actionem in ſe ipſam reflecti patiatur. Illic enim ſolis radios atque colores obiectos vnà non recipi tantum in oculos ſciet, verùm & motos vltra citraque in varias ſpecies, atq; adeo ſub formarum diuerſa compoſitione viſorio neruo pertinaciter inhærere. Rurſus ſi quis in oculo & figuram, & ſitum, & qualitatem examinet humorum trium, pulchrè (ita me dij amét) humor ille aqueus anterior, fluxus & tenuis cum ſenſu communi analogiam obtinebit, cryſtallinus medius orbicularis, planè pellucens, cum illa extremorum conciliatrice potentia conferetur. At neruo vicinior vitreus, cryſtallino auguſtior multa atque tenuior, à facultatis cuiuſque vertice parum diſcrepabit, præſertim cùm per illum maximè colorum tranſmiſſæ ſpecies ex vuea in cryſtallinum diffundantur, vti ſpecies & formulæ intelligibiles per intellectum in rationem, etſi fortaſſe iuxta partitionis alterius ductum, humor quidem aqueus aptius ad Phantaſiæ ſimilitudinem referatur, ad rationem cryſtallinus, ad memoriam vitreus, ad intellectum denique ille qui ſupra humorem omnem ex vueæ poſtica inenarrabilis colorum fulgor apparet.

Idea cerebri in ſingulis exterorum ſenſuum organis.

Demóſtratur id in oculo viſionis inſtrumento luculento.

De sensvvm externorvm vi, et analogia ad interiores animæ facultates, pro methodo conſtituenda.

MIrari ſatis non poſſum diuini Platonis ſententiam ab Hippocrate Philoſophorum patre depromptam, quam Gal. recitat lib. 6. de Placitis Hippo. & Platonis, cap. 1. vbi illud eſt conſtitutů, vt quamuis alia ſit quædam vis animæ rationatrix, alia iraſcibilis, alia denique appetitoria, vna tamen exiſtat in ſingulis virtus. Quandoquidem (inquit) quod præſtantiſſimum eſt in ſingulis vnum tantum exiſtit, ſicut & perfectio vna, quam virtutem vocamus. Eam igitur quæ in ratiocinatrice eſt, ſapientiam, prudentiam, aut ſcientiam licet appelles: quæ in-

Gal. ſententia ex Plat. omnia ex vno abire in multitudinem; multa recolligi in ſpeciem vnitatis.

„ irascibili rursus fortitudinem aut virilitatem: sicut & illam quæ in appetitrice
„ temperantiam nominamus. Ex quarum quidem animæ trium particula-
„ rum commoderatione, ac venustate decente, quarta virtus iustitiæ nascitur, ac
„ proinde meritò totam animam dixeris iustam.

Vides mehercule mundi maioris theatrum hoc vniuersum minoremque alterum illius maioris imaginem pulchritudinis quidem gratia ex vno abire in multitudinem formarum, spirituum, qualitatum, partium, facultatum, & actionum; sed durationis ergó diuisa quælibet recolligi semper & aspirare denuò in speciem vnitatis: postremò propter perfectionem æternitatemque sursum deorsum agitata tendere ad exacti circuli rationem. Hoc est quod Galenus citat ex Platonis decreto Method. therap. libr. 2. ἓν εἶναι τὰ πολλὰ, καὶ τὰ πολλὰ ἕν, & multa vnum esse, & vnum multa.

Quidlibet in quolibet

Vides insuper quodlibet esse in quolibet, iuxta sententiam Anaxagoræ, & ipsius Hippocrat. libr. περὶ τοπῶν τῶν καθ' ἄνθρωπον, vt rectè id concludendum proposuerimus, quod quemadmodum ad exemplar mentis architectricis fabricatum est vniuersum; ita ad ideam mundi exterioris humana species & ad normam vtriusque tum Reipublicæ, tum artium quarumcunque & scientiarum, & denique totius methodi faciunda sit constitutio.

Ordinũ tripliciũ & relationũ constitutio à Galeno prodita ex Platonis monumentis.

Quod animaduertens Galenus. lib. De placitis Hippocratis & Platonis, Iustum est, inquit, admirari Platonem, qui non solùm methodos compendiose exhibuerit, sed & nos exercuerit in singulis. Sunt enim capita tria: Primum, quod compositione & diuisione constat: Secundum, quod pugnantium &
„ sequentium cognitione: Tertium denique, rerum inter se mutatione in
„ maioris, minoris, æqualis, & similis ratione. Hanc sententiam verè auream perpauci gnauiter expenderunt. Illud autem insinuat Methodi totius materiem quidem eandem esse cum illo rationalis facultatis obiecto, quæstionem scilicet siue de rerum natura, siue de propositionum veritate, aut rerum agendarum ratione suscipitur, seu rursus sit vniuersalis, seu particularis. Sed Dialecticus quæstiones quidem ambiguas suscipit, & dissoluendis instrumenta suppeditat, verùm contextus eorundem siue syntaxes docet Methodicus, & viam inuestigandæ veritatis compendio subministrat, vt rectè vim Methodi censeat in mundi ordinibus, certaque potiùs symmetria partium diuersarum, in compositione plurium dispersorum in vnius partitione multiplici collocari, seu res naturæ velis, siue entia rationis. Huius primum auspicium vult idem author in virtute phantastica, licet à ratione perficiatur, idque per ordinem physicum, vniuocè cunctis secundum idem consideratis; hoc est quod ait in compositione & diuisione consistere. Alterum caput est à ratione pugnantium & mutuò consequentium necessitudinem bellè demonstrans; cuius vis etiam

Digitized by Google

tiam ſuprà ad intellectus aciem, infra ad imaginatricis potentiæ territorium exporrecta eſt; & hæc per ſeriem rationalem, de qua dictum eſt ſupra diceturque ſæpius, perfici decet. Tertium ab intellectu maximè pendens, licet à ratione media ſuam quoque abſolutionem adipiſcatur, incedit per ordinem analogicum vel metaphyſicum, in ſimilis diſſimilis, æqualis & inæqualis, maioris minorisque comparatione fundata. Vide plura in hanc ſententiam lib. eodem De placitis. Hippocr. & Platonis. Illic enim & prima iſtius artis principia ſenſum, intellectum, rationem, treſque præcipuas relationum differentias, & totius methodi non pauca myſteria, ſed notis occultioribus adumbrata reperies, etſi deprompta forſitan ex libr. Præceptionum Hippocratis ſtatim circa exordium, nec non ex libr. De arte, libr. De locis, libr. De diæta 1. & De veteri medicina.

Quæ cùm ita ſint fateamur, illud eſt neceſſarium, eandem partitionem & compoſitionem, eandem rurſus pugnantium ſequentiumque neceſſitudinem, eandem denique ſimilitudinis & diſſimilitudinis analogiam eſſe in vno mundo quæ ſit in altero, in ſingulis cuiuſque partibus quæ in toto, in ſummis quæ in medijs, infimiſque, in dextris quæ in ſiniſtris, in corporeis quæ in corporibus, & vinculis mediis certæ neceſſitudinis vinculo inuicem à natura comparatis. Hæc enim lex, vt docui fuſius libro ſuperiore, procedit à primo ente vſque ad materiem, à primis generibus ad ſpecialiſſima naturaſque indiuiduas, à tota vniuerſi mole ad membra ſingula membrorumque inſectiles partes, quemadmodum proportionales ſunt circuli horum portiones, qui vni concentrici puncto (qualis eſt in vniuerſa natura Deus) per eaſdem lineas rectas à puncto excurrentes ad circumferentiam dirimuntur. Igitur poſita ratione ternariij, qualem ex Pythagoræ Monade nuper depinximus, qualemque ſenex ille diuinus libr. De diæta 1. depinxit in vniuerſi opifice ſpiritu, cui ſemper aſſiſtant motuum ſpecies 3. indefinitarum qualitatum differentiæ triplices ab intellectu ſolo in forma, in materie, & proportione conſpicuæ; qui denique perficit extremorum ſtupenda coniugia, congreſſus principiorum, mixturaſque elementorum per triplicem harmoniam comprehenſim in omnia penetrantem; neceſſe eſt omnia quæ ſunt in mundi ſyſtemate ad pulchritudinem & neceſſitatem comparata, eadem & in conſtituenda methodo proxime, & poſtea per methodum iam repertam in conſtituendis artibus demonſtrari, vt qualis eſt diſtributio mundi circumfuſi in cælum, ætherem, & ſublunarem portiunculam, ſit & minoris iſtius animalis vel mundi in animam, ſpiritum, corpus: animæ rurſus & ſpiritus in eorum qui aſſiſtunt corpori differentias 3. rationalem, concupiſcibilem, iraſcibilem, & qui immerſi ſunt penitus authorem motus & ſenſus vnum, deinde naturalem alterum, à quo nutritio, augmentatio, generatio; tertio vitalem, à quo vitæ præcipuus fomes & vis

Analogia ſimilitudinum & diſſimilitudinum in vniuerſo.

Ternarij proceſſus à mundo exteriore in corpus humanum & ſenſuũ ſymmetriã conuerſam.

Digitized by Google

vis pulsifica in corpus dirigitur vniuersum. Respondeat illis & ventrium distributio iuxta Hippocratem in supremum, infimum, medium: (ventres autem insignes corporum cauitates appellat excipiendis visceribus destinatas) In singulis rursum procedat particularis subdiuisio ad quandam infinitudinem vergens, humanis viribus minimè comprehensam.

Sed illud præcipuè nunc animaduertendum, postquam de interiorum sensuum cognatione & differentia pro methodi necessitate à nobis est demõstratum, quæ sit illa tam celebris ad huius partitionis ideam externorũ sensuum ἀναλόγια, hos enim velut satellites tantùm & excubatores in animæ vestibulo nominaui

Corolaria de sensuum internorũ & externorum symphonia.

Primum itaque id altius repetendum, quod vti vis animæ quæuis, corporũ, atque spirituum, ex multitudine ante confluxerint in speciem vnitatis, ita communem rursus in cerebro spiritum facultatemque sensus & motus re-
1 ferri per neruos singulos ad certa quædam organa distributos, vt peculiarem speciem adipiscantur, vt qui prius fuerant ob nomẽ generis indefiniti, discerpti iam magis magisque, vel optici, vel acoustici, vel virtutis alterius nomen asciscant.

2 Secundò, sicut in vno cerebro triplex facultas extitit secundum partium seriem, figuram, substantiamque distributa, vna quæ recipit potissimũ & parturit sed opposita via, altera quæ componit & diuidit, tertia quæ promit & condit: ita & in sensuum singulorum organis iuxta proportionem statui consentaneum est.

3 Adde his, quod cum in sensibus singulis virtutum radiorumque spiritalium sit quidam motus actiuus à centro procedens ad cirumferentiam, quo facultates à principe parte ad organa deferuntur; passiuus alter, quo rerum species ab obiecto ad organum, & hinc ad sensus principium quoddam interius tanquam à circumferentia ad centrum motu opposito reducantur: horum sanè motuum occursu mutuo necesse est super oppositas bases organi & obiecti proportionales triangulos fieri, quorum refractione in medio resultante, facultatum quoque concisæ species & ἀπορροναι cum sensibilibus variè permiscentur. Ideo in singulis iterum pari proportione hæc 3. constituas decet, obiectum, medium, organum. In horum vnoquoque alia 3. quæ compleant nouenarij rationem, sic vt à parte obiecti non minus quam organi sit resolutio quædam occulta siue effluxio corporeæ substantiæ spiritus & qualitatis. Etsi multos non dubitem eius sententię, vt nostram hanc opinionem velut ex atomorum officina depromptam planè repudient, eò quod non ab omni corpore effluxus insensiles corporum fieri libenter admittant, cuius tamen demonstratio planior à nobis dabitur alio loco. In ipso medio sunt singulorum consimiles species, sed quæ per tres oppositorum motuum partes analogas, effluxum scilicet, refractionem, permistionem, complent, 28. figuram corporis cubi. Nam in ipsa demum permistione triplicium specierum per terminos tres, duosque oppositos motus perfecta sensationis forma con-

3. in singulis sensibus constituenda.

Digitized by Google

consistit, differens pro rei sensibilis & respondentis organi peculiari natura.

Discurre per sensus externos internosque animali contributos, eadem penè ratio quæ est à cerebro per neruos ad organa singula, eadem est & ab organi principio per mediam cauitatem atque substantiam vsque ad vestibulum, eadem denique ab organis per medium ad obiecta. *Demonstratur idem particulatim in singulis.*

Verùm exterioris facultatis quinariam speciem rectè ad trinitatem reuocabis, vt duo sint sublimioris indolis sensus, duo crassioris, quintus naturam mediam repræsentet. Visus omnino in æthere ac cælesti elemento seu luce versatur, Olfactus in igneo, Auditus in aërio, in aqueo Gustus, in terreo planè Tactus. Hæc autem elementa congenita sunt quæ pro necessitate vniuscuiusque communem spiritum à cerebro influentem immutent alterentq;, vt peculiaris sensus ideam consequatur. Vnde Physici vel oculis innatam lucem agnoscunt, auditus organo aërem plantatitium, quanquam de cæteris non ita apertè differuerint. *5. sensus exteri ad trinitatem Platonicam reducuntur.* *Elementa congenita singulis sensibus.*

Sed quæ substantiæ sunt purioris cum propter tenuitatem non consistant absque solidiore subiecto, proinde lux illa vitifica in humore fundata est crystallino, compacto maximè, pellucido & elaborato. Est & humor vtcunque spissus in cauitate frontis & in ipsis alueolis sub osse ethmoeidi, quo ignis ad olfactum pertinens propria velut sede consistit & sibi cognata maximè, iuxta Hipp. lib. de dieta 1. vbi ignis sedem & fomitem in aqua, aquæ perfectionem ab igne arcano prorsus oraculo designauit. Aër auditui seruiens per circulorum analogiam ad circulos aëris ambientis subiecto solidiore opus non habet, sed vltrò citroque fluens ab interna cerebri gignitur humiditate, & speciem soni ex impulsuum similitudine circulorumque segmentis intra triangulos concurrentibus repræsentat. Gustus elementum crassius quàm vt externas species absq; maiori elaboratione percipiat, peculiare medium postulabat continuum scilicet tunicarum neruorumque contextu, & totius propemodum substantiæ communione cognatum, quod & in Tactus organo magis multò propter terrenæ portiunculæ tarditatem obseruabis. *Subiecta elementi plantatitij. Visus* *Olfactus* *Auditus* *Gustus* *Tactus.*

Omnes hi quidem sensus externi suum sibi congenitum elementum cum innato spiritu à cerebri humiditate deriuant, sed peculiares intra organum tunicas habent, quæ tali sensui substantiam propriam reddant, & ab aliorum externorum sensuum specie differentem. Et quanquam ille plantatitius aër auditus sit seipso contentus propter similium circulationũ promptitudinem à natura requisitam, quæ non ita sit inter cæteros sensus; attamen sicut sublimioris indolis sensus visus & olfactus scilicet, æthereum spiritum vel luminosum & igneum in humore contineant ante per ambientes præparato, ita sanè & gustus elementum aqueum nequaquam in palati sede inferiore constituit, neque in linguam effudit alieno humore sæpius imbuendam, cum ipsa debuerit potius supplere pro sensu crassiusculo solius medij locum; sed peculiarem habet humorem aqueum in substantia rara hactenus ab anatomicis non animaduersa, quæ quidem specie dura, oblonga, inæqualis, cum fœtu piscium *Tunicæ organorum.* *Auditus ratio.* *Cæterorum ratio analoga.*

Digitized by Google

Olfactus instrumentum admirabile.

optimè comparabilis, inclusa longiori epigraphæ ossis illius quod intra narium amplitudinem situm ab osse sphenoeide versus palatum exporrigitur, & vomeris speciem præ se fert. huic ego aquam illam gustatilium rerum discreticem ingenitam puto, quæ partim per circumsitas tunicas, partim à plexu mirabili inter processus clinoeides ossis sphænoeidis posito, & hinc per occulta foramina tum in antrum interius, tum in oblongum vomeris sinum tenuissimos ramulos ingerēte, instar aliarum rerum quæ continuè defluunt, continuè restauratur. Magis paradoxon videri poterit, si de tactus organo meam sentētiam ferā: sed cùm non adeò rerum naturā hodie profiteamur quàm consensus earundē, & qui in illis reperitur perpetui ordinis filum; idcirco liberum hodie aliorū iudicium permittemus in iis quæ artis alterius limā postulant adhiberi. Tantū nunc rudiusculè dicam in sensu tactus terreum quoq; principium velut rorem analogum ad species tactiles per omnes membranas esse diffusum, cuius tamen prima elaboratio est ab ossibus ipsis, quibus interiores tunicæ passim circa asperitates vel processus scopulosos attenduntur vsque in diploeidem & medullam interiorem nonnullibi per processus tenuissimos penetrantes, præsertim intra caluariam, vnde dura meninx suspensa maximè & pericranij & meningis mollioris mater existit, vim quoque suam ex continuitate communicans & tunicis infernis quæ visceribus seruiunt, & medijs quæ musculos circumuallant, & extimis tribus, quæ cutis, cuticulæ, & membranæ carneæ nominibus sunt comprehensæ. Nam quod in neruis putēt plærique sensum tactus per se consistere, falsum est; cùm omne illud possideant à membranis: Neruorum enim sensus adhuc analogus est, donec ad organa permanarint tantùm deferendis internis referendisque externis speciebus velut nuncij intermedij. Quare nec in processibus mamillaribus cerebri, posita est peculiaris olfactus vis, sed vt via quædam duntaxat ad sensationis integritatem cùm aliarum partium œconomia conspirat. Longa foret historia si quæ de sensibus sensi hactenus versauique cùm animo meo, scriptis aperire voluerim. Sed cùm hæc aliam tractationem postulent vberiorem, è multis pauca & breuibus complexa tabellis sufficiant.

Tactus organum in membranis.

Tactum non esse in neruis.

Processus cerebri mamillares.

Primum

Primum pro communissima motuum acsensuum ratione.

TABVLA I.

MOTVVM alij,	Passiui magis vt circa materiem.	Medij vt in sensibus animalium.	Actiui magis, vt circa actus superiores.
Alij rursus	Naturales magis vt in partibus quæ nutriuntur, & maiorem cum hæpate & venis cõsensum habent	Medij, vt in motibus occultis frontis, oculorũ, linguæ, genitum, pudendi, pulmonis &c. quæ magis cordi consentiunt.	Animales & arbitrarij magis, vt in musculis & partibus cerebro magis consentientibus
Respondet natura partiũ	Fibrosa magis quam neruea, contexta ex neruis mollioribus	Neruea fungosaque simul & laxa.	Neruosa magis contexta ex durioribus neruis
In omni motu recto differẽtiæ 3.	Ad circumferentiam Gratia { Pulchritudinis / Attractionis similium	Mixtus & vtroque protensus Ad { Perfectionem / Copulam extremorum	Ad centrum Ad { Robur / Repulsum contrarij
In motu circulari similiter differ. 3.	Descensus Ad { Partum / Traditionem	Conuersio Ad { Aeternitatem / Compositionem / Secretionemque exquisitam	Ascensus Ad { Conceptum / Inuentionem
	Terminus ad quem	Medium	Terminus à quo
In singulis	Patiens	Proportio vel analogia	Agens
In sensu	Sensibile in quo Diuisio specierum { Facultatis spiritus / Vehiculi corporei	Medium In quo { deductio / refractio / Permistio } { Facult. / Spiritus / Vehiculi corp.	Sensitiuum ex quo radiorũ reciprocus motus { Facultatis / Spiritus / Corporei vehiculi
Pro singulis sensibus	Quiddam quod specie diuersos facit vt { Organa 5. / Organorum proprij spiritus & facultates.	Quiddam quod communem vim principij cũ specifica iungit ceu extremorum copula vt { Nerui & processus cerebri / Neruorum spiritus & facult.	Quoddam principium vnicum, quod cũctis analogicis influit vt { Cerebri corpus / Cerebri spiritus & facult.
In sensibus singulis est pars peculiaris spiritus & facultatis	Emittens vel patiens & concipiens	Componens & diuidens	Promens & condens
Est rursus in singulis	Elementum proprium	Sedes elementi quæ vel est { Humor peculiaris / Cauitas tantum	Pars humorẽ illũ cum suo elemento { gignens / præparans / nutriens
Respondet Situs Figura Substantia	habilis { Compositioni / Conceptui / Partui specierum	Componendis diuidendis speciebus.	Promendis & recondendis speciebus

Digitized by Google

Tabula secunda ostendens analogiam sensibilium inter se.

Conueniunt inter se ἀναλογικῶς in vniuerso	Ordines inferi	Medij	Supremi
In partibus vniuersi	Elementa sublunaria	Aether	Cælum
Inter planetas	Luna velut terris proxima	Planetæ solem vndique stipantes	Sol velut in centro vniuersi.
In Repub.	Populus	Senatus	Princeps
In corpore animalis	Venter inferior sub abdomine	Venter medius thorax	Venter supremus intra caluam
	Hæpar cum testibus	Cor	Cerebrum
Inter partes corporis	Deseruientes & ministræ præsertim, externè vt musculi & ossa	Vasa {Venæ, Arteriæ, Nerui} Ceu deferentes spirituum riui	Viscera & partes delegantes interiores
In capite	Basis cerebri cum suo spiritu & facult.	Cerebrum cum suo spiritu & facult.	Cerebellum cum suo spiritu & facultate
In corde	Vasa 4. {Vena caua, Vena arterialis ex dextro, Arteria aorta, Arteria venalis ex sinistro}	Septum intermedium	Ventriculus {Dexter, Sinister}
In hæpate	Vasa duplicia {Vena caua, Vena porta}	Sinastomosis triplex {Venæ portæ, Venæ cauæ, Emulgentiũ pori fellis}	Parenchyma vasis circũfusum
In pulmone	Vasa 3. {Vena arterial., Aspera arteria, Arteria venalis}	Sinastomosis triũ vasorum {Venæ art., Arterię venalis, Arterię asperæ.}	Parenchyma pulmonis
In genitalibus virorum interius	Vasa {Deriuantia ad testes, Emissaria ex testibus}	Corpus circoude cum epididimede	Testium corpus fungosum
Exterius	Vasa {Deferentia ad glãdulosum corpus, Penis corpus constituentia subst. spongoudi.}	Corpus adenoude	Vesiculæ annexæ corpori adenoudi.

In genita-

Digitized by Google

In genitalibus fœminarum interius.	Vasa {Deriuantia / Emissaria	Corpus cirsoide cum epididimede	Testes
Exterius	Cornua vteri & cervix.	Sinastomosis vteri cum vasis vmbilici.	Sinus {Dexter / Sinister
In *spiritu* & animæ Facultate	Naturalis	Vitalis	Animalis {Sensus / Motus
	Concupiscibilis	Irascibilis	Rationalis
In Rationali	Imaginatrix	Ratio	Intellectus
In singulis communis	Attractrix & expultrix	Concoctrix & secretrix	Retentrix & assimilatrix
In singulis peculiariter	Immutans ad certam speciem	Media & transmittens siue connectens	Vniuersalis virtus & mandatrix

3. *Tabula referens demum omnia & in homine & extra hominem distributa ad analogiam sensuum externorum.*

1 *Visus*, cuius vis in luce potissimum & elemento cæleſti.	Pupilla	Prior sphæræ portio	Posterior sphæræ portio
	Tunica cornea	Vuea	Amphiblistroidis
	Humor aqueus vt excremẽtum cristallini recipiens & pariens.	Humor cristallinus compositionis & diuisionis instrumentum.	Humor vitreus, vt fundamentum cristallini promens & condens.
	Lux prima	Lux media	Lux tertia
2 *In Olfactu*, cuius analogia per igneum elementum.	Narium anterior regio cum duplici scapha	Os ethmoide cum septo intermedio & aluearibus geminis variè subdiuisis.	Ossis in fronte cauitas tripartita
Tunica	Membrana regionem anteriorem succingens	Membrana 2. circa alueolos & os ethmoide.	Membrana 3. in frontis cauitate
Elementum	Ignis cum humore suo anteriorem amplitudinem imbuente	Ignis cum humore medijs alueolis insito	Ignis postremus cum suo humore in frontis cauitate.
3 *In Auditu organo*, cuius vis in aëre.	Tympani cauitas in qua {tunica prima / Aër primus ad conceptum & partum.	Labirinthina cauitas in qua {tunica secunda / Aër secundus ad compos. & diuisionem	Spiralis vel cochlearis cauitas in qua {tunicæ 3. / Aër 3. ad {promouendas species internas / Retinẽdas externas
In tympano	Stapha	Incus	Malleus
In Labirintho	Canalis minimus acuti soni & lenis	Canalis medius symmetri soni triplicis	Canalis maior grauis & asperi
In cochlea	1. Spira	Media spira	Tertia spira

4			
In Gusta, cuius elementum aqueum	Palati inferior regio cum lingua quæ tamen in tota sensatione vicem magis ipsius medij repræsentat.	Septum vomeris instar ab ossis sphænoidis palo vsque ad palati medium sedem.	Antrum ossis sphænoidis eum antro in frõtis osse concurrens.
Tunica	Membrana { Palati / Linguæ	Membrana septũ succiogẽs cũ parte cartilaginea fœtui piscium comparabili.	Membrana in osse sphænoide.
Elementum.	Aqua plantatitia prior	Aqua plantatitia media	Aqua plantatitia in osse sphænoide

5			
In Tactu membranæ extimæ	Epidermis	Cutis	Membrana carnosa
Interiores	Processus periostanij ad musculos & ossa reliqua	Processus duræ meningis ad externam proximè cauitatem	Processus molliotis meniogis ad intimas omnium sedes.
Elementum terreum	Ros prioris membranæ	Ros membranæ vel tunicæ intermediæ	Ros membranæ posterioris

Hæc ego Minerua crassiere de singulorum sensuum cognatione abortiui veriùs quam peperi, vt saltem ordinis analogici potestatem in rerum deprehendenda similitudine & dissimilitudine per exempla philosophica simul & medica demonstrarem.

Cùm tamen has sensuum vires & sympathias mutuas vtcunque depictas ruditer complexus in animo fueris, eaque perdideris quæ ad necessitudinem videantur cum methodo pertinere, aliam continuo inuenies vtilitatem, vt omnes errorum occasiones inde profectas, medendique in singulis rationem quàm accuratissimè deprehendas. Etenim in humano corpore ex accurata anatome non tantum cuiusque partis natura similaris, vel præ dominium elementi, sed & figurarum, ordinis, quantitatis, totiusque structuræ artificium innotescet: ex quibus demum emergit non tantum vnius & indiuisæ sanitatis regula, sed & idea totius latitudinis vtrinque ad species statuum præter naturam defluentis, & rursus cõstitutionum omnium quæ vel morbum efficiunt, vel ordine consequuntur, vel denique actionem vitiantes proximè, vel auferentes, Morborum nominibus appellantur. Postremò præter hæc omnia per vlteriorem ratiocinationem ex sensibus profluentem aperit se quoque & Indicationum lex & Therapeutice methodus vniuersa, docens quàm expeditissimè pro differentia triplicis status salubris, insalubris, neutri, cui similia, cui contraria, cui partim similia, partim contraria, & in quo genere qualitatis, quo numero, gradu, loco, & tempore debeantur. Idem omnino de sensibus animi, sensuumque tum externorum, tum internorum affectionibus, cognitione, præsagio, curatione est iudicandum. Vt hoc nomine potissimum Gal. lib. 9. de placitis Hipp. & Plat. diutissimè censeat Medicis commorandum circa materiem. Et Hipp. lib. de Locis, Naturam corporis principium sermonis dicat in arte Medica. Corporis quidem curandi tuendique causa dudum

Errorum occasio in singulis generibus sensuum.

Methodus in animo nobis curandis & cognoscendis eadem quæ in humano corpore malis.

Indicationis lex.

Materies medica maximè considerando.

Digitized by Google

dudum quæsita est ars (Cicerone teste lib. Tuscul.quæst.3.) eademque Deorum immortalium inuentioni consecrata: Animi autem medicina nec tam desiderata est antequam inuenta, nec tam culta posteaquam cognita, nec tam multis grata & probata, quàm suspecta etiam pluribus & inuisa. An (inquit) quod corporis grauitatem & dolorem animo iudicamus, animi morbum corpore non sentimus? vnde animus, cum de se ipse iudicat, fit vt id ipsum quod iudicet ægroteт, minusque rectam de se sententiam ferat. Præclara mehercule sententia ad circularem sensus interni motum, occultæque in anima conuersionis mysterium referenda. Plura leges in eodem Ciceronis tractatu, quæ quamuis eximia specie & huic loco maximè oportuna, propter compendium nolui annotare. Cæterùm quemadmodum rursus inter humanorum corporum mala quædam per se eueniunt, quædam ex consensu: illud rursus quod ex consensu fiat vel facultatis spiritusque vel substantiæ mutua communione, vel priuatione earundem. Possumus & nos partitionis eandem imaginem sequi inter errorum qui contingunt animæ sensitrici species infinitas, vt tanto promptiùs singulorum remedia consequamur. Ita enim, iuxta opinionem Mercurij, vt certis gradibus ab intellectuali immortalique natura delapsi sumus ad caduca degeneres, sic sanè per certos oppositosque gradus in priorem purgatæ mentis felicitatem reuocamur.

Ars curandi morbos animæ.

Morborū animi distributio.

Gradus purgandæ mentis.

Errores

Digitized by Google



Quantum

Digitized by Google

Quantum interno sensui affectus vel congeniti noceant, vel ab externis sedibus oriundi, paucis & sapienter Mercurius Pimandri cap. 7. Ignorantiæ pestis (inquit) omnem terram subuertit, animamq; corrumpit inclusam corporeis vinculis, neq; sinit eam salutis iter asciscere. Addit Medicinam instar antidoti πολυχρήστου. Imprimis oportet vestem quam circumfers, exuere indumentum inscitiæ, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viuam mortem, cadauer sensitiuum, sepulchrum circumuectile, domesticum denique furem, qui dum blanditur odit, dum odit inuidet, & ad seipsum te deorsum raptat, ne fortè conspiciens veritatis decorem, & proximum bonum huius odoreris, atque oderis prauitatem, néue huius insidias quas in te assiduè machinatur, aliquando præsentias.

Tabula præcedentis ratio. Ignorãtiæ malæ.

Quod autẽ externi sensus aliquando mentis interioris vitio velut non sentientes alieno potius iudicio quàm sua virtute nitantur, nihil vel nouum existimo vel admirandum. Tales enim vel centum errores inuenies eorum qui contra Gal. scripsere in Anatomicis, vt semel vel philautia, vel odio contra veteres inflammati, cuncta sic sint conati rapere in sententiam suam, vt ipsimet posteà contrarium obseruatione reperientes, sensibus non crediderint suis. Vt mihi videantur prorsus pati quod impiorum Manes, quibus semel in ignorantiæ, fastus, atque inuidiæ barathrum deuolutis,

Sensus externos vitio mentis nõ rectè plurima persentiscere.

Multa solent concreta modis inolescere miris;
Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque, nec auras
Respiciunt, clausi tenebris, & carcere cæco,
Donec longa dies, &c.

Accedit istis inepta ratiocinatio per apparentẽ similitudinem & μετάβασιν, vt si quis omnia quæ sunt canum corpori putet & in humano sic se habere. Quod in laringe, renibus, oculis, aliisque particulis pluribus vsuuenit, vbi dum vel insignes anatomici Galenum ex simiarum sectione differentem reprehendunt, ipsi in eundem impingant palàm. Verùm quod sensus exteri partim ex se laborent occasionis defectu, partim ex medij vel rei sensibilis ratione, notius est quàm vt à nobis debeat demonstrari. Tantum exempla suffecerint, quorum ea sunt maximè liquida, quæ circa vtranque materiem medicinæ, vel pro institutione anatomica, vel cognitione morborum, pulsuum, vrinarum, vel medicamentorum simplicium officina, verti in controuersiam solent. Nam per occasionis defectum ij laborant, qui rebus per sensum inquirendis altiùs operam impendere non potuerunt; vel si potuerint, noluerunt, ijs duntaxat contenti quæ vel alijs audiunt, vel in paucis obseruant, vel sola animi sui ratiocinatione consequuntur, quemadmodum de Antipodibus Lactantius disputauit. Ex instrumenti vitio vel imbecillitate fit error, si luscus de linearum rectitudine, cæcus aut lippus iudicare de coloribus volet, si callis obdurata rustici manus pulsum magnum à vehementi volet distinguere, systoles & diastoles rithmum proportio-

Omnes decipimur similitudine vel exemplo, teste Cicerone.

Sensuum exterorum mala affectio.

Exẽpla errorum quæ per sensus externos fiunt.

Lactantij error de Antipodibus.

De pulsibus dignoscendis.

Digitized by Google

nemque mutuam explorare, quod certè quam paucissimis datum est propter

Error ob distantiam sensibilis rei vel multitudinem.

stuporem sensusque terrei qualitatem. Ratione medij rursus & propter distantiam, vel peregrinam qualitatem multiplex est erroris occasio. Hinc enim astrologica disciplina propter distantiam syderum nullis hactenus humanis oculis comprehensam animos quoque mortalium maiori ex parte subterfugit. Oculus in terra constitutus Solem maiorem in ortu constituet quàm in meridie, vt plurimum verò bipedalem. Febricitantium gustus propter peregrinam linguæ qualitatem, id quod dulce est aut insipidum, amarum iudicabit. Verùm mittamus & sensus ipsos & eorundem media, quàm multi sint ignorantiæ modi ex rebus obiectis in omni scientiarum genere est manifestum; in multis enim numerus faceſſit negotium, vt stellarum in Astronomicis, herbarum & mineralium in arte medica. In alijs obstat artificium rei, vel paruitas; vt sunt errores innumeri & calumniæ contra Galenum in anatomicis nimium arroganter effusæ; præsertim de plexu mirabili sub cerebri pelui, de poro nerui optici, quem omnes facilè videbunt vel oculis suis, si non ab exortu transuorsim secent; sed paulo antè quàm inseratur in oculi sphæram, vbi neruus idem & crassior, porusque magis instar puncti conspicuus. Similiter multa de cribro renum, de musculis proprijs epiglottidi carne alba & peculiari præditis, & intra membranam cartilagineam occultatis. Itemque de linguæ & pharingis musculis, ceruicis & digitorum, de cauitatibus ossis auditus, de synastomosi venarum in hepate, in vtero, in pulmone, circa hæmorrhoides & intestinum rectum, imò secundum Hipp. neruorum, venarum, arteriarumque omnium inter se per animalis corpus vniuersum, velut falsa propter sensus inopiam à crassioribus ingenijs æstimantur, cùm tamen vena solum dissecta omnem quoque sanguinem effluere ex ipsis arterijs doceat experientia; abscessus intra caluam, in faucibus, in thoracis cauitate geniti per vias insensiles intestina versus ferantur expurgenturue per ureteras: chylus mira arte elaboratus quotidie ex mezeraicis venis per hepar resudet in venam cauam, & ex vtrisque bilis flaua per processus alios sua cum antedictis oscula committentes deponatur in folliculum fellis. sanguis denique sua vel quantitate exuberans, vel molestus acrimonia ex vena arteriali sic in arteriam asperam impetu sæpe feratur, vt vel repente suffocet, vel sanguinem corporis totius exhauriat.

Error ob ignorantiam rei vel artificium.

Plexus mirabilis Cerebri. Porus optici nerui.

Renū cribrum. Musculi epiglottidis. Cauitates ossis auditus.

Synastomosis venæ venæ, neruorum, arteriarum.

Eodem fonte propemodum natus est error improbissimus contra futurarum differentias, capitum figuras, & cotyledonum rationes à diuo Hippocrate celebratas, cùm illi qui sibi tantopere in sua insciția plaudent, non tam curare debuerint quid scripserint veteres & grauissimi viri, quàm quo modo intellexerint. Cotyledonum species non nisi in grauidis recenter dissectis vteris ostenduntur, vt mihi ipsi iam sexto fœtum vitalem executi coram contigit his meis oculis intueri. Quæ verò in alijs solent accidere substantiæ figurarumque varietates interdum differunt pro singularis hominis ratione,

Suturarum differentiæ & figura capitis recte ab Hipp. tradita.

Cotyledones.

Multa in animalibus differre loci & temporis ratione.

Digitized by Google

ratione, quemadmodum sæpe videre datum est nobis duplicem triplicem venam aiugæ sociam à sinistris, tres quatuor arterias seminales, os cordis in duobus virorum cadaueribus deprehendi ad radices arteriæ magnæ & venæ arterialis, semel vidi quadruplices renes, semel hepar duplex, semel denique hepar in sinistris, lienem in dextris collocari, vt taceam interim figuras, magnitudines oppidò differentes. Quòd si enim in magnis illis visceribus ita ludat natura particularis; quid de minutis illis angustijs, de venarum, arteriarum, neruorum insignioribus propaginibus, plexuque multiplici est iudicandum?

Portentosa corporum constitutiones plurimæ.

Et tamen hodie plures ita sunt stupidi, vt quod in vno viderunt, semel pro regula statuentes quiduis continuo contra sententias veterum moliantur: si quid pusillum videant antè non deprehensum, tanquam pueri sibi gratulabundi clamitent nescio quid sese reperisse in faba, non cogitantes interim multa in animalibus velut per lusum variari: quemadmodum in orbe circumfuso pro suo cuique genio, pro temporis, locique natura, quod vel in venis crurum & brachiorum, in manuum lineamẽtis, in frontis ac vultus totius, in vocis illa diuersitate ineffabili nemo non animaduertit.

In nouos obseruatores rerum anatomicarũ contra Gal. & Hipp.

Quin tanta fuit industria veterum Anatomicorum, vt non superficiaria duntaxat illa corporum fuerint sectione contenti, sed & recessus interiores & minutissimas humanæ fabricæ latebras sic sint ingressi, vt quæ in pluribus hominum cadaueribus perspicere propter tenuitatem non potuerint; saltem per analogiam atque μετάβασιν facta sæpius inquisitione in animalibus eiusdem generis aut diuersi, adiunctaque ratiocinatione mirabili, mentis tandem oculis sint consecuti. Vide recessus illos Democriti & colloquium cum Hipp. vide illa quæ de auditus organo, de processibus scopulosis, de cauitate tympani & succingente membrana scripsit Hippocrates lib. de carnibus, quæ Galenus de laberinthina cauitate, lib. de vsu partium, de cochlearea parte Empedocles inter Plutarchi problemata. De omnibus accuratè Cor. Celsus in tractatu de ossibus explanauit, quæ tamen omnia velut arcana & noua noui obseruatores hodie pro suis inuentis iactitarunt.

Veterũ accurata anatome.

Ossis auditus structura quam Fallopius sibi videtur vendicasse à veteribus dudum antè reperta.

Quod igitur pro sensuum sano iudicio leges oporteat certas & examinandi regulas obseruari, ex antedictis liquido constat.

Medendi ratio pro singulis errorum speciebus quæ ex sensu sunt oriunda.

Si enim ex affectu rei sensibilis prodit, oportet hunc pro virili nostra celeriter exuamus, nec honoris aut lucri studio, nec odio aut addictione nimia sinamus nos à veritatis via vel recta ratione diuelli, sed diligentes & seduli simul, erga mortales beneuoli, inuidiæ omnis & ambitionis expertes, virtutem ac philosophiam amplexi propter seipsam, quando sanè infelices ac miseri perpetuo fluctuent illi, qui omnem suam felicitatem extra se in vulgi iudicio & fortunæ arbitrio in caducis & mortalibus collocarunt, soli contrà quieto & stabili loco qui spes opesque suas intra semet ipsos in rebus æternis figant.

In affectione mentis vitiata quid agendum.

Digitized by Google

Si mora ex parte Medij.

Sin verò ex medij vel rei ſenſibilis ratione dubitandi ſurgat occaſio, eſt quod auræ diuinæ particulam in conſilium aduocemus, imbecillitatem vnius ſenſus alterius ope ſupplentes.

Conuertamur ſæpe ſurſum deorſum, quod vnum eſt diuidentes, quæ diuiſa recolligentes, ab extremorum vno ad alterum per cohærentes ordines & intermedios gradus; cui imprimis fauet illa Hipp. & Platonis ſcala, qua pro rerum connexu quem habent in pegmate vniuerſi artes quoque & ſcientiæ mutuò concatenantur, vt pulchrè lib. de aëre, aquis, & locis Hipp. vbi paulatim rapit lectionem à medicina ad naturalem Philoſophiam, ab hac ad facultatem aſtrologicam, ortus, occaſuſque ſyderum, & eorundem ἐπιτηρήσεις contemplandas, à quibus denique ad numerorum & magnitudinum inſtitutricem Geometriam, donec vel ad Metaphyſica diuinorumque contemplationem transferatur. Quæ ſanè ſententia ſub conſuetudinis vocabulo alibi à nobis vberiùs tradita eſt ex Platonicis monumentis. Omnem illius rationem & artificium circularis hæc vna Methodus exhibebit.

Hipp. & Platonis ſcala.

Habidam rationem vbique loci & temporis.

Accedit præceptum alterum, vt vbique habeatur & loci, & temporis ratio; quod cum in anatomicis, tum maximè in plantarum cognitione eſt obſeruandum, cuius ſunt iſti præcipuè canones. 1. vt ſemper ad veterum amuſſim notas, & traditiones, figurarumque ſpecies quàm proximè referamus. 2. vt ſi non poſſimus reducere plantas ad certam ſpeciem à veteribus delineatam, ſaltem virtute & figura vtcunque conſentientibus (nam hæc ſunt quæ proximè à formis interioribus dimanarunt) referantur ad aliquod genus. 3 Cogitemus inſuper quòd accidentales differentiæ colorum, odorum, ſaporum, magnitudinum, locis temporibusque varijs variè commutantur, quemadmodum præclarè Syluius contra Veſalium in præfatione Iſagogica libri quem de Anatomicis ſcripſit, non ſolùm in ſtirpibus & metallis, ſed & omnigena partium corporis animaliumque varietate demonſtrat.

Præcepta ter hæc explanata.

1
2
3

Metabaſis.

Magno hic adiumento eſt illa μετάβασις, ſi cum accurata ratione ſuſcipitur. Vt cùm ex oculo Phocæ muſculum attollentem palpebras Fallopius inueniret, quanquam & Galenus eundem viſus ſit agnouiſſe: ita ex ratione qua lapides in viſceribus terræ fiunt, etiam quomodo naſcantur in animalibus deprehendes. Ex forma generationis lapidum in renis cauitate, vel veſica, eoſdem gigni poſſe & in partibus cæteris ratiocinamur, vti nos vidimus & habemus domi lapides exciſos folliculo fellis, ſtomacho, inteſtino cæco, vtero, pulmone, etiam mezenterio, cerebro, hepate, corde, materie viſcoſa ſimul & terrea per inflammationis magnitudinem, digeſto halituoſo ac leui, more quo tophi in articulis fiunt, in ſaxi ſpeciem indurata. Ex forma ſimiliter exhalationum, vaporum, & meteorωn, fluxiones conſimiles, humorumque perturbationes in animalis corpore cognoſcuntur. Vt penè me putem ex illa primùm inquiſitione meteorographica primum cognoſcendæ methodi veræ momentum in rebus medicis reperiſſe. Fit autem

Lapides in omni animalis parte conſtiſcere.

Fluxionum ratio in humano corpore per analogiam ad Meteora cognoſcitur.

Digitized by Google

tem μετάβασις vel à ſpecie ad ſpeciem, vel à genere ad genus, etiam ab individuo ſingulari ad ſingulare, à parte ad totum, ab eodem ad idem numero aliter aliterque affectum. *Species μεταβάσεως.*

Poſtremò illud non omittendum duxi vel ſummi arcani loco, quòd omnis ſenſuum error triplici propemodum diſtinctione ſit caſtigandus. Diſtinctione primùm per ſe, ab eo quod ex accidenti: Diſtinctione rurſus eius quod abſolutè, ab eo quod ex relatione duntaxat dicitur tale: Diſtinctione demum eius quod actu eſt tale, ab eo quod poteſtate. Hæ quidem conſiderationum differentiæ, etſi re ipſa interdum coincidentes, variè complicentur; ſic tamen cogitatione dirimi ſolent, vt vſu illarum veteres hactenus res ſummè contortas atque difficiles, ſummè anfractuoſos ſophiſtarum ſcopulos ſuperarint. Pro diſtinctione per ſe, & per accidens lege Hipp. lib. de arte, Gal. lib. de temper. de ſimpl. med. facult. de ſympt. diff. Pro diſtinctione relationum lege Hipp. lib. De alim. lib. De diæta 3. circa veſtibulum. lib. De vet. med. Gal. lib. De ſimpl. med. facult. de tempera. vbi quoque de his quæ actu vel poteſtate. Sic vt omnis facultatum temperaturarumque cognitio his tanquam notis cenſoriis debeat explorari. *Aureum præceptū, Triplici diſtinctione omnia ſenſuum vitia repurgari. 1. 2. 3.* *Summa illarum diſtinctionū vtilitas in omni arte & quæſtione.*

Digitized by Google


Distinguitur causſa vel effectus
Per Accidens ab eo quod per ſe
1. Caſus & fortuna
2. Priuatio
3. Cauſſa ſine qua non, vel eius effectus
4. Quicquid agit per intermediam cauſſam
Eſſentialem
Præcedentem
Extrinſecam
Accidentalem
Subiecti
Medij
Rei ſenſitiuæ
Vnde Galeni omnes regulæ quas libro ſimplicium tradit, vel ad ſubiectum paſſibile, vel ad medij diſpoſitionem, vel analogiam, ratione ordinis, loci, temporis, quantit. qualit. vniuerſim ſunt referendæ
Ex relatione dicitur vel
Ociosa de qua Plotinus li. de Relationib. ad
Idem
Diuerſum
Numero
Genere
Specie
comparando
totum toti
Partē parti
Ratione
Quantitatis
Qualitatis.
Efficientiæ coniuncta
Per ſimilitudinem
Per contrarietatē
vel
Accidentiū
Totius ſubſtantiæ.
Quantitatis
Qualitatis
Situs
Temporis
Huc ſpectant maxime celebres illæ ſententiæ Hipp lib. de alimentis & lib. de dieta. 1.
Eſt & non eſt. contradictoria ſcilicet de eodē eſſe vera.
Omnia eſſe in mundo hoc inferiore
Salubria, inſalubria
Pulchra, deformia
Bona, mala
Alimentum, non alimentū.
Medicinā ſurſum deorſum
Omnia vnum, & multa
Diſſonans, conſonans
Omnia diuerſa & diſcordia cum natura concordant.
Distinguitur poſtremo Medicis & Philoſophis
1. Actus
Simpliciter vt Deus
Cum Relatione
Primus, vt forma.
Secundus, vt facultas.
Tertius, vt operatio facultatis.
2. Potentia abſolutè, vt Materies
3. Ens
Actuatum
ſic nominant Metaphyſici Compoſitum naturale.
In actu
quod facultatem ſimul habet & exercet.
In potentia
quod facultatē habet, non exequitur tamen: Idque
Vel voluntate libera.
Vel impedita contrario
Subſtantia
Quantitate
Qualitate
Situ
Tempore.

Sicut

Sicut autem in eodem composito qualitatum vires à diuersis qualitatibus vinciũtur, quo minus in actum continuò possint erumpere; ita liberantur per contrarias illis à quibus sunt præpeditæ. In Hydrargyro calor à frigore conclusus per calorem nobis innatum sibiq́ue admotum proprius vel ignis externi commercium excitatur. Plantaginis calor ab humidi copia vinctus à corporis siccioris attactu; calcis calor à siccitate nimia torpens affusa humiditate incandescit. Vbiq́ue videtur calidum actionis caussa, cùm hospes sit congenitæ lucis; cæteræ qualitates innati calidi gratia datæ, vt vel exacuant, vel nutriant, vel certa in sede contineant, eundem velut incarcerant; sed à contrariis dissoluuntur, quod sanè est mediis ex potestate in actũ prouocari. Vnum prædictis adiiciam, inde ad alia progressurus, nihil de sensus interni externiúe sanitate vel morbis adeò absolutè constitui posse, quin sicut vnius vitio vel defectu; mox per sympathiam & alter imbuitur: ita profectò vnius efficacia nunquam ab alterius necessitudine sit separanda; vt prorsus insulsa sit illorum opinio, qui se putant in facultate aliqua fructum posse facere, si vel soli meditationi vel praxi operam nauent: & quæ natura inuicem iunxit, posse humani arbitrij vi aut studiorum specie separari. Quin quosdam inuenias, qui putent aliud esse medicinam facere, aliud docere: quæ quæstio ita periculosa est, vt non tam dissolui quàm discindi celerrimè debeat, & cum Sophistis eiusmodi ad Anticyras relegari.

In actum deduci quid sit.

Sensus externi exercitationem nunquam à contemplatione seiungendam.

Contemplationis nomen vel Theoriæ in omni animorum habitu atq; sciẽtia naturæ vel artis imitatricis quietum sanè spectaculum repræsentat; quo tamen velut amplissimo seminario rerum agendarum rationes atque in suo sigillo communiore formæ particulares plurimæ continentur. Huius reciproco flexu (quem relatiuorum mutuam habitudinem Logici nominarunt) dicetur & actio rationis intimæ simulachrum, mentisq́ue à contemplationis idea stabili ad eius propaginem tanquam à conceptu ad partum stimulantis effectio; quare & iuxta necessitudinẽ πρός τι veteribus appellatam, cùm vnius ratio in forma alterius, non aliter quàm in genere species, genus in speciebus, & diuersorum hominum vultus in conuersis mutuo orbibus oculorum elucescit, nunquam ab actione faciundarum rerum contemplatio, neque à contemplatione potérit rerum contemplatarum actio separari.

Demõstratur vbique praxeos et theoriæ vinculũ indissolubile.

Circumferamus oculos à Deo vsque ad materiem per intermedios gradus: habebitis sanè ex Academię spatiis vnum esse in mẽte opificis, agere cuncta & contemplari. Ab hoc principio quo quicquam in orbe magis diuinitatis consors existit, eò & rerũ cõmuniores species ac magis vnitas sub vniuersali spectaculo trahit, quò magis ab ente vero & pulchritudine ad illã deflexerit materię multiplicẽ qualitatẽ, eò rursus ceu marcescẽte coagulo sui ab ordinis vnitate magis ad ἀταξίαν, à vitæ præstãtia ad eneruationẽ & dissolutionẽ propiùs exolescit. Adeò vt huius æterni cõiugij ratione magnus ille Hipp. volẽs diuinã methodũ constituere, multa quidẽ præclara breui cõplexus oraculo sit lib. De dięta 1. statim in exordio, tria in arte medica, cæterisq́; facultatibus, ceu prima totius

Altera demonstratio.

Idea methodi Hippocrat. in cõiugio sensuum externorũ & internorum; id est, conuersione Analogismi & Epilogismi.

Digitized by Google

totius inuentionis & constitutionis capita consideranda proponens. Primò quidem Subiectum passibile. Porrò eum qui de victu humano scripturus est, censeo primùm quidẽ totius hominis naturam nosse ac diiudicare oportere; secundò vires agentis principij vel instrumenti quo operamur. deinde verò ciborum ac potuum omnium &c. tertiò, vtriusque analogiam, cùm sic ait: Et non solum hæc, sed etiam mensuram ac proportionem laborum ad multitudinem ciborum & hominis naturam, corporum staturas, ætates, anni tempora, & ad mutationes ventorum, regionum situs in quibus degunt, anni constitutionem & statum, ortus & occasus siderum, ventorum &c. Quæ omnia certè non sola obseruatione, non rationis vnius subsidio perfici possunt, sed exercitij meditationisque cõplexu. Quare cùm eadem omnino principia Methodi lib. De decenti ornatu, lib. De veteri medicina, lib. de locis circa finem, & alijs suis operibus constituisset, tandem paucis in lib. Præceptionum, sensus exercitationem à contemplandi cura prorsus indiuiduam facit. Hæc sanè nosse oportet, & non ratiocinationi potius probabili intentum aggredi curationem, sed exercitio cum ratione. Expressè deinceps de Mente disserit, Ratione, Phantasia, & Sensu exteriore, statuens naturam à multis omnigenisque rebus moueri, vt quædam subsit violentia: concludit demum ex his, quæ palam apparent, debere rationis exordium capi, fallacemque discursum animi fore ad præstantiam artis, nisi nitatur obseruatis & αὐτοψίᾳ. Fallax, inquit, & ad errorem procliuis est affirmatio cum garrulitate, qua vel Empyrici meri, vel Sophistæ inexercitati præstare ante alios maximè consueuerunt, quibus obiici meritò potest quod olim in belli tumultibus Dranci, *quem gloria Turni Obliqua inuidia stimulisque agitabat amaris, Largus opum, lingua melior, sed frigida bello Dextera*. Hi sunt profecto Thrasones obstipo vertice proiectæ audaciæ pleni, quibus omnis animi virtus effusa ad circumferentiam in linguam penitus exhauritur, *Qui Martem in lingua pedibusque fugacibus acrem Semper habent*. Et quamuis Theorici multi variarum lectionum industriam referant, sententiarum inexhaustam memoriam iactitent, terra marique ad mercaturam sæpe vnius tituli se peregrinatos asserant: quis adeò stupidus, vt mulos vel asinos nesciat redire spectabiles posse in pellibus leoninis? Non illa fuit Homeri sententia, vt peregrinationem solius corporis, sed vnius animæ ex sensibilibus & obuiis rebus, quas (omni in loco natura suppeditat) per vniuersitatem excurrentes vnicè veneremur. Non enim tam refert hodie quàm multa quis audiat auribus passim, aut oculis cernat, quàm animo videat obseruetque, & ex paraterisi assidua stabilitas vetustate sententias scrutari penitiùs discat, vel nondum reperta veteribus adinueniens ipse integritatem artium elaboret.

Subiecti passibilis consideratio ex Hipp.

Obiecti agentis.

Analogia.

Loci plures Hip. vnde Methodi ratio vniuersa sit colligenda.

Coniunctio praxeos & Theoria ab Hip. celebrata.

Empyrici.

Rationales tantum & garruli taxantur.

Peregrinatio quantum conferat ad cognitionem, & qualem Homerus intellexerit.

Quòd si qui ieiuni sint adeò (esse autem non dubito) qui putent vnius animæ vi præstari minimè posse, vt ius aut medicinam faciundo simul docendoque sectentur; ij se scientiarum abuti nominibus sciant, & vim naturæ facere, non minus quàm si ab amore pulchritudinem, à pulchro vtile atque honestũ separent.

In eos qui negãt posse praxim cũ theoria copulari.

Digitized by Google

ſeparent, à luce ſplendorem, à ſplendore lumen, calorem & generandi facultatem, quàm ſi ſe interponentis terræ & Solis infandis deliquiis cuncta in tenebras vertant, & quæ ſummo affinitatis iure deuincta ſunt inuicem præter fas omne diuellere moliantur. Credebam equidem Centauros & cęlo ſemper infenſos Gygantes ſuis olim oppreſſos montibus expiraſſe, ſed video ſanè cũ hac ętate plumbea, vel figulina potius, eoſdem mira quadam palingeneſi auris vitalibus reddi, & bella denuò bella cum ſuperis impia machinari.

Sed quid apud irrationales animas argumẽtis logicis aut rationibus agam? credant ſaltem vel ſenſibus ſuis, oculoſque non modo per illos cælorum æternos ambitus, per lunæ ac ſublunarium rerum periodos circumducãt; in quibus & actionum maximarum, & ſumma intelligentiæ virtus cõnexa æternis inter ſe vinculis glutinantur, quin ea quæ ſunt in hominum genere prædictis adiungant. Quod enim præſtari id ipſum quod volumus poſſit, docent exempla huius ætatis admiranda, ſi in facultatibus ſingulis ſuos hodie cultores principes & lychinuchos anteſignanos exempli loco propoſuerimus.

Exempla huius ætatis in grauiſſimis viris theoria ſimul & praxeos dexteritate præclaris.

Specta animo tantum in arte medica Ioannem Fernelium, Hieronymum Fracaſtorium, B. Montanum, Andream Matthiolum, Iac. Syluium, Andreã Veſalium, Iac. Hollerium, Ioan. Tagautiũ, Rondeletium, Amatum Luſitanum, & inter cæteros celeberrimum præceptorem meum Hiere. Triuerium, ac P. M. patrem Gemmam Friſium in Mathematicis æque & medicina præſtantem, qui omnes pręter innumeros alios vel hac ætate florẽtes, tum ſcriptis & profeſſionibus publicis, tum conſultando variè & faciundo reipublicæ profuerunt.

In Medicina.

Habetis in facultate Iuriſprudentiæ ampliſſimum dominum Præſidem Viglium Swichem. cuius diuina prudentia in rebus politicis expeditiſſimè praxeos, ſimul altiſſimæque Theoriæ indiuidua ſyngamia aliorum qui hactenus extiterunt Iuriſconſultorũ prope nomen obſcurat. Habetis ſub eodem genere facultatis viros Heroicos planè, conſilij ſimul & operum dexteritate præſtantes D. Cancellarium, D. Iohannem Scheyff, & Ioachimum Hopperum, cuius de arte Iuris opus extat Methodicum, theſauro nulli, ne quidem Gyges anulo comparandum. Mittam cæteros hac ætate præſtantes viros præſertim in Vniuerſitate noſtra, pluribuſque Hiſpaniæ, Italiæ, Franciæ, Friſiæ, ſuperioris & inferioris Germaniæ locis, quos omnes ſatius eſt ex viuis illorum monumentis quàm noſtra oratione laudari.

In Iuriſprudẽtia & politica adminiſtratione.

Quod ſi tamen ad ſacræ theologiæ myſteria voles reſpicere, multa vbique ſunt exemplaria, ſunt certè & in hoc literarum emporio celeberrimo, ſunt apud nos grauiſſimi viri non minus ſcriptorum ſuorum & lectionum fæcunditate, quàm vitæ exemplis, ſanctimonia, morumque religione conſpicui. Et quamuis omnes hic recenſere ſuperuacaneum putem, eos tamen ſilentio præterire non potui, qui præter innumeras diuinæ ſapientiæ dotes, quas è ſacrorum contemplatione & philoſophiæ fontibus imbiberunt, actu quoque & operatione viua ſemper ſe vindices veritatis, patronos pau-

In ſacrarũ literarum interpretatione.

Digitized by Google

perum & afflictorum hominũ, iusti decori, & boni publici æstimatores æquissimos præstitere. Horum alter est Reuerendus D. Præpositus Arrhiẽsis Maximilianus Morillonius, in diuinis pariter & humanis versatissimus, cuius virtutes eximiæ ab auis & atauis ceu iure quodam hęreditario diffusæ in omnem familiam permanarunt. Alter oriundus Hispania & toto propediẽ orbe prædicandus B. Arias Montanus, sacræ Theologiæ doctor eximius, mihi iampridem notissimus propter humanitatem summam, sacrarum literarum, mathematicæ ac totius philosophiæ, præsertim tamen idiomatõn diuersissimorum cognitionẽ mortalibus admirandam, quorum nomine munus illi commissum à Rege serenissimo intellexi, vt linguis excusum pluribus volumen Historiæ Sacræ posteris relinquatur; quo sanè mortali generi nec salubrius quicquam hac ætate corruptissima, nec expectari posse magnificentius puto.

Conclusio. Vobis autem quotcunque præditi meliori iudicio sitis, id paucis defixum ante oculos & circumferri in animis velim, non modo in vita & praxi, & Theoria dari coniugii vinculum indissolubile, sed & hæc singula ipsorum finium ratione conuerti. Nam propter actionem suscipitur contẽplatio, propter contemplationem actio. Quare & re ipsa naturæque consilio complicata, non nisi violenta cogitatione dirimi possint.

De discvrsionis circvlaris artisqve *Cyclognomicæ Caussis effectricibus secundarijs, vt sunt potentiarum animi obiecta singula, exemplaria scilicet rerum perceptibilium atque imagines.*

CAPVT VII.

Concentu vnisono ad cytharam pulso, cytharæ alterius ex sympathia moueri vnisonum constat, adeoque in quauis harmonia Musica, quæ similem inter se tensionem obtinent, mutuo sese cõmotant per occursus circulorum scilicet, in percusso aẽre iuxta parem sibi proportionem optimè congruentes. Ita planè tum in rerum naturalium, tum diuinarum fieri spectaculis solet (quorũ ordo siue connexus perpetuus aptissimè cuiusque symphoniæ exẽplar existit) vt cum de vno quouis principio distinctim sermonem aggredi velis absque cognati alterius doctrina miscellanea, non possis tamen, quin ductu reciproco prorsa vorsa feratur oratio instar vndantis auræ, atque per circulos obuios agitatæ inter tensos æqualiter neruos. Etenim de natura animi disserere quenquam vix posse autumo, quin & obiecti naturam & circulorum atque discursuum, alterius illius intuitu flexuque nonnihil obliquo simul attingat, & in huius contemplatione vicissim naturam animi conuersa velut radiorũ vicissitudine pulset. Nam neque in similem sibi alterius oculum facilè quis intuebitur, nisi & sui effigiẽ oculi vna consideret, vtque per sinus seu chordas arcum circuli explorant mathema-

Eiusdem negotij considerare potẽtias & earundẽ obiecta.

Digitized by Google

thematici, ita viciſſim ſinus rationem per circulorũ peripheriam. Ergo licet de facultatum obiectis rationem fermè vniuerſam tractatu ſuperiore propter cõtextum rerum ingreſſi ſumus, cùm tamen obiecti ad potentiã mutua ſit quædam relatio, penes quam natura vnius ex alterius alternato intuitu clariùs eluceſcat: conabor paucis & horum indolem aperire, locumque non infimum attribuere inter artis noſtræ principia iuxta perennem ſymmetriam ad trini fontis atque vnius proceſſum ineffabilem. Muſæ Iouis ter maximi repurgate pauliſper fæcem terrenam ex animis noſtris, liceatque in ſacram hanc Idearum arcem altius euolare, quàm fluxa forſitan nobis atque mortalis portio largiatur.

Diſcurſus Methodici cauſſa ſecundaria.

Cauſſam diſcurſus cuiuſlibet ſecundariam imprimis ſic accipi velim, vt noſtri magis intuitu, quàm quo ad naturam rei eſſe talis intelligatur. Sunt enim obiecta, efficientes ſecundariæ cauſſæ ad ipſum animum atque diſcurſionem comparatæ, quippe quam paulò propiùs cõplectantur, priores tamen eſſentia iuxtaque naturę ſeriem ad gradum intellectu ſuperiorem meritò referuntur.

Obiectum Phyſici vocant agentis animæ ſeu facultatis terminum, in cuius perceptionem ſcilicet velut finem virtutum radij ab anima proferantur, ac tot ſunt numero quot ipſæ potentiæ, quarum quaſi correlatiuo nomine deſignari poſſunt, vt intelligibile ſcilicet ad intellectum, ad ſenſum ſenſibile referatur, quemadmodum res viſibilis viſus obiectum dicitur, tactu perceptibile tactus ipſius, & ſic de cæteris.

Entis genera tria à Metaphyſicis aſſignantur.

Nos ad Metaphyſicam contemplationem propius acceſſuri, atque in ternione quantum fieri poſſit & hic quoque perſiſtentes, dicimus inter Ens verũ ſeu ſummum bonum, & non ens infimum ſeu materiem, tria Entis genera ſecundum boni ipſius continuam quandam participationem collocanda, quæ quo ad cognitionem percipiendique facultates reſpectum inter ſe mutuum perpetuamque relationem ſortiantur.

Digitized by Google



Res obiectæ, & intelligib. in quo differant.

Res obiectæ igitur, etſi à pleriſque cum rebus intelligibilibus confundantur, in intellectu habent ſe potius per modum magis minuſue communis. Omnes enim res intelligibiles ſub obiectarum rerum ambitu comprehenduntur, at non obiectum quodlibet intellectu eſt perceptibile ſub ratione qua intellectus exiſtit. Quin etiam in intellectu ipſo, ſi accuratius loqui voles, res omnis intelligibilis ſiue Idea à ſubiecto diſtinguitur; in cuius gremio delitescit: quamuis iuxta Platonicos notiones ſenſibilium rerum ſolæ, nuper editæ vel ab anima conquiſitæ à rebus ſenſibilibus ſeparentur: notiones verò intelligibiles in potentiam rationalem ab intellectu tranſmiſſas vnum quodammodo cum rebus intelligibilibus ipſis eſſe conſtituant.

Res Intellectuales.

Ens Intellectuale (vt ex Plotini verbis elicitur) omne id eſſe coniicimus quod ſit intellectus atque intelligentiæ particeps, ex forma intellectus formationem obtinens, ſub eiuſdem actu vitam atque eſſentiam. Sicut enim ſe habet viſus ad lumen, ſic ad ſummi boni lucem intelligentia, vnde & intelligentiam Plotinus nominat actum reflexum eſſentiæ viuæ à bono dependentis, conatuque eiuſmodi quærentis ſe ſimul & cauſam ſui.

Res Intelligibilis

Intelligibile ſi cum re ipſa planè coniunxeris, vti Plotinus in formis ſupremis & maximè abſtractis ſolet, ad intelligentiam naturamque intellectualem velut motor exiſtit, natura prior atque antiquior. Verùm ſi à rebus nonnihil ſeparaueris ſecundum acceptionem propriam pulchrè omnem ideæ rationem tibi ob oculos atque in animo conſtitueris, quæ nihil ſit aliud quá forma formæ effectricis interior, ſic vnita tamen formæ principi atque intel-

Digitized by Google

intelligibili rei, vti lumen solis luci ipsi; ac tantum per modum vel ordinem quendam differens in ea dimanatione quæ fit à rebus intelligibilibus in intellectum. Aptè itaque comparabis rem intelligibilem Soli, & caussæ effectricis superioris nomine designabis: Intellectum verò velut orbem elementarem, atque solaris radij receptaculum appellemus: Ideam deniq; velut instrumentariam formam atque effectricem secundariam in solaris luminis ratione statuamus, vt nihil sit aliud quàm rei intelligibilis emanatio in intellectum: vel si ad ideas quoque ignobiliores te conuerteris, radiorum specierumque defluxus à re perceptibili ad cuiusuis percipientis animæ sensum. Ita enim & passiuas notiones sub diuisionis ambitu comprehendes, & mediam optimè collocaueris rationalem animam, inter obiecta sensibilia atque intelligibilia omnis cognitionis extrema.

De Intellectualibus rebus abundè diximus capite superiore; de rebus intelligibilibus præcedenti libro; nunc verò de ideis ipsis per quas propriè res & intellectu perceptibles sunt, & dicũtur tales, sermonem compẽdio transigamus; ne passim non tam earum naturam atque essentiam tractare voluisse videar; quam ordinem & consecutionem necessariam ad discursus illos triplices ante à nobis constitutos: quanquam, vt dixi, longè sit difficillimum in rebus seriem certam probè instituere, quin de natura quoque singularum cogitatio, deque ordinum caussis volenti nolentique interdum altiùs obuersetur. *Idearum cõsideratio iuxta ternariam distributionem, qua omnes ad symmetriam Methodicam reducuntur.*

Ideam igitur rebus corporeis separatam Deoque insitam Plato efficiendi principium voluit, vti ideam alteram intellectui counitam cognitionis effectricem atque scientiæ; formam verò rebus inductam effectum generationis illius, & partum, potiùs quam caussam effectricem, maluit appellare. Aristoteles contentus rei caussis proximioribus, ideas reijcit, tanquam in nube, potiùs quam in rerum natura, volitantes; cùm ipsus interim amictus nube densiuscula vel inuitus tandem in harum hypothesim prolabatur; dum formam scilicet extra corpus constituit cuncta continentem, vt lib. Phys. ausc. 2. vbi & formæ diuinæ mentionem obiter facit. De qua vide Themistium atque Simplicium. Sed cur non Peripateticos miror? Ideas atque exemplaria contemnentes tanquam nimis supra naturam atque in intellectu posita; cùm diuinus Plato hæc velut caussas superiores, minimè proximas rebus ipsis constitutis adiunxit, ipsi interim Aristotelici præter materiem ac formam inter caussas continentes & proximas priuationem numerent, non Ens verius quàm sit species rei intelligibilis. Non enim forma, nec corpus existit, sed quiddam indiuisibile potius inter ingressum vnius formæ alteriusque expulsionem, vti in angulo seu duarum linearum contactu communis punctus existit, diuersæ penitus rationis scilicet quam sint ipsæ in longitudinem diuisibiles lineæ. *Idea quid.* *In Peripateticos, qui Ideas rideno & exemplaria.*

Meritò itaque caussarum genera 5. constituit Plato in rebus vniuersi. 1. Mundum sanè vt finem. 2. Materiem operis naturalis. 3. Deum vt communem efficientem caussam. 4. Ideam duplicem, vnam vt exemplar rerum *Caussarũ genera 5. secundum Platonem.*

Digitized by Google

efficiendarum in intellectu communi, seu mundo archetypo intelligibili primo: alteram verò vt cognitionis exemplar, quibus totidem respondent gradatim in intelligentijs inferioribus, sed magis distinctim atque secundum passibilem modum. 5. Formam rei naturalis velut partum. Quod si magis interna principia voles, Formam atque materiem dices, quarum medio nos in sequentibus passim analogiam siue proportionem audacter constituimus, etsi latiùs principij rationem extendere cupientibus, vel nouem principiorum ordines facillimè referantur, 1. Deus. 2. Intellectus communis. 3. Ideæ. 4. formæ essentiales. 5. formarum accidentalium analogia siue proportio. 6. Priuatio. 7. finis atque perfectio rei. 8. Rerum ordo & consecutio. 9. Materies. Verùm hæc paulò supra propositi metas.

Ideas esse deiformes breuiter.

Quòd autem Ideæ re vera existant, prolixa demonstratione non indiget: nam vt rationes omittam longè pulcherrimas Max. Tyrij Philosophi sermone 28. quarum aliæ argumento sunt à minori deductæ atq; brutorum exemplo, aliæ verò à processu prioris ad cognitionem principij vsq; in infinitum, postremæ tandem ab actionum humanarum in somnis, actusque reminiscendi similitudine. Ipsæ sanè vel diuinæ literæ docent, Deum quodammodo exemplaribus vsum ad vniuersi fabricam, vt doctè lib. de mundi opificio demõstrauit Iudæus Philo. Quibus attestatur illud Mosaicum, In die quo fecit Dominus cælum & terram & omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemq; herbam regionis priusquam germinaret. Adde & Regis Psalmographi alterũ, Informem fœtum meũ viderunt oculi tui, & in libro tuo omnia membra mea scripta erãt, quę per dies formata sunt. Quemnam hic, quęso, librum intelligat quisquam, nisi fortè mundũ intelligibilem siue Archetypum atque intellectum cõmunem? Nisi quod Plato intellectum cõmunem Deo inferiorem ponat, Christiani autem Dei filium intellectu quouis superiorem & patri coæqualem. Neq; verò in rebus fidei tantopere Platoni est auscultandũ, quin vetus Ecclesia & Christus ipsus hic multò sit audiẽdus prior. Tantum verò hęc obiter quantum principijs melioribus visa sint consentire idcircò recensui, ne ex figmẽtis meris omnem hanc doctrinam nostram effluxisse quis arbitretur. Nam siqua à nostra fortè religione dissideant ex veterum monumentis huc translata (vt sunt certè plurima) ijs etsi non acquiescas, artis totius necessitati nihil offeceris, cùm illa non tam vt principia, sed operis quædam quasi Emblemata intertexuerim, natura quidẽ eiusmodi, vt vel transpositione, vel vocularum quadam immutatione facillimè in Christianum sensum transferantur: vbi tamen diuino spiritui atque ecclesiæ sanctæ semper est auscultandum, quando horum interpretationẽ nec intellectum humanum, nec rationem vllam in consilium vocet, nisi ab intellectu verè cõmuni priùs sit stabilitum, qui sanè, quantum ego pro mei ingenij tenuitate assequi possum, non tam in vno homine viget, quam plurium humanorum intellectuum vnitate.

Liber vniuersitatis.

An Deo opus fuerit exẽplari.

Verùm (inquies) quid Deo exemplari opus fuit aut mundo intelligibili, qui vel ma-

Digitized by Google

vel materiem è nihilo duxit per potentiæ ſuæ abyſſum infinitam? Certè non propter Deum exẽplaria ſtatuit Plato, verùm propter intellectũ noſtrum, cùm enim hic naturaliter formas capiat, rationesq; vel ſeparatas intelligat vel ſeparando, cùm & ſuperiora pro ſuæ naturæ captu efficiẽdis inferioribus aut conſeruandis ſaltem operam præſtent, idq; per æmulationem quandam boni opificis, à quo proficiſcuntur, ipſum verò ſummũ bonum lõgè ſuperius intellectu noſtro ab intellectu capi non poſſit, ſequitur vt illæ communes rerum atque à materia ſemotæ rationes eius obiecta ſint adæquata & naturalia, quæ quia intellectũ mouẽt, formant, atq; perficiunt, ideò & intellectu noſtro ſuperiores in veriore atq; præſtantiore vniuerſi gradu ſunt collocatæ, Mundo ſcilicet exemplari atq; intelligibili intellectu cõmuni, quem & Dei filiũ appellabat. Quare & procul à figmentis poſitæ fulgent, ne mens & veritatis index & ſenſuum caſtigatrix magis à veritate quàm ſenſus ipſe diſſideat. Etenim, vt doctè Platonici referunt, Mens illa ſublimis primũ velut informe chaos ex Deo nata ad ſui principium ingenito quodam appetitu conuertitur, conuerſa in Deum radio, eiuſdem penitius illuſtratur, cuius fulgore creandarum rerum ratione pleniſſimo ille ſuus amor accenſus Deo totus inhæret, inhærens deniq; ad formam perfecti animalis exurgit, quem à pulchritudine Mundum appellant. Ita nimirum Deus in mẽte ſibi inhærente creandarum rerum naturas effingit, pingens modo quodam ſpiritali cuncta quæ in corporibus hiſce percipimus,

Ordo amatorius circa Ideas & exemplaria.

Ideatum & exemplaris mundi habitudo.

Cælum & terras compoſíque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra,
Vnde hominum pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.

Ex illa igitur reflexione mentis in Deum, & conuerſione per appetitum, primæ rerum ideæ in mentem primam diſſeminantur, vti per reflexũ mentis noſtræ in intellectum ſuperiorem, & ipſa rerum quarumcunq; notiones induens,

Ceu tumulum capit, vnde omnes longo ordine poſſit
Aduerſas legere, & veniemum diſcere vultus.

Qualis verò habitudo mẽtis primæ ad Deum & ad ipſam mẽtem primam noſtri intellectus exiſtit, talis deinceps rerũ quarumcunq; inferiorum ad ſuperioris ordinis vitam: vtq; in hoc mundo materiali omnes omnium materiæ in vnam tandẽ intimamq; materiem confluunt, magis multò in mundo formali formæ omnes in vnam principem, ac velut apicem ſummũ totius theatri neceſſario reducuntur: omnis enim vita (teſte Ficino) prolem ſibi priùs penes ſeipſam generat quam ſeorſim, quóque præſtantior parens, eò & interiorem ſibimet ipſi generat prolem. Oportet enim prolem eiuſmodi (quam Orpheus Palladem vocat, tanquam Iouis capite natam) Deo interiorem exiſtere, quàm ſit angelica notio menti angelicæ. Nam in angelo cùm ſit eſſe aliud quàm intelligere, notio quæ in ipſo per intellectus actum generatur, aliud eſt quàm angeli ipſius eſſentia. In Deo cõtrà eſſe & intelligere vnum ſunt, ac notio quam Deus ex intellectus ſui in ſeipſum reflexione producit tanquam ſui imaginem

Digitized by Google

imaginem viuidiorem, idem est atque ipse Deus. In hac autem Dei prole intima, seu mundi semine vniuersali, insunt membrorum omnium semina propria, quæ in mundo hoc prole eius externa gignuntur. Atqui hæc eadem essentia inter se coëunt, ne Deus sit substantia multiplex: ratione differunt, ne quicquid in mundo subsistit varietatis ac pulchritudinis expers esse videatur. Rursus eædem rationes seminales quanto ad vitam superiorem referuntur, tanto magis & vniuersales vnitæ atque à materiei conditionibus sunt alienæ. Quin summo bono non omnes tantum omnium rerum formæ sese per modum vnius infigunt, verùm & cunctorum animæ illuc, tanquam lineæ ad commune quoddam circuli centrum, referuntur: quæ quàmuis singulæ sua sint rursus proprietate distinctæ, distinctionis obtinent gradus sub ea ratione tantùm, qua ab intellectu atque vno in multitudinem prolabuntur. Quo sanè & illud spectat poëtæ opt. max.

Illæ autem paribus quas fulgere cernis in armis
Concordes animæ nunc & dum nocte premuntur,
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies stragemque ciebunt!

Sic vtique ex vno intellectu rationeque ab ipso dimanante moles hæc vniuersa pullulauit iam à seipso dissidens, & necessario nata sunt alia inter se amica & salutaria, alia verò inimica & pernicioſa ex rebus bonis atque concordibus primum in ratione seminali.

Modus quo ideæ producuntur.

Quod verò ad modum pertinet, quo primum ideæ ab intellectu superiore producantur, Plotino visum est naturam entis veri fœtam vnitatibus velut seminibus rerum earundē parere rationes; eas deinceps ordine numeris maioribus minoribúsue componens. Nam & Pythagoræ nihil est aliud numerus, nisi actus seminalium rationum in vnitate regnantium; Vnitas verò idipsum per quod Entium quodlibet vnum denominatur; quóque, velut seminario & radice sempiterna, rationes proportionesque in vtramque partem procedunt infinitæ; hic quidem multiplicando, illic verò diuidēdo. Vel, Vnitas est species rum species, exemplar idearum omnium numeros reliquos & particulares rerum rationes in se complexa.

Vnitatis diuina potestas.

Et quamuis istarum classes plurimæ pro humani ingenij facultate constitui possint, videntur tamen Platonici 4. potissimum recensere voluisse omnium quidem circa Deum, à Deo in eundem sese ordine longè pulcherrimo reflectentes. Cùm enim Deus sit quasi quidam circulus (vt pulchrè Philosophus ille dicebat) cuius centrum vbique vigeat, circumferentia nusquam appareat; circa eundem orbes 4. assiduè reuoluuntur, Mentis, Animæ, Naturæ, atque Materiæ. Vnde & idearum classes totidem emergunt, quarum interiores & 1 Deo proximæ sunt, quæ ab ipso in mentem profluunt, & à mente in eundem 2 reflectuntur. Secundæ notionum rationalium circa Ens secundum, siue intellectum communem, à quo in animam vibratæ suum similiter principium repetunt.

Ideæ communiter circa Deum.

Digitized by Google

petunt. Occurrunt tertiò rationes seminariæ circa Ens tertium, nimirum Ani- 3
mam, à qua in naturam prorogantur, atque hinc reflexæ iterum in animam
conuertuntur. Quartus illarum ordo recensetur, quas Naturales appellant, 4
circa naturam assiduè volitantes, à qua demum in materiem lapsæ hinc pro
virili rursus in naturam attolluntur. Itaque diuinus ille radius à sole æterno
in orbem continuum manans à mente per animam in naturam atque mate-
riem transit, in qua tandem fingit extremas quasdam atque vmbratiles tan-
tum similitudines, vt lumen colorum imagines in obiecto speculo repræsen-
tat. Nam ex puris paulatim impuræ fiunt, dum à contrarijs inquinantur,
vnde & ex vnitis dissipatæ, ex vniuersalibus singulares, ex stabilibus planè in-
stabiles atque caducæ, pristinam requirunt puritatem, atque ex humili in
altum, raptu illius magni dæmonis, siue amoris, quantum in ipsis situm est,
rursus emergunt.

Animi dignitas & potestas per ideas.

Propterea & mundi huius inferioris Colonus Animus propter cõmercium Deorum partim sublimium, partim fugacis corporis, ceu profugus fato, terris iactatus & alto, assumit ipse quidem per sensum has à materie pollutas rerum similitudines, deinde collectas per phantasiam purgat colatque per rationalis potentiæ cribrum, ligat postremò cum vniuersali mentis Idea, fruiturque iam Psyche pulcherrima sui complexibus viri, cælestis cupidinis scilicet, vbi pota nectare, Nepentes satura atque ambrosiæ mensisque paulatim assuescens superis,

Multa modis simulachra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturque Deorum
Consilio, atque imis Acheronta affatur Auernis.

Simile radiorum Solarium ad Idearum dimanationem.

Sic hominis anima per radij reflexus in sublime, labefactatum orbem ex descensu in multitudinem, penè restituit. Quod si huius conuersionis obscu-
ram quoque in rebus sensibilibus imaginem voles, rursum ad Solis actionem te conuertito, diligenter obseruans, quomodo ex orbe illius amplissimo vel orbis diametro potiùs, per foramen angustum in obiectum parietem alterum, conũ pyramidalem effornet, atque in ipso foramine parietis proximi sic radij obliquati in continuum proferantur, vt transuersi penitus pariqúe proportione digressi qua dudum colligebãtur, in oppositam alterius muri planiciem decidant, orbemque fulgidum ad solis similitudinem referant (quemadmodum pulchrè obseruatores Eclipsium docent) tantò sanè ampliorem, quantò à foramine longiùs transuersi radij in continuum proro-



m gentur,

gentur,adæquaturi ſcilicet globi ſolaris amplitudinem,ſi æquali ſpatio à cono deciderint,atque pridem à ſole defluxerant. Ita & idearum influxus à ſuperna vita in inferiorem deriuati ex auguſtiſſimis maximè in anguſtiam particularem rediguntur , donec à materie atque corporibus reflexi iterum in humanos animos,ex ſingularibus facti vniuerſales,amplitudine priſtina potiantur.

Quomodo ratio in materiam agat.

Atqui de Ideis ſuperioribus ac medijs iuxta communiorem rationem ſatis eſt demonſtratum,verùm quomodo Ratio in materiem agat,fortè non cuiuis eſt manifeſtum. Plotinus illam nec viſionem neque intellectionem nominat, ſed vim quandam materiæ agitatricem , haud ſanè cognoſcentem , ſed agentem duntaxat velut formam figuramque in aqua,quemadmodum ex circulo aliunde facto redundat circulus alter,

Sicut aqua tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercuſſum,aut radiantis imagine lunæ,
Omnia pernolitat latè loca,&c.

Vnde tanquam ſuperioris ordine ducta & pulſa radijs reflectit ſpeciem, aliàs quidem expedita , aliàs impedita ; quare & circa ipſam vbique & perſpicuè rationis defectus maior, maior contrariorum velitatio, indomitus fluctus. & ataxia . Poſtremò vt totam Idearum regionem paucis exaratam proferamus, en tibi Idearum ſyſtema à Deo vſque ad Materiem.

DEVS.

Digitized by Google

DEVS 1

RADII EX AMPLITVDINE diuina in conũ diffusi pyramidalem seu tres diuinæ subſtantiæ dimanationes inter primum principium & mundum, eſſentiæ ſcilicet, vitæ, & Intellectus. 2

INTELLECTVS COMMVNIS ſiue Archetypus mundus atque intelligibilis primum per radium diuinum formatus, & inſtar ſolis Dei radios exceptos in continuum ſpargens. 3

ORDO AB INTELlectu in naturam vniuerſalior. 4

ORDO ANIMARVM Rationalium particularior. 5

ORDO IN MICROcoſmi parte cognitrice. 6

ORDO MAXIME diſtinctus in partibus rationalis potentiæ. 7



Illud verò præ cæteris in tabella præfixa accuratiùs paulò expendas velim, quæ sit differentia inter exemplar atque imaginem, rursus vtrobiq; inter notionem & virtutem seminalem. Exemplar enim ad causſæ agentis rationem propius spectat: Imago ad patientis conditionem. vnde & mutuo sunt correlatiua: est enim exemplar imaginis exemplar, imago autem exemplaris. Sed notionis vocabulum magis ad cognitionem est referendum, ad effectionem verò virtus seu ratio seminalis, si loqui paulò distinctiùs voles.

Differentia exemplaris & imaginis.

Notio.

Virtus & ratio seminalis.

Postremò & illud particulatim animaduertendum in anima nostra, Intellectuales notiones actiua potissimùm facultate præditas magis exemplarium in nobis locũ quam imaginẽ obtinere, nisi ad intellectũ superiorem conuersæ referãtur: Rationales verò species seu discursuũ seminaria ambiguam sibi naturam quodammodo vẽdicasse iuxta indolem rationis: Species verò phantasticas sensibilibus rebus abstractas, etsi plerique merè passibiles iudicent, id respectu intellectus communis est accipiendum: alioqui enim & ipsę naturę accipitis ab intellectu abstrahuntur per rationem mediam. Verùm è conuerso cum intellectus per descensum in obscuram velut nubem deuolutus alriùs dormiat, quàm Epimenidis somnum, necesse fuit species in intellectu positas essentiales atque reconditas scilicet, à sensibilium notionum & syndromis accidentariæ similitudine vellicari. Quanquam & huius excitamẽti principium alterum quoque sit extra corpus constitutum priori oppositum, eoque longè præstantius, ipsum scilicet primi intelligibilis lumen, & fax quędam immortalis cognitionis ac naturæ vniuersi parens.

Intellectuales notiones.

Rationales.

Phantasticæ.

Specierum sensibilium necessitas.

Porrò Intellectuales notiones quanquam actu perpetuo in vnitate vigeant, respectu tamen potentiarum inferiorum, quibus se vinciendum tradidit intellectus, nunc per potentiæ nomen à priore quadam indole degenerasse, abundè ex monumentis Platonicis constat. Actu enim subsistit in nobis, actuque à mente superiore formatur, & ad eandem respectum obtinet sempiternum, sed (vti diximus suprà) actionis suæ radium non actu semper ad inferiora demittit. Vnde & respectu animæ inferioris tantum in potentia dicitur, donec per animorum ascensus rursum excitetur, vt omne hoc nostrum scire sit verum reminisci, ac rectè Socrates non tam scientiarum sese promum apud adolescentes, quàm obstetricem prædicaret. Nam & sensus rationem, & ratio vicissim prægnantem notionibus intellectum obstetricatur, non quod proinde species intellectuales nascantur propriè, vti ex verbis Platonicis malè colligebant Epicurei, cùm potiùs hæc productio specierum istarum sit quædam in Rationali parte coruscatio, per quam mentis species antea coarctatæ floresc̃unt latiùs, vt per intelligentiam essentiæ rerum definiantur, per rationem componantur essentiæ definitæ, & argumentationes cõficiantur. Veras etenim definitiones essentiarum non potest mens per accidentalia rerum simulacra formare, sed eas construit per infusas ab origine notiones, cùm in syndromi accidentali sola descriptio quædam lateat, definitionis vmbra & rudimẽtum imperfectũ ad veras illas essentiæ notiones

Notionum & ideaũ in mente comparatio.

ceu

ceu manu nos perducens. Quemadmodum igitur Natura non recipit quicquam, niſi ex ſemine ortum trahat, quin potius quodcunque procreatur, ſeminis ſecum ſimilitudinem deferat, vt homo hominis, atque arboris arbor: ſic & animus, ſi veritatem intelligat, neceſſe eſt veri ſeminio fætum rationes exhibere, poſtquam fuerit excitatus, quæ quidem (vt Tyrij verbis vtar) & ſint, & ſemper ſint, & ſubſtantiæ veræ atque immortales. Quare cùm ſui ipſius doctor ſit animus, ipſi profecto ſi fuerit defæcatior exiguo principiorum hauſtu ad intelligentiam eſt opus: nam talis ſponte ex ſe ipſo principium capiens viam ingreditur naturæ opificis ſimilitudine fabricatam, inceditque ad mentis illa ſpectacula, quæ & mente dextera protinus haurit, atque hauſta tenaci memoriæ mandat. Si quis verò quæ de actu & potentia diximus probè vix aſſequatur, multas in hoc mundo ſenſibili iſtorum ſimilitudines vel paſſim, obuias deprehendet. Vide imprimis colorum ſeminales rationes in oculo, quæ ab externo lumine in actum prouocantur, de quibus ſuprà. Vide & virtutem ſeminalem in animalibus, plantis, & mineralibus, quorum anguſto ſpacio concluſæ rationes non priùs in apertum ſeſe oculis proferunt, neque ſenſibilem vllam fibrarum, fructuum, foliorum, diſtinctionem obtinent, priuſquam illas calor externus aliquis vel ſolis, terræ, aut animátis alterius excitarit. Medicamina appoſita corporibus noſtris vel intus aſſumpta, ignaua recenſentur, niſi nobis innatum calidum miſturæ in medicamento totius ſymmetriá quaſi diſſoluens, ignem latentẽ in penetralibus foras prouocet, alaſque ad actionem in ſemet ipſum antè ſubminiſtret. Adeò vt vel frigidiſſima medicamina per duplicem calorem agát mutuo ſibi obuiantem, vnum ſcilicet intraneú ſibi, & ab exteriore frigido mira quadam proportione attemperato maximè compeditum: alterum verò peregrinum qui ipſum internum compedibus liberet, & ad rumpendos carceres aditum patefaciat, vnde tandem viciſſim patitur iuxta communem Actionis & Paſſionis regulam. Quid verò in mixtis generalibus iſta miremur? Cùm vel analogia pari cæleſtes ſtellæ ſeſe ad ſolem gerere videantur, quemadmodum fuſè oſtenſum eſt primo libro, vt in Sole quidem ſit actus perpetuus; in cæteris verò à Solis actu ligatæ illarum facultates in actum eliciantur, vnde per ſygygias varias Planetarum ad Solem, perque directionum viciſſitudinem admirabilem, ſuas potiſſimum vires exercent, alioqui etenim perpetua quædam vel confuſio facultatum (quando nimirum ſub idem tempus diuerſi & ſæpe pugnantes inuicem ſchematiſini fiant) vel vniformitas fœdior appareret. Verùm cùm Muſici neque continuas perfectas conſonantias eiuſdem generis, nec diſſonum vſquam in carmine patiantur, ſit vt quadam viciſſitudine nunc à Sole calor Martis feruentior, nunc Saturni frigus excitatum ſeſe per Lunam terris communicet, ipſo interim Solis radio per Martem aut Saturnum viciſſim nonnihil affecto. Quod de medicaminú frigidorú mixtura & actione per calorem duplicem ante definiuimus, idem proportione quadam in ſtellis etiam natura refrigerátibus quiſque ſubaudiat velim. Sed de his vberiùs alibi, in arte noſtra Metheorographica ſcilicet, & mathe-

Seminum potestates quouis in oltimi delitet tenebris ab Idea ſuperiore, docentur exemplis variis.

In coloribus.

In plantis et animalibus.

In caleſtibus.

Digitized by Google

mathematicis elucubratiunculis, ſi dis viſum erit.

Cauſſas particularibus communiores ſemper aſſiſtere.

Patet itaque cauſſis particularibus Ideas quaſdam communiores ſemper aſſiſtere ceu poſteriorum fomites, vtpote indiuiduis numero infinitis communem ſpeciem, cui cum ſpeciebus vnitis cæteris, aſſiſtat vlterius quædam generica forma, donec per communiſſimam vniuerſalis ordo trahatur vſque ad Ens quod Entia cuncta tranſcendit, in quem velut figurarum omnium angulum communiſſimum vel angulorum omnium caput (vt ipſe ſe Chriſtus nominat) diſperſa quælibet per intermedios & ſimpliciores ordines in vnitatem refluant vnde fluxerunt. Ita & in progreſſu Metaphyſico quem fouet æquiuoca quædam relatio, cauſſarum effectuumque mutuam conſequętiam: à fine per media ad cauſſas primas (cuius ſimiliter vtrinque terminus eſt idem cunctorum efficiens deus) videbis à primo ſemper ad vltimum formarum ordinem infinitum, quæ modò effectus vel finis, modo relatæ ad conſequentia effectiui principij induant rationem: ſic tamen vt forma effectione poſterior intra prioris ambitum ſit cõprehenſa, vt quoties ad effectionem rei eiuſdem ſpeciei confluant diuerſa principia duo, Maſculinum & Fœmininum (vt obiter dictum eſt ſupra) neceſſe ſit tamen vtrique vel ſemini particulari, vel actiuę paſſiuæque conditionis principio commune ſeminium ſemper aſſiſtere velut exemplarem formam, cuius virtute particulare quodlibet agens vel patiens ſe mutuo complectantur, ac dimanationes vtrinque in occurſum mutuę fiant, tum per effluxum corporeum ſenſilem vel inſenſibilem, tum exhalationem illi coniunctam ſpirituum, qualitatum atque formarum, donec per eandem Ideam communem rurſus ex forma multiplici in actum vel ſpeciem ſimplicem, in formam vnius compoſiti ex indefinita materie poteſtate cuncta conueniant. Sed neque commodius iſtorum ratio quàm per figuras Geometricas, perque ipſa rebus pauliſper abſtracta mathemata percipi poſſit: Hanc autem cognoſcere imprimis eſt operæpretium, quod huius demonſtrationis adminiculo, omnium fermè quæ ſunt in vniuerſo proprietates occultæ vel facultates abditę (vt vulgus vocat) tanquam vno ex fonte promantur.

Tria in omni mixtione naturali concurrunt, ſemẽ maſculum, ſemẽ & commune ſeminium ſine exemplaris ratio.

Demonſtratio Mathematica.

Cùm enim omnis & actionis & paſſionis ratio ſit in triãgulis poſita, in quibus (vt alibi demonſtrabo) per angulum forma, per aream ſpiritus magis, per baſim & latera corpus atque corporea qualitas aſſignetur, ſit vti per angulorum contactus vel laterum, proportiones totæ inter triangulos plures emergunt, ita & agentis ac paſſi analogiam mutuam deprehendamus per anguli vnius & continentium laterum vniuerſalem rationem in circumfuſo exẽplari. Detur autem triangulus rectangulus figurarum omnium elementum primum, vt A. quidem in actione naturali actiuum principium ſignet; Secundus triangulus B. priorem contingens ad angulum rectum, ſit loco paſſibilis rei: at tertius triangulus C. vtriuſque prioris contingens angulum rectum in E. commune illud exemplar referat, producta prius G F. linea ſubtenſa angulo recto, ab extremitate latens E G. trianguli B. ad ex-

Digitized by Google



ad extremitatem EF. trianguli A, quæ rectum angulum intra ſe comprehendant. Producam rurſus G H, lineam ad angulos rectos ſuprà lineam GF. eidem ſubtenſæ G F. æqualem, & connectam vtraſque per F H. lineam, ſubtenſam angulo recto G. trianguli maioris & quarti per D. ſignati. Dicam poſtremò quod per exemplar C. vtriuſque trianguli A & B. talis ſit mutua neceſſitudo, vt cum vterque in vno communicet latere & communi angulo E. habeat & ſuas ſubtenſas analogas F K. & G I. ad ſubtenſam communis trianguli F G. & per conſequens trianguli fabricati ſuper F K. & G L. latera continentia angulum rectum E. erunt æquales triangulo, qui iuxta prædictam rationem erectus eſt ſuper lineam F G. quandoquidem trium triangulorum ſinguli medium ambientes, Medietatem quadrati conſtituunt, quorum duo quæ ſunt à lateribus medij trianguli continentibus angulum rectum, æqualia demonſtrantur quadrato quod ſuper lineam conſiſtit ſubtenſam angulo recto per penultimam primi Elementi Euclidis. Quod autem ille quadratis tribuit, nos & triangulis illorum orthogonis aſſignamus, qui fiunt quadrato per dimetientem interſecto, vnde naſci per diſſolutionem æquales vtrinque rectangulos trigonos ſit neceſſarium. Si autem ab æqualibus demantur æqualia, & ea quæ remanent ſunt æqualia. Itaque vt ad naturam demonſtratio propius referatur, quia Baſis G F, Ideam mundi corpoream & diuiſibilem maximè repræſentat: A G. & E F. latera Spiritalem maximè: E, formam omniparam, in qua rationes formarum ſint omnium adhuc vnitæ actu, diſtinctæ ſecundum potentiam; quia & ſectione facta eiuſdem trianguli totius in partes proportionales quotlibet, à quibus recta & tranſuerſim ad angulos rectos productæ lineæ ſiue cancelli per vtriuſque annexi trianguli planum, in iiſdem quoque & ſegmentorum omnium rationem analogam præſtet: neceſſe eſt penitus, vt cùm corpus corpori coit proportione media, iungantur mox ſpiritus & qualitates vtriuſque, tandem & forma vniuerſa

vniuerſa,idque particulatim in vno compoſito,quod ex duobus principiis antè diſtinctis,nunc per vnius medij exemplaris cõmunem rationem ita ſtatuitur,vt ambo ſua principia ſub vna & ſimplici forma intra ſe comprehendat. ſunt enim (vt verbo abſoluam) primi trianguli duo, velut parentes alterius, Mas & fœmina,medius vt exemplar commune omnibus: Maior ſiue poſtremus vt omniũ ſoboles. Quod ſi autem inter parentes vel inuicem commiſſa principia nulla proportio fuerit, erit & diſpar ratio ad compoſitionem trianguli quarti, propter diſſonantiam in medio exẽplari. Cùm enim cuiuſque agentis ad paſſum habitudo, ſit vel amica mutuo,vel hoſtilis(Græci συμπαθίαν καὶ δυσπαθίαν nominant) proinde & actio omnis eo contendit, vt vel ſe mutuo ſeparent,vel componant. Compoſitio vel vnio fit per virtutem conſimilem: Repulſio per contrariam. Idcirco ſi inter agẽtem & id quod patitur, communis ſit quædam forma ſpecifica, erit & circumfuſi proximè exemplaris communis ratio,vtrunque copulans,ad actionem excitans atque perficiẽs, ipſe etenim ab occurrente communi ſimilitudine (quam in exemplari videt) ex vtroque principio actiuo & paſſiuo concitatus ſpiritus quamcelerrimè in continuum fertur; ac niſi quid obſtet extrinſecum: quodque vim illius interturbet,neceſſe eſt ſimiles & qualitatis & corporis dimanationes fieri, nobis plerunque occultas & inuiſibiles: quæ cum iuſta proportione inter ſe fuerint coaptata,mouetur & mundi ſpiritus & illa communis ratio exemplaris quam qualitatis ſpecificę norma & vnius corporis comitatur; vt cùm in exactâ ſymmetriam cuncta coierint ex circumfuſæ ideæ gremio & forma communis introducatur,fiatque mox vnum compoſitum naturale. Sin econtrario inter agens & patiens ea quæ aſſiſtit vtriſque communior forma diſſenſerit,mox prodiſſenſus ratione pugna quoque & velitatio mutua incrudeſcit, propter dimanationes triplices tam in vtriſque principiis, quàm horum communi ſeminio inuicem aduerſantem. Vnde adeò quod ſi inter principia ſit quædam proportio firma,ſed propter mixturę inęquabilitatem inæqualiter diſtributa, (vt inter magnetem & ferrum, quibus nec vna ſpecies conuenit,nec omnino diuerſa eſt) hic quoque & dimanationes inęquales fieri eſt neceſſarium . Vnde cùm ad normam communis ideæ, ſpiritus vtrinque delati partim ſe pellant, partim recipiant mutuò & complectantur : naſcitur & aliorum effluxuum congreſſus inæqualis ; fitque idcirco in quadam atomorum nube , aliis celeriter obuiis, aliis retrogradis, vt non tam promptè coeat intermedius aër per luctam hanc inæqualiter antè diuulſus, vt vacuum poſſit implere: vnde feruntur & corpora grauia præter naturam ſurſum, deorſum leuia: vnde & repulſus congreſſuſque illius ſpecies admirandę . Quod niſi hoc pacto inter agens & patiens communem ſtatuas exemplarẽ formam , communéque ſpiritum & vim corpoream vndique circumfuſam,quæ nutu ſuo in particularibus ſibi ſubiectis mixturam incipiat , regat atque perficiat; equidem in rerum illis occultis rationibus,quorſum te conferas,minimè video. Cur enim non potius ferrum ferro trahatur, quàm à magnete ferrum? obſerua pauliſper

Agentis ad paſſi habitudo duplex

Virtus ſeminarij cõmunis in particulare agẽs vel patiens.

Occultorum proprietatum ratio abſtruſa in propoſitionibus poſita.

Occultarum proprietatum in rebus exẽpla plurima.

Digitized by Google

liſper plantarum & animalium odia vel amicitias mutuas ab ipſa natiuitate congenitas. Cur Canis amicus homini: Lupus tamen Cani non multũ abſimilis,ita ſit inimicus,vt vel ſolo aſpectu adimat vocem,dicanturque raucos vel aphonos Lupi vidiſſe priores? Cur Equum nec antea viſum Vrſus ſi conſpexerit,mox ſeſe ad pugnam parat? ſimiliter contra marinum Draconem Elephas,Serpentem Araneus animatur, Simia Teſtudinem horret, Hyenam Panthera,Acanthis Aſinũ, Pullus autem gallinaceus Leoni terror ad conſpectum Miluij protinus expaueſcit. quid niſi cõmunem formam amborum vbilibet ſtatuas,quæ ad congreſſus particularium excitata,pugnantes vel copulantes ſe mutuo faciat? Idem in illis intelligas,qui Caros natura ſic abhorrent, vt ſi vel in vaſe concluſi à cõſpectu illorũ remoueantur, præſentibus tamẽ occultum ſenſum non ſubterfugiant, quin mox deficiant animo, niſi abduxeris procul. Ita & in cadauere vulnerati,ſi cædis author aſſiſtat paululum, cur denuo ſanguis erumpat homini vel ante triduum interempto? Nimirum etſi receſſerit forma princeps,manet tamen ad tempus rerum præteritarum & rationum omnium quæ fuerunt in anima plenus ſpiritus, qui cùm ſub ipſam cædem per characterem hoſtilis ſpiritus, & eius figuram ſibi impreſſerit, fit ſanè vt eodem denuo occurrente, per illud impreſſum & adhuc recens veſtigium moueatur, quo nimirum impulſo concitetur & ſanguis donec per vulnus erumpat. Eadem penitus ratione dum floret ſub pampinis vinum, dum crudus illius humor cœptus eſt agitari, repleto paſſim tunc eius ſpiritibus aëre, per motus commune veſtigium turbantur in cellis vaſa vinaria,vinumque fit turbidum, etſi expreſſum ſæpius vel ante annos quatuor aut plus eo. Similiter & in fœminis grauidis (vti à me ſæpius eſt obſeruatum) etſi quo geſtant tempore menſes non facilè prodeant, turbatur vterus tamen per periodos certos ad illud tẽpus analogos,quo primùm ſubſtiterũt,ob ſemel eiuſdem motus ſibi impreſſam imaginem: quod etiam à morbis qui per periodos moueri ſoliti, cùm deſierunt, ſui tamen relicto veſtigio, diu perſeuerare conſueuit. Miror magis in grauidis, quarum ita eſt efficax imaginatio,vt quorum vel horror vel appetitus vehemens fuerit, horum idea immutatus ſpiritus & qualitates & corpus ſæpe tranſformet, vt infixa idea vulneris circa eundem locum in puero viſa ſit magni vulneris ſpeciem reliquiſſe: ſed maximè id admirandum (ſi fas eſt credere) multos per ſolam imaginem (vt ſcribit Cælius) animam à corporibus in ἴκτασιν abduxiſſe.

Nunc pro concluſione illud demum accipias ratum, quòd vti particularium rerum vultus in illis communioribus continentur: ita & animi noſtri imagines inferiores ſuperiore idea altera ſunt comprehenſæ; quodque illud Platonicum rectè hac ratione defendi poſſit, ſcire noſtrum eſſe quandam reminiſcentiæ ſpeciem, cùm excitetur ratio partim ab intellectu, partim à ſenſibilibus ſimulachris; vnde illud: Concluſio.

Sunt

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris.

De Intellectu loquitur:

Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes.

Quæ sanè ad vmbras & spectra sensuum visus est retulisse: etsi perpaucos existimem qui tantum philosophiæ intercutaneæ in hoc poëta sint arbitrati.

Sed vt caussarum effectricium Methodi partitionem vniuersam, vnaque & facultatum animi, & obiectorum omnium mutuam symmetriam, vno diagrammate promptiùs cõtempleris, hanc ego tabellam ante consyderationem finium nolui prætermissam.

Metho-



Digitized by Google

De principiorvm altero genere, *caussis nimirum finalibus artis cyclognomicæ, cognitionum scilicet habitu, prædictione, atque actione.*

CAPVT VIII.

Propositio.

QVemadmodum ad effectricium caussarum triplicē differentiam obiectorum quoque numerus exactè respondit; ita profectò cum artis propositæ scopis formalibus caussis materie atque instrumētis est ineunda ratio, vt tandem definitis singulis, pariq́ue proportione distinctis, à primis vsque principiis ad finem vltimum constet perpetua series, per quam doctrinæ huius stabilitas optimè demonstretur, & cum effectu longè pulcherrimo principiorum dispersa multitudo in ternionem vnicam vnius artis communissimæ atque absolutæ Methodi diagramma coalescat.

Extremi finis discursus rationalis 2.

Doctrinæ igitur Cyclognomicæ fines ipsorumq́ue discursuum animi apparent tanquam extremi limites duo, Praxis & cognitionis habitus; hic quidem per caussarum inuentionem, illa per applicationem potius absoluenda. Vtriusque processus in fines alios, tum ordine, tum natura differentes, ex subiecto schemate ita præ oculis patent.

Discur-

Digitized by Google



Vides in hac denuo diſtributionis ſerie quopacto conceptus humanus ſub finium ratione talis potiſſimum circa extrema capita & ſimpliciſſima perſeueret, ſimulatque verò ſeſe in ordines anteriores ſparſerit ex vno in multitudinem diuagatus, eoſdem fines particulares non tam vt fines apprehendit (etſi re vera tales exiſtant) quàm quatenus ad finem vltimum velut media atque principia deſtinantur. Idem & in materialis ordinis claſſe mox vſuueniet, atque idcircò fines ſimpliciores quilibet veriſſimorum finium rationem in animo conſtanter obtinebunt. priores ordine tum ad materiem, tum ad formam nonnihil accedunt, at præcedentes maximè in cauſſarum efficientium ſpeciem continuò transformantur. Quamobrem ne ſingulorum diuerſa ſpectacula ſub finis vnius nomine confundamus, illud potiſſimum præſentior poſcit inſtituti locus, vt agmen hoc vniuerſum iuxta principij efficientis antedictam analogiam ad claſſes iterum triplices & ſacratiſſimæ ternionis neceſſitudinem referamus, ſic vt ex omnibus vna conſurgat finium diſtributio, non *Diſtributionis ratio.*

Digitized by Google

tam ex finis vnius intuitu quàm nexu eiusdem cum agentis animi potestate diuersa, atque adeò ex huius & cæterorum principiorum symmetria.

Interea tamen in antedicta partitione & illud expendas velim, membra hæc vniuersa non solùm coaptata vt specie inter se aut genere differentia (si loqui paulò confusius licet) verùm vt & consecutionis ordinem à simplicissimis quoque ad compositiora quàm maximè retinerent. Nam vti vel in operis huius vestibulo abundè significauimus, omnes hæ differentiæ talem ad se inuicem relationem obtinent, vt subalternorum ritu inferior quæuis superioris rationem in se velut per hypothesim claudat, non tamen vicissim infernum ordinem finisque posterioris necessitudinem prior atque superior sibi finis includit. Nam actionum promptitudo facultatem simul Endeicticam & cognitionis habitum apertè præsupponit (vt verbis Logicis vtar) non tamen Endeixis vel Indicatio conuersim actionem, neque indicationem ipsa cognitio. Videntur itaque habere se ad inuicem penes consecutionis perpetuæ modum, cuius tamen apex extremus in ætiologica facultate ex caussarum indagatione consistit: nam ex æquo propter actiones atque indicationum veritatem cognitionis habitum aucupamur, propter cognitionem verò siue scientiam, propterque agendi præsagiendique dexteritatem caussæ in considerationem cadunt, quippe per quas & res existant primùm & fiant, & ab humano ingenio naturæ artificis Mimo admirabili protinus apprehendantur.

Ordinis in sequentibus tutio.

Quandoquidem verò ætiologissimus scientiæ & cognitionis cuiuscunque tanquam caussa formalis existit; idcircò & coniunctim illorum ratio nobis est diducenda, quantum pro negotij susceptí integritate & demonstratione videbitur necessarium, præsertim cùm ex habituum perspectis differentijs reliquorum ab illis dependentium finium, prædictionis scilicet, indicationis, atque actionis, natura nullo negotio subolescat.

Habituum distinctio ab Aristotelicis institutis.

Omnes Animæ Rationalis habitus ad 5. potissimum genera Peripatetici ducunt, quorum Supremus sit Intellectus, habitus principiorum scilicet atq; axiomaton. 2. Scientia conclusionis habitus, vel iuxta Platonem in Gorgia, habitus per rationem comparatus; quem qui possederit, caussam eorum obtineat quæ agit vel efficit vel speculatur, per quem eorum quæ docet vel inuenit rationem reddere possit, atque insuper rationis rationem, quoties ex vsu fiet. 3. Sapientia quam velut habitum simul principiorum & conclusionis esse definiunt. 4. Prudentia quæ sit actiuus habitus. 5. Ars demum habitus effectiuus, vel rerum efficiendarum ratio.

Habituum distinctio Methodo maximè in seruiens.

Cæterùm quando hæc partitio non satis cum artis nostræ fundamento quadret, nos omnium differentias altiùs explorantes tabellam illarum paucis ita commenti sumus.

Habi-

Digitized by Google



Vides in hac partitione ſcientiæ nomen paulò aliter accipi quàm à veteribus traditum eſt. Vides & Artis rationem paulò ſubinde ſtrictiùs ferri, ſubinde latiùs prorogari. Nos in hac diuiſione illud potiſſimum præ oculis conſtituimus, vt principales habitus ad numerum ternarium iuxta cauſſæ efficientis analogiam religati maximè traderentur; in ſingulis rurſum differentijs ſpeculatricem alteram conſtituimus, alteram verò practicam, quamuis iuxta Nouenarium ſuprà traditum in partibus animi, nunc & in partibus totius methodi catholicæ illud magis fortaſſe conueniat, vt ſingulorum capitum trium tres aliæ particulares differentiæ cenſeantur, iuxta illud Poëtæ: *Necte tribus ternos, Veneris dic vincula nectu*. Ita nimirum pluſquam incantamento magico fines rerum cum ipſis principijs in nodū indiſſolubilem fortiſſimè vinctos obtinebis, atq; ad ſupremam animæ partem, Intellectionem ſiue ſtabilitatem triplicem referes, quandam ad centrum intellectricis regionis propriè pertinentē, quandam rurſus ad mētis apicem ad baſim tertiam, quarū tamen triū ſuperior magis ad ſpeculationem referetur, ad praxim inferior, media verò ad vtriuſq; compoſitionē. Similiter ad Rationalem animæ portiunculam tres rurſum habituū differentias adaptabis, ſciētiæ propriè dictæ nomine comprehēſas: tres demum alias peritiæ ſpecies ad Imaginatricem facultatem exactè analogas.

Nominum ratio. Diſtributio habituum vbinam ex tenario innotescunt.

Quan-

Quanquam difficile ſit harum cuique differentiarum nouem veros limites aſſignare, niſi fortaſſis iuxta confinij rationem atque animorum triplicem motum, quatenus ſcilicet in his facultas quælibet vel circa ſeipſam vertitur, vel ſurſum deorſumúe concitata per affectionem à centro ſuæ habitationis euagatur. Cùm autem ſit triplex ſtabilitatis habitus, triplex ſcientiæ, & peritiæ triplex, velut in longitudinem & latitudinem exporrectus, vt tota totis conſentiant, vnicuique rurſus velut ex demenſo pleniore, accedunt in altitudinem ad latus vtrunque aliæ differentiæ 3. prout particulatim ſingulis edendi, concipiendiúe habitus arte vel exercitatione comparatur, rurſus componendi, diuidendiúe, poſtremò condendi promendiue illa quæ per facultatem mediam ſint elaborata: Sub horum ambitu omnis & memoriæ habitus & actionis, quæ tum circa præſentia, tum futura verſatur, tacitè eſt comprehenſus.

Confer hanc itaque modò præfixam tabulam cum illa quam tibi in animorum partitione delineauimus.

Digitized by Google

ANIMVS HV-
uerſi nodus &



MANVS VNI-
vinculum.

NATVRAE CONSIDERATIO BASIS TOTIVS HVMANI ANIMI.

1 Memoriæ intellig. habitus
2 Intelligentia vel intel. ſcientif.
3 Reminiſc. intel. habitus.
4 Compoſitionis intellectualis habitus.
5 Intellectio, proprie dicta.
6 Diuiſionis intellectualis habitus.
7 Conceptus intellectualis habitus.
8 Sapiētia ſeu intell. practicus.
9 Partus intell. habitus.
10 APEX.
11 CENTRVM.
12 BASIS INTEL.
13 BASIS INTEL.
14 CENTRVM.
15 APEX.
16 Analyſ. intel. ſcala.
17 Synt. intel. ſcala.
18 Memoriæ rationalis habitus,
19 Sciētia ſcientif. vt prudentia.
20 Reminiſcentiæ rationalis habitus.
21 Compoſitionis Rationalis habitus.
22 Scientia proprie dicta praxim ſpeculationi connectens centrū omnium habituum.
23 Diuiſionis Rationalis habitus.
24 Concipiendi habitus Rationalis.
25 Sciētia practica vt ars.
26 Habitus patiendi per rationem.
27 APEX RATIONIS.
28 CENTRVM RAT.
29 BASIS RATIONIS
30 BASIS RATIONIS
31 CENTRVM RAT.
32 APEX RATIONIS.
33 Analyſeos Rat. ſcala.
34 Syntheſeos rat. ſcala.
35 Memoriæ phantaſticæ habitus.
36 Opinionū habitus arti proximus.
37 Reminiſcentię phantaſticæ habitus.
38 Componendi habitus per phantaſiam.
39 Peritia proprie dicta.
40 Diuidendi habitus per phantaſ.
41 Concipiendi habitus phantaſt.
42 Emputiæ habitus.
43 Editionis habitus phantaſt.
44 APEX IMAGIN.
45 CENTRVM IMAG.
46 BASIS IMAGIN.
47 BASIS IMAGINATIONIS.
48 CENTRVM IMAG.
49 APEX IMAG.
50 Analyſeos Imag. ſchala
51 Syntheſeos Imag. ſcala.

Digitized by Google

Particularis habituum consideratio.

Verùm vt de singulis particulatim pauca eaque ad institutum vtilia proferamus, omissis paulisper habituum differentijs illis quas minus principes appellamus, cùm sub artis atque scientiæ nomine comprehendi possint, tres istas primarias ordine prosequemur, vt earum perspecta indole, quisque quantum cohæreant, quantumúe dissideant singulæ, promptius animaduertat. Primùm verò de peritia, siue imaginatricis animæ scopo per discursum Physicum nobis inuestigando disseramus.

De Peritia.

Est itaque Peritia propriè habitus imaginatricis potentiæ, proximè per Epilogismum comparatus ad rerum efficiendarum felicitatem. Hanc autem statui velut genus ad Opinionem magis speculatricem & experimentum siue Εμπειρίαν magis practicam, quanquam inter has species ipsa experiẽtia omnis tum opinionis, tum scientiæ magistra prima atque vltimus rursum finis existat. Ita sanè homines prisci seculi cùm nondum viderant nauem, vtilitatum studio feruescentes externorum commercia protinus affectarunt; quare cùm circumscriptos se cernerent mari, natantium animalium ducti primum similitudine, deinde & superfluentis arborei trunci, aut alterius cuiusuis ponderis, caui præsertim, ac propter pori multiplicitatem aëriæ substantiæ plurimum obtinentis: hos singulos casus Peritia colligens nauigationem primum est meditata; ac primò quidem rude aliquod siue ineptum vehiculum struxit, quale in vimineis cratibus aut crassiore minerua compactis trabibus caua moles exurgit; paulò post sensus adiuncta nonnihil ratiocinatione, carinæ solidiorem formam adinueniens, hanc remis impelli paulatim & velis suspensam à ventis ferri edocuit, vitamque tandem & salutem suam vniuersam surdo mari committere, & variè iactandis dare classibus Austros. Medicinæ inuentum vetustissimum apud Aegyptios his quoque ortum auspicijs constat, Eum qui à morbo vexaretur domestici exportantes sub dio in vico publico statuebant, vt à prætereuntibus visus de morbi qualitatibus rogaretur. ita enim qui tulerat depuleratque morbum consimilem siue per ferrum, siue per ignem, aut medicamina prodito remedio laborantem similiter adiuuabat. Similitudo morbi remediorum memoriam colligens ex summa illorum quæ per alienas obseruationes accepit, conclusiones plurimas instar axiomaton fabricauit, paulatimque ex vsu rerum in opinionem, ab hac deinceps ad scientiæ culmen ascendit.

Peritia ad quam facultatem sit referenda.

Totum hoc igitur Peritiæ genus præcipuè ad discursum Physicum atque imaginatricem potentiam quadrat, relatione quadam rerum à sensibus primum ducta, progressuque secundum idem commune principium, paulatim in ætiologicum Epilogismum terminatur, à cuius conclusione quandoque recurrens, conterminæ scilicet rationis adminiculo, in obscurum sese circulum vertens, analogisticè quodammodo ex vniuersalibus antè constitutis rursus alia eiusdem generis particularia colligit, opinionis paulatim atque scientiæ rudioris sibi nomen asciscens. Iam enim satis constare arbitror omnem hanc triplicis discursus speciem, etsi per certos limites inuicem distinguantur

Tripliciũ discursuum mutuus complexus siue transgressus vt in habitibus elucescit.

guantur ex principiorum ratione desumptos, vtpote penes familiarium instrumentorum differentias, penes finium genera, nec non effectricis animæ diuersas facultates, formam atq; materiem, sic tamen amplexu mutuò cohærere istorum singula, atque alterum alterius ingredi rationem, vt nisi rem omnem defœcatis oculis ac plusquam lynceis intueare, cunctorum in omnibus idea rudiusculà deprehensa, cuiusdam confusæ congeriei similitudinem repræsentet. Etenim sub imaginatrice potentia non tantùm exempli atque inductionis arbitrio nitimur, verùm sublati interdum altiùs ab epilogismo inductiuo vel exemplari ad syllogismos analogisticos ferimur, aut in rationis abortiuum quoddam enthymema conuertimur: idque non tam sub propriè dictæ imaginationis vel Physici discursus nomine, quàm qua facultas isthæc inferior animi, propter conterminam rationem in eius fines quandoque prorumpens, vultum quoque rationis induit, non aliàs à basi rationalis potentiæ differens, quàm quòd vel rudior paulò, vel magis instabilis circa opinionis verius quàm scientiæ septa perseueret. Quin & relatio eiusdem discursus, etsi secundum idem primaria quadam agitatione versetur, subinde tamen & circa idem & ad idem quodammodo ditionis suæ amplitudinem prorogat, sed non vt intra imaginationis oras consistens, verùm ὡς ὑπὲρ τὰ ἰσχαμμία transiliens. Idem de Logica & Metaphysica discursione subaudias velim, quoties hæc descendit amplius quàm suæ naturæ par sit, illa verò in omnem sese & regionem & facultatis formam transferens frænis iusto liberioribus erret. Quare & relationum hasce differentias (de quibus verius suo loco disseretur) non tam secundum totius cuiusque trientis animi naturam designauimus, quàm iuxta facultatis & partis cuiusque centrum vel impetus primos. Nam alioqui nec vlli discursuum generi propria Dialectices instrumenta aut magis familiaria constituissem, quando ad singulas singula pertineant quodammodo, nec rursus aut formæ peculiaris in discurrendo aut obiectorum suas cuique differentias rectè assignassem, quando vnius passim cum alterius ratione permisceri contingat.

At nos omnis euitandæ confusionis gratia viam ingressi planiorem, quàm rei fortasse natura permisit, operis vniuersi tabulas non tam ad principiorum centra delineauimus, atque ad animorum primarios motus humaniq; ingenij captum, discursuum quidem generibus singulis imponentes nomina iuxta primarij finis ac motionis impulsum, Scalas interim ascensus atque descensus addidimus secundum sensibilem magis actionú animi vicissitudinem, quàm earundem differentiam veram. Etsi enim & ordinum constitutio & signorum ad causse examen appellatio, iudicium denique & instrumentorum circularis illa conuersio ad omnes omnium vires maioris cuiusdam minorisue participatione referri possint; quia tamen totius ordinis filum ad rerum inuestiganda principia magis ex respectu ad idem punctú commune germinascit, Tabulam quoq; eiusdé redegimus idcircò magis ad Metaphysicen ipsiusq; intelligentiæ

Tabularum ratio in arte Cyclognomica.

ditionem. Similiter cauſſarum inuentio per ſigna propria, quandoquidem ex reſpectu ſecundum idem verius, adeoque ab ipſo ſenſu deriuatur, ad Phyſicum diſcurſum, animæque virtutem imaginatricem rectiùs fortaſſe referetur. Omnem verò Dialecticæ machinam atque inſtrumentorum mobilem cyclum circa eandem concluſionem velut totius negotij centrum pari prorſus analogia ad rationem mediam applicabis, etſi inter hæc ipſa compoſitio ſecundum idem propriè ad phantaſiæ ſceptra pertineat; principiorum verò connexus atque ipſa (ſecundum plurium ſententiam) eſſentialis definitio magis ab intellectu ſuperiore trahatur. Dicamus igitur pro ſuſceptæ doctrinæ typo viuidiore, ad Intellectum magis intelligentiæ habitum ac ſapientiæ referendum: ad Phantaſiæ ſeu phyſicæ contemplationis metam opinionis habitum rectiùs & Empειριæ: vti demum Prudentiæ ſcientiæ artis ad rationis carceres. Rurſum ad Intellectum Analogiſmi ſpecies pro cauſſarum inueſtigatione melius, ad phantaſiam epilogiſmos, ad rationem vtriuſque connexus mutuos conuerſionesque aptius adhiberi.

De habitibus in parte rationali.

Sed de diſcurſus Phyſici ſcopo, deque imaginatricis potētiæ habitibus proprijs abundè iam ſatis eſt enarratum. Quemadmodum verò in animarum ordine medium quiddam eſt homo, vt ſupra demonſtrauimus; ita & inter potentias ratio, interque habituum ſpecies animorum partibus adæquatas mediam ſibi ſedem rationalis cognitio vendicauit; ad quam quia & habitus cæteri velut centrum commune referuntur, ſicut & extremorum vires in anima ad rationem vnicam, idcircò ſanè huic habitui vni præ cæteris καθ' ὑπεροχήν dedi ſcientiæ nomen, ſecutus hac in re potiſſimum Tyrij Maximi ſcitam ſententiam, cuius auſpicio talis ſcientiæ definitio colligatur, vt ſit ſtabilium rationum atque inſtabilium harmonica quædam compoſitio, captans primò cognatas quodammodo res, diſtinguens poſtea quicquid in eis viderit diſſimile, quarum quæ ſimilitudinem ſeruant amicè comparat; confuſa verò aut amicitiæ iure inuicem aliena diſiungit, ceu Deus ſcilicet aut natura expeditior in cæco rerum aceruo litem dirimens:

Dum cælo terras, & terris diuidit vndas,
Et liquidum ſpiſſo ſecernit ab æthere cælum.

Scientia propriſſima appellatur.

Erit itaque ſecundum hanc & nobis familiarem acceptionis conſuetudinem Scientia reliquorum habituum penè nodus vniuerſus & quaſi primarius finis; erit & genus potiſſimum ad Artem atq; Prudentiam; quarum rurſus hæc ad ſpeculatricem magis facultatē, illa ad praxim verius attinebit. Quanquam verò Maximus ille Tyrius ſermone 40. hiſce differentijs plures conſtituerit, ad tria tamen capita viſus eſt reſpexiſſe, ſic tamen vt prudentiam loco inter ſenſum atq; ſcientiam medio collocarit, paulò enim hic aliter ſumpſit prudentiæ nomen: nec pugnat rurſus ſciētiam ſub rationis ambitu poſitam extremorum harmonia conflari, quando & ſecundum reſpectus varios habituum alter in alterius ſpeciem facilè tranſmutetur. Vnde & ſcientiam Montanus aliam ſcientificam, aliam verò practicam vocat. Artem rurſus vel praxim aliam

Theo-

Digitized by Google

Theoricam, operatiuam vel effectiuam alteram. Quæ ſi tibi ob oculos bene conſtitueris, multis te ſophiſtarum ſcrupulis & intricatis ſyrtibus expedieris, paſſim naſce vulgares quæſtiunculas floccipendens, Num Medicina ſit ars, num ſcientia; ac rurſus ſi ſcientia; num ſpeculatiua, num practica. Quibus ſanè nec miſerius quicquam, nec vanius meritò apud ſyncerioresac veros philoſophos æſtimatur, cùm vna ſubinde accurata diffinitio vel omnes illorum tricas non aliter difflet atque diſcutiat quàm ventus paleam. Quod vti exemplis obiter manifeſtum fiat, demus Architecturam primò.



Etſi igitur Prudentia, Scientia, Ars, ſint ferè ſub eiuſdem generis ambitu comprehenſa; proprièt amen ſcientia totum quoddam exiſtit, omnium & mediorum & extremorum harmonia Muſica contemperatum: reliquæ verò particulatim illius ſcientiæ ſpecies nominentur, quæ per rationem comparatur: harum prudentia ad mores magis refertur animique compoſitionem ſeu publicam ſeu priuatam velis, vnde & in Ethicen diuiditur, Oc-

Artis, prudentiæ & Scientiæ aptata diſtinctio.

Digitized by Google

conomicen,atque Politicen,cuius arbitror diuiſionis intuitu habitum ſuum Iuris ſtudioſi Iuriſprudentiam appellarunt. Ars verò ad actiones magis vitæ neceſſarias pertinet,nõnulli affectiones nominant,quarum reſpectu denique plerique ſe Iuriſperitos appellari maluerunt, tanquam à ſpeculatione magis ad praxim & obſeruationem defluentes.

Artis vocabuli quàm latè pateat.

Quemadmodum verò ſcientiæ,ita & artis vocabulum latè patet, ſic vt ad omnes reliquas habituum differentias ſeſe protendat. Vnde Æneidos 6. Philoſophus ille,orator,ac poëta ter maximus:

Excudent alij ſpirantia mollius æra
(Credo equidem) viuos ducent de marmore vultus;

Hæc ad effectionem magis atque peritiam ſpectant.

Orabunt cauſſas melius

Artis genus ad dictionem pertinens paucis adiecit.

Cæliq́ meatus
Deſcribent radio,aut ſurgentia ſydera dicent.

Vides vt ad ſcientiam ac Mathematicam facultatem artis nomen extendat. Poſtremò:

Tu regere imperio populos Romane memento,
(Hæ tibi erunt artes) paciſq́ imponere morem,
Parcere ſubiectis,& debellare ſuperbos.

Tandem ad prudentiam omnem ac ſapientiam venit,nihil aliud ſeſe ſignificaſſe innuens ſub artis nomine,quàm communem quandam habituum atq; exemplarem rationem. Verùm vt artis ſubdiuiſionem habeas, pro noſtra virili elaboratam maximè, animi neruos in ſubiectum diagramma pauliſper intende.

Ars

Digitized by Google



Hæc tam accurata subdiuisio vtilitatem deinceps non paruam conferet, vt plenè accipias pro cuius cõsecutione perfecti aut imperfecti plures aut pauciores discursuum orbes sint peragrãdi. Platonici (si bene recordor) duo potissimũ artis genera collocarũt materiei ratione distincta, quarundã etenim materiem dicunt motionis obtinere principium in semet ipsa, de quarũ numero medicina recensetur, agricultura, & omne docendi artificium. Diuersum ab his alterum genus reperitur, quarũ materies ignaua & excors motionis principium aliunde mutuetur, vt ars fabrilis, figulina, architectura. *Artis diuisio iuxta Platonem*

Verùm & Platoni Artis vocabulum interdum patuit latiùs, quãdo & ad angelorum, brutorum animantium ordines eius diuisionẽ propagarit. Ita enim illius differẽtias pulchrè pro animarum diuersitate distribuit, etsi non tã propriè artis sint differentiæ quàm inexistentiæ modi. Primò in brutis hasce constituit diuisas secundum actum atque habitum simul: Secundò in hominum specie secundum actu diuidi voluit; vniri iuxta habitus rationem: In angelis vniuntur & actu & habitu, penes executionem verò dirimuntur: *Artis vsitata appellatio in Platonicis monumentis.* 1 *In Brutis.* 2. *In hominibus.* 3 *In angelis.*

In Deo

Digitized by Google

In Deo.

4 In deo omnes omnium artium atque habituum ſpecies vniuntur omnibus modis. Vniri intelligit ea quæ fiunt eiuſdem rationis: dirimi, quæ diuerſæ penes habitum, id eſt ideam artis infuſam: Penes actum, id eſt, operis ipſius meditationem: Penes executionem denique, id eſt, effectus realis productionem.

Habitus Actus

De habitibus intellectus proprijs.

Hæc ſatis de artium natura, deque habituum differentiis cæteris ſub ratione potiſſimum comprehenſis. Sequuntur Intellectualis cognitionis habitus ſeu metaphyſici, quorum generalius nomen poſſit Stabilitas appellari iuxta Tyrij Max. conſuetudinem. Species ſunt Intelligentia magis contemplatrix & altera illius ſoboles ad actionem quodammodo reſpiciens, Sapientia.

Atque ſi totius Metaphyſicæ cognitionis claſſem plenius paulò exaratam voles, ſic age.



Parem diuiſionis proportionem etiam in cæteris obſerues licet.

Habituum intellectualium vis in quo potiſſimũ poſita.

Nec eſt quod in ſingulorum definitionibus aut partitione vlteriore magnopere laboremus; illud tantummodo lubens addiderim, omnem intelligendi vim primaria quadam ratione in animorum ectaſi vel à corporibus ſeductione conſtitui.

Seductio animorũ duplex.

Seductio animorũ duplex eſt, per luſtrationẽ vna; per animæ rationalis apicẽ altera, vnde & cognitio duplex de rebus diuinis exiſtit: per ea primum quæ 1 facta ſunt; quæ quia à nobiſmet ipſis ſenſuum quodammodo parta miniſterio eſt, par-

Digitized by Google

eſt, partibilis planè & inferioris potentiæ ſoboles appellatur primę reſpondens ectaſeos differentiæ, quæ per ſuſtrationẽ fieri ſolet. Hęc interim ſubdiuiditur in affirmatiuam & negatiuam. Affirmatiua potiſſimum ex apparenti effectus ſimilitudine ſurgit ad ſuum principium, vt ſi ex ſolis imagine diuinæ eſſentiæ characterem adipiſcamur, in eodem genere ſit quidem raptus partim ſecundum potentiarum animi gradus, partim ſecũdum habituum claſſes, quarum contextum conſuetudinem dixit Plato, partim denique ſecundũ rerum dependẽtiam à corpore, per qualitates, ſpiritus, animas, angelos, ad deum ipſum. Negatiua fit per aliarum rerum abnegationem, vt cum deum infinitum, immenſum, nullo loco aut tempore circumſcriptum dicimus, qui nec cogitari denique à quoquam, neque intelligi poſſit, nec dici, nec vlla ratione comprehendi. Altera de rebus diuinis cognitio per mentem parta vbi ad ſeipſam conuertitur, planè eſt impartibilis, abſtracta ſenſuum commerciis, omniq́ue inſtabilitate ſemota, cui & ea animorum à corporibus ſeductio quadrat, quæ fit per animæ rationalis apicem. Ita deum modo diuiniore concipimus, iuxta vetus illud verbum quod è cælo deſcendit γνῶθι σεαυτον.

Reſtat demum, vt cum de habitibus ſingulis abundè diſſeruerim, ad ſingularum interſe comparationem mutuam, & nonnulla hinc deducta corollaria tranſeamus.

Primum quod ad habituum trium connexum mutuamq́ue habitudinem ſpectat, Omnes ſimul Muſica ratione contemperati vnam artis vnius, vnam ſcientiæ ſpeciem reddant, quam verè Dialectices nomine cum Platone appelles licet, quam & ſcientiam cum Tyrio Max. & ſcientiarum principem cum Petro Hiſpano eiuſq́ue anteceſſoribus. Iuxta eandem harmoniam, totius ſyntagmatis diuinum circulum facilè deprehendes, quem Plato conſuetudinis voce latenter inuoluit. Eſt autem hic partim ad animi ſcalæ ſimilitudinem, partim ad rerum perceptibilium gradus ab intellectu circumductus, hoc modo.

Habituum triplicis harmonia mutua ſint conſenſus.

ENCYCLOPÆDIÆ SYNTAGMA.

1. RERVM PERCEPTIbilium scala vel semicirculus.

1. Vocum
3. Ordinum
2. Rationum

1. Signorum ac rerum secundæ intẽtionis seu ratione perceptibiliũ

Corporum naturalium communi intuitu
Corporum humanorum aut particularium quorumcunque
Corporum simplicium
Corporum cælestium

2. Corporum & qualitatũ sensibilium inuicem cohærentium

Figurarum & magnitudinum
Formarum essentialium abstractarũ: Animarum, Angelorum, Dei

3. Rerum intellectu perceptibilium

2. RERVM PERCIpientium scala vel semicirculus.

1. RATIONIS VIS
Quæ neque determinatam prorsus neque indefinitam cognitionem præstat, sed promiscuo quodam modo se habet, tum quo ad naturam, tum quo ad nos. Vnde & nunc prima recensetur non tam secundum ordinem quem in natura obtinet, quam quo ad cõmodiorem; nobis exercitationis necessitudinem, rectius enim nos primum in signis rationalibus, deinde sensibilibus exercemus.

2. IMAGINATIONIS VIS
Determinans maxime quo ad nos, per sensibilia signa, sed indefinitæ prorsus quo ad naturam.

3. INTELLECTVS
Determinans minus quo ad nos, sed maxime quo ad naturam, estque hic velut aliorum scopus, vti & Deus finis rerum perceptibilium & Metaphysica aliorum habituum inferiorum.

3. SCALA VEL SEMICIRculus cognitionũ ipsarum siue habituum prioribus ad amussim correspondens.

1. Circa signa rationalia, & res ratione perceptibiles
   - Grammatica Oratoria 1
   - Cyclognomica 3
   - Dialectica 2

2. Circa signa physica & res imaginatione perceptibiles vt corpora & qualitates
   - Physica
   - Medicina & consimiles Physicæ subalternatæ
   - Meteorographia & elementorum consideratio coniuncta astrologicæ disciplinæ
   - Astronomia

3. Circa res vere existentes & Intellectu perceptibiles.
   - Mathematica
     - Geometria
     - Arithmetica
     - Musica
   - Metaphysica
     - Moralis
       - Ethice
       - O Economice
       - Politice
     - Theologia



Poteſt qui volet intra conſuetæ dudum partitionis carceres cõmorari, imaginationis facultatem & rerum imaginatione perceptibilium claſſem in vertice conſtituere,ac deinceps rationem vnà cum rerum obiectarum correſpondente ſcala, ſi non tam exercitationis meliorem neceſſitudinem quo ad nos, quam ipſam rerum naturam ac motionis ordinem præ oculis conſtituerit.

In habituum genere quæ quibus præmitti aut poſtponi debeãt.

Patet autem ex antedictis commodè quæ quibus in habituum genere præmitti,quæue poſtponi debeant,quorum cognitio ad Methodum omnem imprimis eſt neceſſaria. Cum verò ſint alij Circuli totius ordinis vniuerſales ſcilicet, alij particulares iterum in habituum vnoquoque effloreſcentes ad totius exemplar,cogitabis ſimili modò in ſingulis te probè exercitum iri,ſi à vocibus paſſim ad res corporeas & qualitates;ab his rurſus ad formas tranſieris interiores: ſi rurſus à communioribus ad minus communia, à ſigno ad res in ratione ſignatas,à principijs illationum ad concluſionem progrediare, quoties rerum vt ſunt in animo diſcurrente conſecutionem præ oculis habes. Nam ſi conſecutionẽ alteram ſpectes,quam res in natura obtinent, tum à toto ad partes,ab effectibus ipſis ad ſua principia ferimur iuxta cognitionis genus τὸ ὅτι & ſecundum nos appellari ſolitum. Verùm iſtis ex diametro pugnat via quam διότι magis ſeu iuxta naturæ ſeriem appellabimus, vbi de viarum differentijs hæc vt ſuſius proſequar feret opportunior locus. Vnde verò mortalium cuique maior vel ad hanc, vel illam cognitionem ſit fermè à teneris innata propenſio, ex antedictis ratiocinari facilè eſt, neque vt diſcutiatur à nobis operæpretium puto.

Tatius ordinis duplices circuli.

Ordo duplex in habituum conſecutione.

1

2

Habituum alterata comparatio penes oppoſitionis reſpectum.

Hæc interim de habituum circulo & cognitione inter ſe dicta ſuffi-ciant, nunc vt eoſdem paucis inuicem penes oppoſitionis habitudinem comparemus, quanquam idem ſit humanus animus qui diſcurrat phyſicè, quique metaphyſicè, quique rurſus diſcurſionum extrema connectit, hæc tamen ſingula (vti diximus) & reſpectu oppoſito & ſpecie conuerſionis differunt: Animus enim in Phyſico diſcurſu vertitur quandiu in obiecto exteriore fluctuans, extra ſe ipſum è ſuo centro ac ſede turbatus excurrit, vnde conuerſus ad obiecti ſpeciem ſemet ignorat, à ſeipſo rurſus per medium obiectum diſtans ab eiuſdem inquiſitione ad centrum ſui, recurſus principium capit. Itaque per obiecti ſpecies ad ſeipſum rediens eo vt principio vtitur, ſeſe vt concluſionem reſpicit. Animus verò diſcurrens metaphyſicè recenſetur, poſtquam perfecta obiecti exterioris notione, ab eodem in ſeipſum redijt ſui ipſius ſcientiam aſſecutus, ſibi iam coniunctus & vnius per medium ſui ab obiecto diſſidet, iamque è conuerſo per ſeipſum velut principium priùs obiectum demonſtrat. Quare & in diſcurſu Phyſico mens à ſuo obiecto maximè differt, Intellectus verò Metaphyſicus eidem penè coincidit, Phyſicum namque obiectum res eſt exterior in gremio naturæ delitescens: Metaphyſicum verò obiectum Ens eſt intelligibile ipſemet intellectus omnibus rebus idem communis, vniuerſalis, vnus,

Animus diſcurrens Phyſicè.

Animus diſcurrens Metaphyſicè.

Digitized by Google

ſimplex,infinitus,vt abſoluta rerum forma ſua formæ omnes velut in vnitatis alueum confluunt ſimulque exiſtunt & vnum quid non aliter ſanè differentes in eius participatione, quam quatenus ab vno delapſæ in materiei multitudinem, multiplicitatis,motus & pugnæ participes fiunt.

Duo extrema ſcibilia. Ex antedictis denuò per corollarij modum ſubinfertur,duo eſſe extrema ſcibilia (vt ſic loquar) Intelligibile ſcilicet vnum vel intellectum;Senſibile rurſus alterum vel obiectum ſenſus; hoc phyſicum & exterius, illud interius & metaphyſicum. Sunt autem exteriora interiorum ſigna nobis primum manifeſta:Interiora verò ſecundum naturam magis ſunt determinata,minus tamen reſpectu noſtrum. Si itaque doctrina omnis & diſciplina poſteriorum ſit ex prioribus, concluſionum ex principijs,mediatorum ex immediatis, diuerſorum ex eiſdem, & alia quidem nobis, alia naturæ priora vel poſteriora cenſeantur,duplex erit & cognoſcendi modus (vt interim de differentijs tantum extremis loquar) præteriès pauliſper medium illud genus in ratione poſitum, quando & huius natura per extremorum collationem promptius innoteſcat) Prior noſter & magis phyſicus, penes quem, ex hiſce quæ apud nos ſunt, ea quæ ſunt ſupra nos cognoſcimus, vt ex obiectis ſenſibilibus intellectum, ex ſignis res ſignatas, perfecta ex imperfectis, ex nobis angelos, ex corpore ſpiritum, ex ſpiritibus animarum rationem. Alter verò naturæ ordo noſtro contrarius, Noſter enim modus ſit per aſcenſum maximè; Naturæ ordo magis in deſcenſu animorum eluceſcit, cum & nos nobis primi, natura velut vltima cenſeatur,eademque ſit ſimili modo ſibi ipſi prima,& noſtrum reſpectu ſe velut vltimam vmbris vndique denſiſſimis obuallarit.

Duplex cognitio, quo ad nos quoque ad naturam.

Simile. Pulchrè itaque totam hanc extremorum & medij collationem ad pyramidis corporeæ ſimilitudinem referemus, vbi intellectum ſanè metaphyſicum in cono pinximus, Imaginatricem verò Phyſicam aptè in pyramidis baſi. Sit enim conus A. ad quem velut centrum confluant ex baſi B. F. omnes lineæ. AB. AC. AD. & AE. dicam oculum in A. puncto conſtitutum Intellectui comparabilem,in H. Rationi,in G. Facultati Imaginatrici; atque ex A. quidem diſcurſum metaphyſicũ, ex F G B. phyſicum optimè deprehendi. Ab vltimo enim ad primum diſcurrens phyſicè verſus anteriora conſcendit, vbi per rationem progreſſus ſimulatque orbem expleuerit ſupra ditionis ſuæ ſortem omnia ſimul pernoſcit, at non perdidicit ſimul, verùm diſcurrens in tempore, nam cùm proprios ſingulorum conceptus in ſeipſo gerat, per ſingulos ipſorum diſcurrat eſt neceſſarium, vtpote per E.D.C.B. huius prius,illius verò poſterius. Intercedente Ratione H. vniuſcuiuſque iudicium proferens, quemadmodum oculus in baſi F G H. conſtitutus non omnia ſimul puncta circumſpicit,verùm per agitationem quandam ex vno in alterum;



alterum. Intellectus metaphyſicus omnia per vnum idemque punctum commune omnibus intuetur, ſimul cuncta ac velut in momento perdiſcens de cunctis iudicium profert, non quaſi diſcurrens per differentem ſpecie mundum, ſed vno eodemque conceptu indiuiſibili iuxta communem omnibus rationem. Ita enim ad vnum in vniuerſo principium intuitu ſimplici ſpectans continuos gradus omnia & bona & pulchra quodammodo & mente prędita iudicat, etſi ſecundùm maioris minoriſúe participationem. Verùm diſcurrens per ſingula vis phantaſtica cuncta refert non ad vnum more metaphyſico, ſed ſecundum idem commune genus vel ſpeciem tanquam characteriſmum à mente impreſſum, res quidem collectas obiter per oppoſitas rurſus rerum differentias dirimit, easque demum ad rationis tribunal diſcutiendas paulatim altiùs refert.

Metaphyſicus habitus.

Dicamus igitur Metaphyſicen magis vniuerſalem, indifferentem, vniuocam, cauſſarum, rationum, priuationum, remotiorum à nobis, priorum ſecundum naturam ac perfectiorum omnium. Conſiderationem phyſicam oppoſita quadam ratione diſtingues, ſic tamen, vt ſingula etiam perfectè phyſice, imperfectè metaphyſica tradere videatur, ſi totũ rei perceptibilis ſyntagma ad noſmetipſos referas; eo quòd metaphyſica cùm ſit priorum ſecundum naturam magis, & poſteriorum quo ad nos negatione magis ac non ente diffiniatur, Phyſica verò naturæ poſterior atque imperfectior noſtris ſe oculis priorem atque perfectiorem exhibet, nam & Entis ſecundum nos & affirmationis ſpeciem refert. Quamuis enim Metaphyſica ſimpliciter ſubſtantiarum ſit vt intelligibilium, quia tamen intelligibiles ſubſtantiæ ſunt ſupra ſenſum poſitæ & ſupra nos ipſos terrenis ſenſibus tanquam caucaſea crepidine religatos, illæ ipſæ quoque reſpectu noſtrum idcircò velut peregrinæ, velut potentiæ meræ, velut accidentia recenſentur. Vnde licebit impunè metaphyſicen quo ad nos accidentium dici, phyſicen ſubſtantiarum. Tanta eſt rationis diuerſæ ac relationum energeia. Conſtare iam ſatis arbitror, in arte hac noſtra, diuerſiſſimorum finium ſpecies, vt ad perpetuam mundi ternionem exactiùs quadrent, vniuerſas ad ternam habituum claſſem animique tripartiti velut ambientem ſphæram optimè religari; ita enim & habitibus poſteriorem actionem cum traditionis methodo, coniunctamq; quodammodo indicationem cum ætiologiſmo, & natura demum cunctis priorem inueniendi facultatem trinitatis vnius ambitu comprehendes; quamuis interim ſi finium conſecutionem ſpectes, non tam in animis, quàm ipſa natura relucentem, neceſſe ſit iterum te hos habitus omnes vt aliorum finium principia, quorundam velut effectus cogitare, vti iuxta tenorem diagrammatis ſupra poſiti paulo pòſt demonſtrabo. Nam actionis ratio licet ab habitu practico ſit comprehenſa, eiuſdem tamen vt finis eſt actio, ſed cognitionis habitum inuentio rurſus ætiologiſtica, inuentorumque iudicium fouet principij loco.

Phyſicus habitus.

Concluſio.

Habituũ diſtinctionẽ ex aliorũ quoq; principiorum ratione dedaci poſſe.

Licet verò habituum ſingulorum indoles potiſſimum finis alterius ſit ratione diſtincta (vtpote quia vel ad orationẽ, vel actionem effectionemúe procedit,

cedit, vel in ſibi connexa paſſim cognitione ſubſiſtit) eaſdem tamen & à ſui principijs cæteris diuerſitatis occaſionem trahere prorſus eſt conſentaneum. Nam & vnumquodque habituum genus per ſuas cauſſas exiſtit, fines enim, vt dixi, communiores quidam, particulares plurimi. Efficientis principij ratio partim in animis noſtris, partim in obiectorum varietate conſpicitur, vnde ſi habitus proprie à fine diſtinguas, ſic age: Habituum alij ſunt determinatæ cognitionis quo ad nos, alij quo ad naturam, alij quo ad vtrumque: & horum rurſus ſinguli vel ad ſpeculationem referuntur, vel ad praxim, vel ad vtrumque. At ſi iuxta efficientis principij normam propius ſit ſubeunda diſtinctio: habituum quoſdam ab intellectu, à ſenſu reliquos magis vel ratione definies. Aptè nos igitur omnem hanc differentiam breuiter vtriuſque principij velut complexu fecimus, vt trini finis ideam firmius in arte Cyclognomica extremorum inuicem facta relatio contineret. Quod ſi ad habituum cognitionis materiem progredi voles, deinde & formam vltimam, magis quidē naturales differentias obtinebis, minus perſpicuas tamen. Vtrq; ab occultiore forma periculum facias, dicetur habituum hic filo magis compoſitorio fluens, ille reſolutorio, tertius ex vtrisq; cōpoſito. Ipſa enim canonū præceptorumq; diſpoſitio in arte qualibet ſiue ſcientia earundem vt cauſſa formalis meritò recenſetur, de qua & nos vberiùs ſuo loco. Materiem ſiue ſubiectum illud cogitabis circa quod præcipuè cōtemplatricis animæ virtus eſt occupata. Ita enim conſiderationis metaphyſicę eſt Ens, phyſicæ corpus, medicinæ corpus humanum, doctrinæ rationalis quæſtio vel animorum dubitatio, doctrinæ Cyclognomicæ quæſtionum nexus & diuerſa relatio. Quandoquidem vero materiem artis cognoſſe περιλογιμένων vbique præcipua pars eſt, debetur & huic non minimus labor. Habēt non tantum traditiones vniuerſæ materiem ſeparatam ſubiectumq; ratione diſtinctum, verum & tractatus ſingula capita, propoſitiones atque periodi. Vnde & primum diſcentibus illud occurrit, vt rei nomen accipiant, de qua ſuſcepta eſt diſputatio, Secundo loco & hoc inquirunt, quæ ſit ſubiecti determinatio (propriam paſſionem Logici vocant) nihil ſignificans aliud quam certæ qualitatis notionem, cuius intuitu ſubiecti generalioris ambitus iuxta propoſiti neceſſitudinē coërcetur. Materies enim per ſe indefinita quælibet, pro artis natura ab intellectu limitatur ex magis minuſue cōmunis ratione. Idcircò ſanè vt animaduertas ante omnia velim, inter habituum ac ſcientiarū genera, quæ quibus ſubalternorū ritu in ſygygiam mutuā oportunè reſpōdeant. Namq; inter facultates hypallilas quo ad materiem nudam, nulla contentio eſt. Verūm omne diſſidiū à paſſione propria, à ſubiecti eiuſdē magis minuſue reſtricta qualitate dependet. Scientijs omnibus Ens velut materiale ſubſterniculum eſt: at quāto ſuperiorem illæ in vniuerſitate gradū ſortiuntur, tanto & huius Entis cōmunior notio cōceptusq; magis, eſt abſolutus, determinatior contra magisq; diſcerpta verſus naturam individuam, quantum ab illo actiuæ infinitudinis diuino vertice deſciuerūt. Quamobrem ſupremæ facultati Metaphyſicę Ens planè ſubijcitur nulla qualitate reſtrictum, ſed ſimplex penitus

1 *A fine habituum vltiore.*

2 *Ab efficiente.*

3 *A Materie.*

Forma traditarum artium vel ſcientiarum.

Materies artis.

Quæſtiones prime in artib⁹ reſolubile de operis forma atque materie.

Materiei propria paſſio.

Materiei definitè methodus in arte quauis cum eiuſdē propria paſſione.

Artes ſubalternantes inuicem.

Exemplis idem demonſtratur.

Digitized by Google

penitus & absolutum, si partem illius diuinam maximè ac nobis imperceptibilem spectes, qualis naturæ fortassis angelicæ prius est imputanda; sin etiam in hoc sublimore statu paulum te ad inferiora deflexeris, quatenus nimirum eius felicitatis & nobis cōcessa portio est, mox & Entis apprehēsio paulo fit definitior, qua scilicet menti humanæ est perceptibile, vel vt verbo dicam, intelligibile. Fer pedē modò ad facultates ordine inferiores, doctrina rationalis Ens idem intuebitur, vt ratione discuti potest; Physica verò vt sensu determinabile, vel vi phantastica: Methodus Cyclognomica vt idem sit vestigandū per ordinum circulos, triplicisq; potētiæ perpetuam in animo symmetriam. Rursus scientia physica corpus spectat vt mobile, illi iam subalterna Medicina corpus humanū vt sanitati vel morbis obnoxiū; Medicinæ subalterna Chyrurgia corpus humanū vt malis extrinsecis infestatur, operamq; magis postulet manualem. Quòd si mentem ad minus communia referas, tandem & Ophthalmicam, Comasticen, Vulnerariam artē materiei restrictio declinabit. Indignum verò est homine libero totius cōmunioris doctrinam profiteri, qui non subalternatas singulas vel à vestibulo salutarit, particulares autem scientias insequi absq; communiorū principijs primis viri amethodi est insulsi prorsus & priùs de portu somniantis, quam montes vel maria perlustrarit. Patet igitur (vel Cicerone teste) istarum artiū vnamquamq; apud antiquos maiore quadam tum copia tum gloria floruisse, quàm inter huius ætatis homines luxu duntaxat & otio diffluētes, quibus & distributione partium ac separatione illarum magnitudines sint diminutæ. Anne existimas (inquit ille lib. de orat. 3.) cum esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios Medicos qui morbis, alios qui vulneribus, alios qui oculis mederētur? Num Geometriam Euclide aut Archimede, Num musicam Damone aut Aristoxene, num ipsas literas Aristophane aut Callimacho tractante tam discerptas fuisse, vt nemo genus vniuersum complecteretur, atque vt alius aliam sibi partem in qua elaboraret seponeret? Sed me ad meum munus pensumque reuocabo: Subiectum artis cuiuslibet ex illa naturæ scala imprimis erui debet. Ex fine considerationis & modo, qualitatis in eodem determinatæ speciem velut materiei definitricem formam (quatenus sub animi spectaculum cadit) absque negotio concludemus.

Artium cōnexus ratione materiæ.

Summaria conclusio.

Atqui hæc περὶ τῶν ἕξεων ὁμωνοίας καὶ δυσφωνοίας effuse satis sub finiū nomine sint illustrata, quibus & illud subiicimus per corollarii modum, In omni doctrina siue scientia iuxta tum animi partem triplicem, tum finium ipsorum correspondentem differentiam humana ingenia in totidem sectas vel à mundi auspiciis fuisse diuisa. Cùm enim natura ad sensus alij sint proniores, alij verò ad rationem magis erecti, vel sacræ mentis afflatum, vultus dirigant cælo supinos, hinc & in rerum cognitione comparanda, hi sanè spectris perculsi corporeis cūcta magis ab vsu atque obseruatione, illi ab intellectus tacita notione, medij inter vtrosque Rationales ęqua extremorum compositione metiuntur. Ita enim in facultate medica nonnulli qui solam Empiriam

Ex habituū differentia triplici sectas triplices inuenit.

sufficere

Digitized by Google

ſufficere ſunt arbitrati, in imo ſemper naturæ gradu & circa particularia ſubſiſtentes ſeſe Empiricos nominabant, paratyriſeon ſiue obſeruationum coaceruata mole vniuerſum medicinæ curſum abſoluentes: horum itaque principium primum ſenſus iure cenſebatur, vnde & diſcurſus ratio planè Epilogiſtica, qua ſæpius iterata concluſionem memoria reponebant, ac theorematis nomine dignabantur, quippe quòd conuerſione rudiuſcula obſcuri deinceps analogiſmi principium foret, etſi non dubitem quin ita nequaquam in ſola imaginatione perſtiterint, vt ad illius examen ſeſe vel confuſaneæ rationis lima egere non intellexerint Sectæ methodicæ viri, etſi eos nulla ratione Galenus tulerit, hoc tamen vel vno Empiricos viſi ſunt antecellere, quod mentis aciem ad quædam æterna principia raptet, vt ſe paulatim vel ſupra mortalem ſortem influxui anguſtioris luminis aſſuefaciant. Itaque & communiſſimas notiones ſufficere cogitabant in arte qualibet, easque κοινότητας appellabant, non tam aſini atque illos cenſebat Fuſcius. Etſi enim morborum omnium genera στηνώσεις καὶ ῥύσεις nominibus comprehenderunt, id tamen nemo tam temere factum exiſtimet, quin ſi quis ſcrutetur altiùs, hic etiam Platonis atque Hippocratis, atque adeò philoſophorum omnium monumentis abditiſſimis veritatem conſentaneam facilè deprehendat. Sed iuuat in Rationalium ſecta pedem figere, quippe qui nec intellectu ſolo, neque ſenſu ſimplici ad demonſtrationem niterentur, ſed primos hoſce conceptus rerumque ſenſibiles ſpecies iuxta æſtimantes, inſtrumentorum orbe perpetuò freti, dogmaticos ſeſe verosque methodicos iure nominabant. Verùm vt ſectæ cuiuſlibet elementa propria paucis expediam;

Methodici.

Dogmatici vel rationales.

In

Digitized by Google



Digitized by Google

De finibvs methodi extra habitvvm tripartitam rationem, præsertim de facultate Aetiologistica, & Indicationum methodo, deque natura Inuentionis, Traditionis, atque Iudicij.

CAPITIS OCTAVI ALTERA PARS.

Ordinis ratio in sequentibus.

QVicquid de finibus sub habituum nomine statuit superior sermo, magis id vniuersum cogites ad Ternionis spectasse syngamiam, quàm finium, vt sunt fines, liberam notionem. Iam si membratim sunt disoerpéda singula, vertemus & velum pro humani ingenij captu, cui res omnis more priùs partibili, quàm sub Ideæ simplicioris vmbra cognoscitur. Habitus ergo Rationalis animæ imagines reliquorum finium in se velut exemplar continet, à quibus etsi tum tempore, tum natura dissideat, sic tamen in vnitatem reuocatur, vt actus cum potestate, vtque animus ipse cum obiectorum occasione conspirat.

Altera finium distributio extra tertiam Symmetriam.

Expansi fines præter habituum metas rursus dupliciter vniuersi ad habitus ipsos ceu symphoniæ commune vinculum, ex indigesta multitudine referuntur. Vel enim sub speciei particularis circumscriptione quadam id accidit, temporis potissimum aut loci vicissitudine definita: vel sub communioris formæ atque potentiæ extensione per vniuersam finium classem, etsi interim ex progressu distributionis paulatim ad minus communia & horum finium conceptus communissimi in partes ac species tribuantur successionis nomine differentes. At cum rei multiplicis obscura facies apertiùs multò ex interpuncto schæmate comprehendatur, istuc respice.

Con-

Digitized by Google

- Conceptus finium vniuersus aut
  - Sub habitudinis nomine atque eorundē scala tanquam exemplari communiore ligantur, ita enim omnes ad ternarium reducūtur, vti superius est demonstratum, suntq; ipsorum finium alij magis
    - In Intellectu positi
    - In Ratione
    - In Imaginatrice potentia
    - → Horum ratio capite superiore à nobis est explicata.
  - Extra habitudinis notiones potius nominibus propriis apprehenduntur, cum respectu tamen ad animi rationalis habitum, qui rursus absoluitur, vel
    - Cum circumscriptione particulari iuxta vicissitudinis speciem. Ita enim finiū in arte cyclognomica vel vniuersa philosophia potius, alij dicuntur
      - Habitibus priores, vt sunt relationum scientiæ atque instrumentorum omnium, per quę nobis illi sint comparandi.
      - Habitibus coniuncti
        - Cognitio & intuitus præsentium,
        - Memoria præteritorum,
        - Præcognitio futurorum.
      - Posteriores habitibus
        - Minus principes
          - Animæ fruitio.
          - Oratio.
          - Operatio
            - Actio
            - Effectio.
        - Extremus vnicus & principeps cæterorum → Voluptas absolute seu Beatitudo.
    - Cum extensione totius facultatis infinium seriē vniuersam, vt cum spectamus
      - Facultatem ætiologisticā, quæ postea dirimitur rursusin
        - Priorem quodammodo finem, quam sit habitus ipse, INVENTIONEM scilicet.
        - Coniunctam IVDICII facultatem.
        - Posteriorem denique TRADITIONEM.
      - Facultatem endeictica siue Indicatricem per proportiones scilicet extremorū in medio
        - In rebus, vt sunt scibiles tantum per proportionem causæ ad effectum simpliciter.
        - In terminis propositionum per analogiam extremorum ad medium.
        - In rebus agibilibus per analogiam agentis ad patiens in operatione à nobis proposita.

Digitized by Google

De finibus itaque nudis vt ſeſe referunt ad animos noſtros Methodumq; catholicam, vel iuxta extenſionis cõtinuæ, vel mutuæ ſucceſſionis legem pauliſper à nobis eſt diſſerẽdum. Nihil enim tantopere quæri in tota philoſophia debet nedum in vita ipſa, quàm quid ſit Finis, & quale extremum; quo ſanè ſint ſingula bene viuendi, rectéque faciendi conſilia dirigenda: quandoquidem ex huius vnius Idea non ſolùm immenſa aliarum profluat occaſionum ſeries, ſed & animorum diſcurrentium impetus primi, rerumque agendarum rationes velut fonte ſcaturiant.

Finis conſideratio vtiliſſima.

Quod ad particularem circumſcriptionem ſiue hypoſtaſim pertinet in vna potiſſimum ſucceſſione conſpicuam, Fines ante omnia habitibus priores conſtituimus. Eiuſmodi ſunt rerum relationes triplices ab animo factæ ad idem, citra idem, & ſecundum idem. Quæ quidem omnes etſi in nobis quoque paulatim præſtent habituum ſpeciem ſibi peculiarem, ab ãntepoſitis tamen diriminntur priores tempore & cuiuſdam efficientiæ ratione; quando nimirum ad inſtrumentorum indolem iam propius ſpectent, quæ inter materiem cauſſamque effectricem natura media eſt, & ad materiei conſiderationem deinceps aptiùs referetur. Finali conceptui quàm ſit difficile metas conſtituere tum fateberis primum cùm vniuerſam reſolutionis lineam diſcurſione perluſtrans relatu vario, eoſdem ordines ſibi & finis ipſius, & materiei paſſim, & cauſſæ efficientis imaginem aſciuiſſe cognoris, cùm & formarum eſſentialium ratio non intra formæ duntaxat habitum perſeueret; quin potiùs eundem nunc in cauſſæ finalis, nunc efficientis principij nomen ex ipſa quandoque intuitus diuerſitate permutet. At nos finalis huius conſiderationis ſupremum limitem ſcrupuloſius paulò inter relationum & cognitionum differentias poſituri de illis hoc loco diſſerimus; primum qui cum habitibus natura coniunguntur, mox qui ſucceſſione poſteriores occurrunt, tandem & de cæteris qui facultate communiſſima expanduntur vniuerſim. Quicquid verò ſcientiarum inuentione priùs exiſtit ad tempus, in ſibi tractatum peculiarem ſub inſtrumentorum & materiei ambitu relegamus.

Fines priores habitibus quodammodo.

Difficultas in conſtituendo finium certis habitibus vel ordine accentus.

Ordinis ratio in ſequentibus.

Cognitionis habitum fouent natura ſimul & tempore præſentium rerum intuitus, futurarum præſenſio, recordatio præteritarum. Vnde & ſcientem maximè vnumquemque pro negotio ſuo inter mortales arbitramur, qui Iani bifrontis imagine *πρόσωπα καὶ ὀπίζω* cuncta diſpiciens in longitudinem conſulit, nec ea duntaxat meditatur quæ ſunt circum pedes, verum vt verbis Hippocratis vtar, *τὰ τ' ἐόντα τὰ τ' ἐσσόμενα καὶ τὰ πρὸτ' ἐόντα*. Rectè igitur veteres Poëtæ Muſas & Iouis & memoriæ filias prodiderunt, Phœbo autem & Aeſculapio ſub draconis ſymbolo paſſim cum Medicinæ gloria & diuinandi facultas eſt attributa. Quin triplex iſta cognitio etſi in nobis ſit rudis & imperfecta, humanum tamen hoc animal diuinæ poteſtati quam ſimillimum reddit. Sunt enim in Deo ſingula ratione primaria atque, vti diximus, per vnitatis modum ſublimiorem, quam vt à quoquam percipi queat. Eò reſpicit diuini vatis oraculum, —*Nouit namque omnia ſolus*

Fines habitibus quodammodo complicati.

Quid nos diuinos maximè præſtet.

Digitized by Google

Quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Ita me herculè iuxta naturæ præposteram viam in hoc sigillo imperscrutabili per solam sensibilioris effectus imaginem distractas ter triplices formas, cuique cum animo suo vt voluat licet. Est enim persona triplex in essentiæ vnione conspirans. est & potestas triplex: est demum actio triplex atque voluntas. Animorum partitione cum diuina essentia comparamur, cognitionis trinitas potestatum ternioni similes præstat, actiones pari proportione differentes ad voluntatis architectricis ideam proximè referuntur.

Infertur hinc liquidò satis ad Sapientem in arte qualibet promiscuè pertinere, vt & præsentium sit & præteritorum compos, atque ex collatione plurium vicissitudinum, vaticinandi insuper facultatem consequatur. Cùm verò præsens, futurum, atque præteritum, sint temporis partes in mutua successione conspicuæ, priusquàm illi particularem ditionem assignemus, de ipsa successione pauca præmittere non inconueniens puto. *Sapientis officiũ in arte qualibet præsentia spectare, præterita atque futura.*

Successio itaque rerum vt quantitate cohærentium mutua quędam vicissitudo est, & quia duplex quantitas, successionis primæ species duæ meritò recensentur, vna in rebus manifesta continuis, secundum magnitudinem, locum, & tempus scilicet. magnitudo continua in rebus commensurabilibus ipsis est statuenda; tempus & locus extra commensurabile, rerum mensurandarum velut amussis & regula, Tempus quidem rerum vt mouentur absolutè iuxta successionem motus alterius maximè regularis, vt primi mobilis cuius circumductu tres oriuntur vicissitudines totius differentiæ, præteritum, præsens, futurum; etsi reuera in hoc curriculo toto nihil existat verè præter instans, seu momentum vnicum præsens. Locus autem mensura est earundem vt sese extendunt absolutè, secundum ter triplices positionum differentias in continente altero exteriore comprehensas. Ita nimirum Mundus hic maior suarum velut partium mensura vniuersalis apparet: cùm enim in ipso sint motus & magnitudo siue capacitas, hæc contenta singula probat atque examinat, quatenus correspondentem magnitudinem habent: illa autem in tempus porrecta circulatio res quoque contentas ad mensuræ analogiam, vt sunt & tempori & mutationi obnoxiæ, secum rapit. Successionis altera species omnis in discreta quantitate versatur, idque vel rursus simpliciter iuxta maioris minorisúe consequentiam, vel secundum proportionis rationem.

Successio & eius differentia duæ.

1 *In quantitate continua.*

Temporis successio.

Loci successio.

2 *In quantitate discreta.*

Digitized by Google

¶ Svccessiones in qvantitate discreta.



¶ Svccessiones in qvantitate continva.

Futurum	Præsens	Præteritum	
Præcedens in futuris { *Loco* / *temp.*	*Præcedens in præsenti secundum locum*	*Præcedens præteriti portio* { *Loco* / *Temp.*	In tempore.
Succedens in futuro prius { *Loco* / *Temp.*	*Succedens loco deinceps in præsenti tempore*	*Succedens in præterito secundum* { *Locum* / *Tempus*	
Succedens posterius in futuro { *Loco* / *Temp.*	*Posterius loco consequens in præsenti temp.*	*Posterius in præt. secundum* { *Locum* / *Tempus*	

Pars posterior	*Pars media*	*Pars prior*	
Vt idem fuit	*Vt idem fuit*	*Vt idem fuit*	In loco
Vt est actu	*Vt est actu*	*Vt est actu*	
Vt est potentia	*Vt est potentia*	*Vt est potentia*	

IN SINGVLIS *rursum localis successionis partibus initio, medio ac fine scilicet partes sunt aliæ denuò priores, mediæ ac postremæ, secundum 6. positionum differentias.*



SVCCESSIONI *penes quantitatem continuam sine discretam (si latius expendi voles successionis nomen) subtexi & cæteræ solent, quæ vel naturarum congruentium & pugnantium collatione depēdent vel in ratione ipsa prioris posteriorisque locum occuparint.*

In successione continua differentiæ quælibet tam secundum locum quàm tempus ipsum variè permiscentur, vt ex figuris supra positis liquet. Nam & tempus tempori, vt cum præteritorũ alia sint quæ præcesserint, alia quæ deinceps sunt, & tertiò quæ postrema consequantur: & rursus eorundem alia præcedunt secundum loci ac positionis seriẽ, alia verò succedũt propius, aut lõgo post ordine comitãtur. Similiter in differẽtijs loci præcedẽti magnitudinis ratione spectantur eadẽ vt esse iam desinunt, nunc vt erumpunt in actum, vel in futurum tempus potestate delitescunt. Quare coniuncta est omnium omnis doctrina atque cognitio, vnaque passim & vaticinij & memoriæ, & præsentis intuitionis methodus nobis quidem non tam rei natura quam intellectus vnius virtute distincta. Nam vt exemplis res certior fiat: Gubernator nauim habens, eius quum instrumenta cognorit, si deinde & mare inspexerit, ventorumque expenderit vim, euentum cautè præuidebit. Dux itidem exercitus quum castra metari & stratagematũ historiam ante didicerit, nunc verò & militum suorum & hostium vires, rerumq; peristases aliarum probè in examen vocet, ex apparatu præsenti spectatorumque sæpiùs consequentia futuram quoque cladem vel victoriam ante cognoscet. Similiter & Medicus eadem opera vires ægroti cum morbi natura comparabit, vtrunque rursus cum adhibendo medicamine aut victus ratione, simulque de singulis præsagium nectens eum se coram hominibus geret, vt neque σκοτοφάγου, nec ὀροπότης, ignominiosa duntaxat nomina, pro doctorali laurea mereatur.

Successionũ species variè permisceri.

Vna Methodus ferè de præsentibus, præteritis ac futuris.

1 *exempla.*

2

3

Illa

Communis Methodi ratio pro inspectione præsentium, præteritorum & futurorum.

Illa est ergo communis ratio, vt seu præterita velis seu futura potiùs, vel præsentia mente complecti, vbique & ordinem seu consequentiam primò, & rerum ordine consequentium mutuam analogiam animaduertes. Ordo enim per pulchritudinis legem res vnas in multitudinem tribuit: Analogia atque proportio per consensionis ideam dispersa reuocat rursus in vnionem.

Ordinis inuentio. Cohærentia Metaphysica.

Ordinum inuentio & dispositio primum vmbratilis & Metaphysica in animum subit; ex materiæ scilicet conditione, annexum rebus numerum & magnitudinem docens; successionis quidem vicissitudinem per temporis puncta vt sunt mobiles; per loci differentias vt extenduntur. Postea verò in prędictorum singulis occurrunt alterius cohærentiæ species, secundum physicam magis & sensibilem rationẽ, in similitudine scilicet vel repugnantia naturarũ, dispositionũ, habituum, naturaliũ potẽtiarum, vel impotẽtiarum, passibilium qualitatum, figurarũ. Accedit hisce postremò norma successionis tertia, rerũ scilicet vt sunt conceptæ per entia rationis, idq́; rursus vel magis minusúe communis nomine, vel vt simplicius compositiusúe à ratione dignoscitur.

Cohærentia Physica.

Cohærentia rationalis.

Proportionum Methodus.

Proportionum Methodus vniuersa ab ætiologistica facultate dependet, quam per endeixes paulò post absoluendam referemus.

Primæ præsagij leges.

Nunc si memoriæ leges à vaticinij methodo atque præsentium intuitu per intellectum dirimere voles, illud præcipuè ad præsagium pertinet, vt duplicem cõsequentiam inuicem comparemus, vel eam quæ est scilicet inter effectum & caussam, vel quæ fuit cum ea quæ sit potestate tantum in animo scilicet seminibúsue naturæ. Vbique spectabis sedulò principium extremum, & tertiò analogiam mediam, idq́ue cum præsentium intuitu simul vel præteritorum recordatione. Hæc inter cæteras vnà est princeps vaticinandi regula, tractanda nobis vberius sequenti libro, quibus accedunt pedissequæ plures, duobus tamen velut capitibus comprehensæ: nimirum vt in præsagijs proferendis vbique ad naturæ exemplar longè firmissimum, seriemq́ue perpetuam velut amussim singula dirigantur. Animum verò non solum à cupiditatibus malis, verùm & ab omni prorsus superstitione liberemus, etenim vt Ptolemæi fert erudita sententia: ἡ φυλία καὶ τὸ μῖσος, κωλίουσι τὸ προβαίνειν ἀληθῆ τὰ ἀποτελέσματα, ἐλαττοῦσι γὰρ τὰ μέγιστα καὶ μεγαλυνοῦσι τὰ σμικρότατα.

Iudicijs amor atque odium melioribus obstant,
Et res prætereunt amplas, fiduntq́ue caducis.

Naturam quo pacto in præsagiendi Methodo imitemur.

Naturam rectè imitaberis, si cum discursu triplici vera primum præsagia peruestiges, à sensu modo conscendens ad rationem ac intellectum; modò hinc deorsum remeans & rerum simplicium & mixturarum vniuersitatem perlustraueris, vbique dispiciens acriter qualis sit omnium habitudo siue connexus, & num per se num per accidens potiùs plura ad se inuicem consequantur; néue vni duntaxat vel alteri signo fidem protinus habeamus, cùm quanto consensus plurium est, tantò & prædictionis stabilitas maior: quoties verò euentuum oppositorum signa concurrerint, illic & numeri sanè & magnitudinis robur à parte agentium diuersorum librare simul conueniet. Ad pauca enim

Digitized by Google

enim respicientes facillimè decipi author est Aristoteles: Internarum virium formas exteriores velut indices aliquoties dixi, præstat tamen sæpius in qualitatum genere, figuris habitus atque potentia naturalis, præstat in quantitatis ordine discreto continuum, numeris magnitudo. Superstitionē & scrupulum à vaticinij legibus auferemus, si pro futurorum definitione à simplicibus ordine ad mixturarum rationes, & à communibus paulatim ad minus communia transferamur. Nam vt de rebus sileam supra nos positis, fieri profecto non potest (iuxta Ptolomæi sententiam) quin vel ipse sensus excipiat generalem duntaxat rei sensibilis formam, soliq́ue possint afflati numine particularia præsagire. Nihil itaque diuinationem cogitabis aliud esse, quàm mētis humanæ lumen cōmunicabile, seu splendorem aliquem naturę ordinibus fœtū à lucis diuinæ radio perfectione duntaxat & similitudine differentem. Totum enim hoc vniuersum velut harmonia est corporis musici, cuius sit archytectus Deus; vnde illa initium sumens, *Obloquitur numeris septem discrimina vocum*, vnde per ætherem exporrecta terræ deinceps, mariq́ue, plantis & animalibus permiscetur, numeri & magnitudinis proportione cūcta colligat, naturasq́ue dispariles consentiente vocū tēperat interuallo. Fac igitur Rationalis animi motus naualibus machinis ac ministeriis similes, cum vento & fluctibus rerum humanarum incertitudinem cōfer, mox gubernatoris prouidētiam quæ vim præsentis constitutionis virtuti comparet propriæ, ac rebus suis, velut futuri diuinationem intelliges non aberrantem facilè à sibi proposito signo. At cùm mens hominum à mente sublimiore dependeat, an quisquam dubitet, vtriusque separatione præcipuum harmonię totius vinculum labefactari? Cùm enim hic mūdus, teste Tyrio max. è terra cæloq́ue confletur quasi communis deorum atque hominum sedes, dij sanè & deorum filij (angelos dico) mente suspensi in Iouem è cælo tuentur hominum genus, at homines contrà Deorum interpretes spectant è terris lucidam cæli sedem,

Diuinatio quid sit.

Mundus vniuersus optima harmonia speciem repræsentat.

Simile.

Mons Idæus vbi & gentis cunabula nostræ
Centum vrbes habitant magnas vberrima regna.

quantò enim sublimiùs vecti in hoc theatrum sese sustulerint, serenioris tantò prouidentiæ compotes fient, &

Quæ nos à stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem nos vbere læto
Accipiet.

Quod si itaq; & rerū sublimitas in vniuersitatis scala & animorum huc vsque conscendentium raptus ceu momenta prima ad diuinandi dexteritatem referātur. Raptus verò tum à diis ipsis incipiat primò, tū à raptorum pendeat libera volūtate, patet profecto iuxta tres assignatas principes prouidētiæ caussas, errorū quoq; pronasci in eodē genere triplicē rationem. Etenim natura plurimos afflari diuinitus cōstat, & vel inuitos ad vaticiniū rapi ὅτι κ' ἐπιτηδεία ψυχὴ πρὸς γνῶσιν, πλέον ἐπιτυγχάνει τοῦ ἀληθοῦς ἢ ὁ ἄκρως ἀσκησίας τὴν ἐπιστήμην. Multis vaticinandi studium est, sors interim genij minus secundæ. Fit sępè vt

Raptus animorū duplex.

2

Iuxta tres prouidentiæ caussas errorum quoque in diuinando ratio triplex.

pè vt raptum rapienti planè consentiat ; vnde vt idem asserit Ptolomæus, ἡ σοφὴ ψυχὴ συνεργεῖ τῇ οὐρανίᾳ ἐνεργείᾳ, ὥσπερ ὁ ἄριστος γεωργὸς συνεργεῖ τῇ φύσει τῆς γῆς διὰ τῆς ἀροτριάσεως καὶ ἀνακαθάρσεως. Rapit enim celeriter Deus, & sequax animus per amoris symbolum protinus obsecũdat, quę symphonia si simul adsit & methodus atque exercitationis industria, inter concẽtus cæteros omniũ est consonantissima, his è diametro pugnãs, quibus pro lege libido propria est, qui fas ac nefas iuxtà æstimant, quibusq́ue perpetuò quod libet licet. Adeo enim hi plerunque sunt deplorati, vt nullus sit tam canorus Orpheus, nec quisquam Vlysses tam facundus, qui eos ex ignorantię tenebris ad viuam pręscientiæ lucem, à feritate Cyclopica ad cultum humanitatis possit traducere, quandoquidem illorum animis caligo tam spissa insiderit, vt cultu vnius corporis, cibo, potu, Venere, vniuersam vitæ felicitatem metiantur. Interim volũtas humana dici improuidentiæ caussa per se quandoque merebitur: diuinæ mentis afflatus prouidentiam primò quidem & per se mortalibus tribuit, improuidentiam non nisi per accidens seu priuationem potius: Vti nimirum Sol recedens hyberni frigoris videtur occasio, cùm id natura sit comparatum, vt ex quo præsente beneficium capitur, eo vicissim decedente iactura sit necessaria. Caussis supradictis accedit tertia, non iam in raptis amplius vel rapiente numine collocanda, sed totius spectaculi gradu, ad quem animorũ raptus ille pertigerit. Ita nimirum circa illos æternos ignes propter cõcretionis materialis firmitudinem formarumq́ue præstantiam, lege inuiolabili se mutuo complectentium, prædictiones sunt longè firmissimæ; quod in cælorum supputatis motibus patet, in Solis Lunæq́ue defectibus, atq; in stellarum omnium ad se inuicem schematismis. Orbis inferior elemẽtaris vt ambientis ætheris suspẽsione libratur, multa dietim suggerit, quo sese iactet humana diuinatio; at quatenus propter occurrentium rerum inordinatam multitudinem tumultusq́; præcipites hæc regio inferior materiæ lubricæ conditionibus alligata est, en tibi occasiones fortuitæ plures, en inspiratæ casuum vicissitudines futurorum spe metuq́ue pendentem animum abripiunt latè, & vaticinij facultatem obscurantes respectu mentis humanæ fortunam à Deo secundam rerum dominã effecerũt: quibus astipulatur illa Platonica vox, Deus imprimis, deinde fortuna & oportunitas tẽporis humana quæuis administrãt. etsi corã Deo nihil sit sanè fortuitũ, & multò sit satius cũ Max. Tyrio nostrisq́; Theologis adiicere superioribus caussam tertiã, humanũ artificiũ scilicet cũ voluntate conspirãs. Quæ cùm ita se habeant, nonne hos planè iubeã pro ceritis circũferri, quotquot vel propter flagrantiã immoderatã erga hæc diuinationis studia, certam omnino ex astris præsagiendi methodum paucis iisq́ue malè intellectis contẽtam apotelesmatibus velint, vel propter conceptũ odiũ semel (vt Pico nostro vsuuenit, qui & equis & armis in astrologiam concitus fertur) propterq; multorum abusus improbos, propter auaritiæ, ambitionis, & superstitionis adulteria, vel denique totius concẽtus hi sce terrenis auribus imperceptibilem sonũ, omnem ilicet vaticinãdi peritiã, siue ex rebus cælestibus, siue naturæ alterius consensione, è medio tollant? vna profectò eademq́ue opera & medicinæ penitus

Voluntas humana.

Diuinæ mentis afflatus.

Errorum multiplex ratio in diuinatione ex rebus ipsis circa quas versatur.

De rebus cælestibus prædictio firmissima.

De rebus sublunaribus prædictio instabilis.

Deo & prouidẽtiæ nihil fortuitũ vel cõtingẽs.

In Picũ eiusque calũnias contra astrologiam libris pluribus iactitatas.

Digitized by Google

nitus,& Iurisprudentiæ repudium mittent,quippe quas propter incidentium rerum complexus inenarrabiles,ex quantitate scilicet, qualitate, loci natura, temporis,respectus,consuetudinis,humana ratio perfectè vix vnquam vel serius assequatur. Nam etsi Theologia sit remota maximè ab oculis, ab animis nostris;an idcirco nullam potius quàm verè marcessibilem esse dicemus? Quin illam ego propterea facultatibus cæteris eo sublimiorē existimo, quo molem hanc fluxam,instabilem diuinæ circa quam vertitur naturæ superat interuallo,quamuis non tam à subiecta materie quàm finis præstantia quarumcunq; artium & scientiarum dignitas sit metiēda. Præstasset igitur(nisi cum Noctua Solem criminemur) non tam illius quæ in natura existit diuinationis speciem abiurasse, quàm succensentes nobismet ipsis ex nocte Cimmeria caliginosos oculos in altum sustulisse,vt mox contempto potius quàm reprehēso temere abutentium ritu quousque concessum est deorum munere cōtendamus, non tam perficiundi spe,quàm experiundi voluntate,vt si perfecta nequaquam vaticinia persequi liceat, illud saltem Tullianum cogitemus: Prima sequentes » honestum esse in secundis tertiisque consistere. Nam neque id ipsum quod » optimum est,statim est desperandum,& in præstantibus rebus magna sunt ea quæ sunt optimis proxima;cùm,vt ille dixit,Imago optimi sit simplex & vni- » ca,quę neque oculis,nec auribus,nec vllo sensu percipi potest: cogitatione tā- » tum & mente complectimur. Quod si apertè quæ sentiam,mihi cum Pico sit » disserendi copia(non enim id huius est loci vel temporis) pauca suffecerint certè, quibus rationum omnium quas ipse tot libris ac logis prolixioribus attulit, virtutem penitus vel vsque ad fundamenta conuellas. Dicam primò principia quibus sit vsus,non tam veræ demonstrationis ἐνεργείαν,quàm rhetoricæ cuiusdam persuasionis neruum obtinere. Sunt enim propter naturam vniuersalem nimis nonnihil ambigua, & à conclusione remota, vt sunt ferè plurima desumpta ex Academiæ spatijs & Platonicorum officinis, propter sublimitatem intellectus omnino non tam efficacia quàm plerisque videantur. Vnde & nodos difficiles cum rege Macedone rescindunt potius quàm dissoluunt;mentesq́ue non tam implent discursus robore,quàm diuinorum iactantia,& variorum ordinum diuerticulis, & lenocinijs blandis fucatæ nonnihil orationis eludunt. Secūdò nobis est accusandus Picus,quòd nō tā rei naturā,vt dixi,quàm amethodorū hominū imperitiā visus sit oppugnasse, quāuis nihilominus putet hac disputatione sese & artis ipsius æstimationē humanis cordibus exemisse, sed cui dubiū est interdū obrepere & superstitiosa plurima vel quarūcunq; maximarū facultatū principiis lōgè certissimis, quanquā hic clauus fortè suffecerit,errorū occasiones difficillimas hinc fermè dimanasse,quòd totam efficientiæ rationē rudiū Mathematicorū plurimi in vno potissimū efficiente positā crediderunt. Nam præter Ptolemæi quem profitentur opinionem, pigriores in rebus Physicis ex vno astrorum circuitu cuncta metiebantur,quæ magis ex horum agentium symmetria ad sibi substratam materiem debebant merito præsagiri: enimuero iuxta Poëtæ celebrem vocem;

Abusus in arte qualibet.

Quid in vulgatis prædictionibus astrologorū maximè sit improbandum.

Analogiæ ignorātia quātum vbique erroris efficiat.

Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit Vno eodemq́ue igni:

vtque in rebus medicis vis eadem medicamenti diuersum efficiet in carnis affectu, diuersum in neruis, ossibus, atque membranis, aliud lac vel caulium succus in bilioso, aliud in temperato aut melancholico: Ita prorsus stellarum motus & lumen, vel earundem intuitus mutuus aliud præstat in locis montosis, & aridis, in paludosis aliud vel procelloso mari, aliud rursus in regibus, aliud in ruri natis vel educatis, aliud in Hispanis, Italis, Persis, ac Medis, aliud in Germanis, Turcis, Anglis, ac Tartaris. Vide quam multa sint vestiganda, secure & serio quisquis frui præsagiis velit. nam quamuis & actio & illa de actionis euentu diuinatio sit per proportionem agentis ad passum, particulares tamen euẽtus haud quaquam absolute cælestia sequi possunt, sed quatenus deferunt caussæ quædam intermediæ, & rei suscipientis prona dispositio stellarũ influxibus obsecũdat, sic vt sydereæ lucis præcipuus vigor sit in corporibus lucidis; quibus proinde & spiritus tanto viuacior, mens quoque & ordo est immutabilis: quæ postquam progressu degenerat in luminis speciem vicissim à suscipiente vicinia protinus immutatur, perditq́, & ordinis firmitatẽ & cõtinuitatis robur; sed magis deinceps postquam in sublimiorem regionẽ defluẽs iam iã caduco lumine splẽdoris habitũ acquisiuerit. Vnde & Meteoron ratio ex cælestibus ardua est multis imperscrutabilis visa, minus difficilis tamẽ quã vbi in rerum perfectè mistarum classes sese insinuauerit, præsertim quo mistum sit compositius, vt in hominibus ipsis. Nam vt hic caussas omittam cæteras quæ de futuris augurandi methodum intercludunt, necesse foret in hominis genitura non tantum thematis natalitij formam penitus explorare, sed & naturam patriæ, parentum, temporis, fortunæ particularis & consuetudinis. Deinde & generatim illud expendere, quod conformationis nostræ principiũ nõ tantũ sit vnicũ, vti vulgares genethliaci arbitãtur; sed quia res omnes humanæ aut ad fortunã pertineãt, aut corpus, aut animũ; Pro corporis quidẽ natura necesse sit prima cõceptus momẽta perscrutari: Pro fortunæ statu, partus vltimos, & fœtus exclusiones; quæ sæpius fortuitæ ex circunstantiarũ plurium ratione quã naturales obueniunt: Pro rebus animi tandẽ & illud momẽtum prę cęteris eligatur, quo primũ parẽs infantis in vtero moti rudimẽta percepit. Rursus cùm aliud sit ortus, aliud gubernatio rerũ atq; interitus, oportet merito & vitę, & mortis, & gubernatiõis principia vicissim intueri. Regitur aũt homo partim à Deo, partim à seipso & libera volũtate: A Deo rursus, vel absolutè, vel per angelorũ, spirituum, corporũ ordines intermedios: De formis abstractis quo ad virtutes atq; actiones nulla est vaticinandi methodus mortalibus data; sed omnis in inspiratione posita est anima, per intellectum scilicet ab ipso penitus cõmercio cæterorũ sensuũ sequestrata. Superiorũ corporũ gradus sensui quidẽ sunt manifesti, motusq́; seriẽ & cõnexionis vniuersam rationẽ ad numeros ratã perpetuò seruãt; sed si cũcta demõstrationis principia tecũ expẽdas altius, assumptã primò sententiã (quippe quę & generalẽ duntaxat eãq́; certissimã ab intellectu notionẽ exprimit) indubitatę veritatis facilè cõcedemus, subsumptũ verò particularius vel minorẽ antecedẽtis cõmuniori propositioni

Meteoron ratio in cælestibus.

Genethliacõ ratio quàm latè pateat.

Homo quot principijs pendeat et gubernetur.

Vniuersalis ratio in prædictione tutissima, sed subsumpta particularia in errorẽ maximè degenerant.

Digitized by Google

poſitioni quamcunq; ſubiunxeris intercedente ſenſu, nunquã hanc adeò definitam dabis, quin vel ad qualitatis, vel quantitatis certam ſententiam lima quædam atq; amuſſis requiratur. Accedit ſuprà dictis, quod orbes ſtelliferi quamuis tum motu, tum lumine rebus ſe miſceant inferioribus, euentuũ tamen in monumentis ſacris non tam effectrices cauſſæ, quàm ſigna potiùs atque inſtrumenta non neceſſaria nominentur. Spectat id omne ad animarum duplicem ſtatum: etenim decliuior ad affectiones brutas fato nos ſubijcit; ſublimior eadem tollit ſe ſupra cæli vertiginem, & nos à fati lege diſſoluit. Langueſcit itaque cælorum vis illa communior per occurſum multiplicem rerum particularium, nec virtutem modo deponit per longioris ſpatij intermedios gradus, ſed & ſimplicitatem omnem & robur exuit, quippe quæ pulchri paulatim ordinis œconomiam deſerens in Ataxiæ regionem proficiſcatur, lumenque natiuum opacitatis allapſu in coloris ſpeciem tranſmutarit: *Ratio.*

Non aliter quàm qui aduerſo vix flumine lembum
Remigijs ſubigit, ſi brachia fortè remiſit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus anni.

Quod ſi totius difficultatis rationes in pauca contrahas, habes imprimis ex materiæ occurſibus infinitas. Nam propter hanc fata communiora obſtant particularibus; vt cum felices plurimi quo ad geniturã propriam, vel nauis incendio, vel ruina ciuitatis, intereunt. Rurſum particulares circumſtantiæ influxum ſygygiæ communioris adulterant; vt cùm cæleſti attractui ea quæ cuique iam inoleuit, vel opinio melior vel conſuetudo pugnarit. Haud itaque facilè eſt ex obſeruatis pluribus epilogiſmum facere vt ad ſcientiæ canones ſtabiliaque principia confirmanda per ſenſum ipſum poſſis aſcendere: peccatur enim ſæpiſſimè tribuendo effectum rei quæ non eſt cauſſa, tanquam cauſſæ. Accedit à parte agentis cæli remotio, ſtellarum natura, numerus & magnitudo adhuc inexplorata; cùm Phauorino viſum ſit etiam planetas poſſe exiſtere nondum mortalium oculis deprehenſos. Quid verò de motu illorum referam, quos alij circa terram velut centrum, alij circa ſolem immobilem ſtatuunt per inuerſas hypotheſes? Qualitates certè tum ſtellarum, tum mixturarum omnium (vt cometas ſileam, de quorum ortu, progreſſu, cauſſis, & energia nemo non dubitat) hactenus nec vlla methodo, nec rationis acumine percipi potuerunt. Quid? nónne Epochas & ſupputandorum motuum auſpicia prima definiunt? O curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane! Iſti cenſores pluſquam Saturnij vel Rhadamantini radices calculi non ad ſcrupula tertia modo, ſed & ad quarta quintaque veſtigant; cum ne ad minuta quidem prima rectè reſpondeant. Vtinam verè deſcribant ſingula ad integros gradus: aberrant etenim in motibus Martis ad 3. quandoque gradus vel 4. In Mercurio plerumque ad 14. Rectè igitur Ptolemæus illud Aſtrologis ante omnia præcipit, vt communem potiùs atq; poſſibilem, quam diſtinctam protinus neceſſariamque ſententiam ferant. *Totius difficultatis in prædictione ſummatim.*

Ego hæc interim etſi nonnihil velut ὀθὸν πάρεργα in medium protuli viui-

dioris exempli loco, cùm vt insulsas temerè oppugnantiũ rationes refutarem, tum & à superstitiosa cæteros affectione vindicarem, facturus finem denique eorum quæ pro natura diuinationis exegit propositus sermo, si per Epilogum cuncta comprehendero. Quorum hæc summa est:

Conclusio.



Præsentium contemplatio interdum præsentia præteritis alligat, quandoque & præsentibus alijs, idque rursus vel cum memoria præterlapsorum, metuque aut expectatione futuri; vel solo præsentium intuitu simplici; quem tamen quia perpetuo phantasmatibus complicetur, (& per consequens loco simul & tempori) difficilè prorsus existimem à tribus antedictis differentijs sequestrare. nam Sensus quidem inferni res facilè percipiunt nudas extra consequentiæ rationem; sed simulatque ventum est ad animi raptus, non possunt res plures absque ordinibus comprehendi, sed statim Intellectus quædam

Præsentium contemplatio.

Sensus.

Intellectus.

Digitized by Google

quædam præcedere, nonnulla conſequi monet penes confuſam in motu & quantitatis extenſione ſeriem. Imaginatio penes conſpicuam (vt dixi) ſimilitudinem aut repugnantiam. Ratio denique penes hos ipſos qui ſunt in animo compoſitionis gradus. In ordinibus rurſum ſingulis ſpectantur extrema duo, & inter vtrumque mediæ proportionis vinculum, cuius vel vnius intuitu natura omnis atque doctrina continetur. Nos huius intuitus rationem hoc loco parciùs exequemur, quandoquidem tota per operis totius curriculum ſit exporrecta, & quæ ſuperius dicta ſunt, dicenturque deinceps, huc præcipuè tanquam ad aliarum cognitionum regulam referantur.

Imaginatio. Ratio.

Extrema 2. & Medij terminus in ordinibus ſingulis.

Artem memoriæ Neotericorum plurimi, & plærique veterum magno repertam ſtudio reliquerunt: vnum tamen in illis deſidero, nempe traditionis Methodum, quam nos in pauca digeſſimus à fonte repetentes, ſic ſanè vt primo ſcilicet verſandam memoria conſequentiam, hanc quidem in vocibus, illam in rebus eſſe cogitemus. Sed neque vocum rectè quis ſataget priùs, quàm res repertas affabrè in animo conſtituerit. Iam rerum diſpoſitio ex antè demonſtratis liquet, vt magis determinatæ viciſſitudinis partes in illa confuſiore comprehendamus, ponendo ſeriem ſcilicet Metaphyſicam priùs, gradatim verò ſub huius viciſſitudinis membro vnoquoque viciſſitudinem phyſicam & rationalem, vti lucidius multò ex ſubiecto ſchemate, quàm longo verborum ſyrmate & laciniosis periodis aſſequêris.

Ars Memoriæ.

Ordo

Digitized by Google

TOPICVM MEMORIAE IMPRIMENDARVM RERVM DIAGRAMMA.

| | | |

Hæc illa eſt plenior rerum Memoria complectendarum diſtributio, quam ſanè & mancam ſæpius & nonnihil à præſcripto liberiorem eſſe non refert, pro rei natura ſcilicet, totiusque periſtaſis ratione. Sunt enim pleraque tum extra tempus tum magnitudinem poſita, quamuis non ſit vbiq; difficile partitionem analogam in animo conſtituere, quando de rebus incorporeis, deque ipſo omnium authore Deo nihil cogitemus, niſi vel ſub priuationis nomine, vel ſub alterius ſimulachri ſenſibilis forma, cui & locum facit & tempus imaginatio permiſceri. Quod ſi exemplo certior fias, Primum in arte Medica hiſtoriam humanæ fabricæ libet ediſcere: ante omnia labor eſt inuenire quæ voles, ſecundo inuenta iudicare, atque ad memoriam rectè diſponere, tertio digeſta eadem in Memoriæ penu collocare per claſſes hiſce pene conſimiles, quibus ante repereris, vt cum ex vſu fuerit alijs eadē depromere, nec titubemus leuiter, neque in alienum aceruum temere impingamus, neque illorum quicquam quæ inſtituto ſunt neceſſaria turpiter omittamus. Inuentorum talis fermè digeſtio poterit aſſignari, vt ordo ſit prior de corporis fabrica, quæ ſub cunabula & tempus primæ generationis occurrit: deinceps quatenus & incrementi paulatim & medij ſtatus viciſſitudinem ſubit; tandem & de formatione quæ circa occaſum eſt, vel vltimam ſenectutis metam. In hiſce rerū comprehendendarum claſſibus tribus ſtatuantur modo ſecundum magnitudinem reliquæ à tota primum ſi libet corporis mole ad partes maiores ſingulas, deinde & minimas, donec ad ſimilares vſque deueneris: ſubit in ſingulis conciſa magis digeſtio ſimilitudinis & diſſimilitudinis ratione, ſecundum idem commune vel genus, vel accidens, vel ſubiectum aliquod: poſtremò & ordo rationalis prout nimirum probationis capita ſimpliciora vel compoſitiora, res autem ipſæ quæ probantur magis minuſue communes apparent. Idem docere non eſt abſurdum in facultatibus cæteris, quarum ſubiecta vel à materie prorſus ſunt aliena. Verùm detur Iuriſprudentia, in qua me tamen omnium minimè verſatum eſſe confiteor. Ex Fabio Quint. Gemini quibus erat pater & mater ægrotare cœperunt, conſulti Medici dixerunt, eundem eſſe languorem; deſperantibus reliquis, promiſit vnus, ſe alterum ſanaturum, ſi alterius vitalia inſpexiſſet; permittente patre execuit infantem, & vitalia inſpexit, ſanato vno, accuſatur pater ab vxore malæ tractationis. Omnis hæc matris actio in rerum geſtarum enormitate conſiſtit, eò potiſſimum ſpectans, vt in animis Iudicum mariti odium concitet, ſui miſericordiam. Rationum inuentio eiuſdem Methodi eſt, qua & res cæteræ veſtigantur, ſimiliter & iudicium, quorum ſingula paulò poſt accuratiùs proſequemur. Sed ſint reperta quæ mater in reum Medicum in maritum proferat, primum profectò rem vt partita eſt ſecundum diſcrimina temporis enarrabit, quid nimirum ſit factum priùs, quid deinceps, quid poſterius. Vbique rurſus quia vis tota eſt in analogia rei ad commiſſum facinus, vel agentis habitudinem ad ipſum paſſum, vnam primo totius peccati magnitudinem in

Tabula præcedentis illuſtratio.

Exemplum in arte Medica.

In Iuriſprudentia & Oratoria ſalutare.

animo comprehendet, quàm deinceps exaggerabit latiùs, iuxta agentis conditionem & circunstantias omnes, iuxta illius qui iniuriam accepit qualitatem, iuxta denique occasionis speciem, quæ vtrique illorum intercesserit. Trahentur in medium cognata quælibet ordine & repugnantia, postremò & in horum singulis quæcunque conceptu rationali priora posterioraque censeantur. Omnis ista successio quandoquidem ex naturæ fontibus hauriatur, sicut ad facilem memoriæ viam est adaptata, potest & ad defixæ contemplationis artificium & diuinandi dexteritatem applicari. nam vti memoria triplex à nobis posita fuit, ita & iudicium, & diuinatio, & rerum inuentio prima, inuentorumque iudicium, iuxta tripartiti principij efficientis rationem. Posteaquam verò ad normam præfixi diagrammatis ea digesseris, quorum meminisse libeat, à rebus te tandem ad voces animo continendas refer. Primum quod ad totius orationis seriem spectat, ea quoque velut in magnitudinis partes est dirimenda, Exordium scilicet, Progressum, & Finem ipsum (nec illud hoc loco expectes velim, vt aliorum more Rhetorico magis quam Philosophico in sola quaternione persistamus) Prædictarum partium vnicuique tres rursum minores aliæ subnectantur, iuxta seriem annexi diagrammatis.

IN ORATIONE PLENISSIMA SPECTANTVR.

	EXORDII	PROCESSVS	FINIS	
PARS 1.	Propositio, vt attentus lector vel auditor fiat.	Narratio.	Epilogus.	Vbique maximè viget, Cicerone teste, τὸ ἦθος καὶ τὸ πάθος.
PARS 2.	Conciliatio, vt benevolus adsit.	Probatio	Conclusio.	
PARS 3.	Digestio dicendorum, vt docilis fiat	Refutatio.	Deprecatio vel præcipuũ pathos.	

Diuisio Mathematica.

Inuertitur horum series, vel immutatur paululum, augetur atque minuitur, prout rursus vel ipsa res exigit, vel respiciens aliò cuiusque ferat opinio, habes hoc tamen velut partitæ plenius orationis exemplar. Nunc si per subdiuisionem

uisionem Mathematicam, sicut in circulis solent, paulatim à quadrantibus in quadrantum trientes, trientum singulorum in 30. gradus, graduum in scrupula prima 60. & sic deinceps, te quoque paulatim conferas ad singularum in oratione partium particulas minimas; harum memoria à significatis rebus momenti plurimum capit, vbi curandum maximè, vt non perspicuæ tantum orationes atq; interpunctæ sedulò, sed & naturis singulis consentaneæ fluant. Ab ipsis met vocibus vt sunt voces nudæ ad memorandi artem parum est adminiculi, nisi fortassis ex eorundem occursu, incessu, casu, & in horum singulis numero, rythmo, atque mensura, nisi & more vulgato rerum quarundam sensibilium simulachra seu memoriæ locos & promptuaria in nube constitui voles, ad quæ tanquam signa in littoribus posita quæcunque sensui minus sint peruia salutarem anchoram figant. Sed non est instituti mei, doctrinas singulas mundiúque naturam vniuersam plenius illustrare, cum satis superque pollicitum fiat, si tantum hæc obiter & vel à limine salutemus, sub eo respectu scilicet, quo deuinciri mutuò, quo cuncta sortiri videas perennem ordinis symmetriam. *Ars memoriæ circa voces.*

Quicquid ad fines pertinet à cognitione reliquos (cum de his omnibus abundè veteres tradiderunt) nos in sermonem breuissimum redigemus, adiuncta tabula, quæ omnes omnium scitupos orbiculari nexu & conuersione discutiat. Etsi non dubitem, posse hac ipsa multò elimatiorem alteram dari, si quis attentior paulò sit circa singula: sed nos (vt dixi iam sæpe) à particularium ratione sedula calamum retrahantes, eorum rudi tantùm inspectione contenti sumus, notas duntaxat communiores & viarum vestigia cæteris posituri, quibus quæ crassa Minerua à nobis sunt prælibata singularum rerum indagatores ad scopum propositum ritè dirigantur. *Digressio ad omnium vltimos fines.*

Supremum totius ordinis finem communi consensu omnes in Bono collocarunt, sed quod sit illud Bonum (vt libro priore circa vestibulum recensuimus) à pluribus ignoratur, & planè quot sunt diuersè philosophantium capita, *Summū Bonum.*

Tot mihi conuiuæ propè dissentire videntur,
Poscentes vario multum diuersa palato.

Alij etenim ipsum in vita, alij in virtute, plurimi cum Epicuro in voluptate collocarũt. Rectissimè verò de se ipso ille QVIEST, Nemo (inquit) bonus nisi solus est Deus. At ne prolixior sim in recensendis opinionibus, Istarũ plurimæ quæ verbis tantopere visæ sunt dissentire, re tamen ipsa conuenient forsitan, quòd si in arenam hác boni partim descriptione bona (cum definiri nequeat) partim accurata distinctione procedas: est etenim ille conceptus Boni, vt naturarum omnium plenitudo perfectissima, quæ cunctis scilicet sese cõmunicat, aliundè verò nec foueatur, neq; depẽdeat. Bonũ id absolutè prędicemus, cuius collatione demũ dicuntur & bona cætera, & alijs quidem alia meliora, iuxta cõtinuos ab vno illo vero ac principe Bono diffusæ pulchritudinis depẽdentiæ *Summi Boni varia ratio in humanis pectoribus.* *Bonum absolutè quid.*

gradus. Eſt itaque & vita bonum, eſt & virtus, & voluptas ipſa, quin quicquid in orbe ſit vniuerſo, ſed reſpectiuè tantum. Abſolutè bonum eſt Deus, in cuius vnione cum animis noſtris humanum bonum atque felicitas abſoluta conſiſtit, cui ſimul adhærent & vita pleniſſima, & pulchri veriſque honeſti ratio, & voluptas integerrima, quæ ſola percipitur omni dolore detracto, quam neque in corpore, neque in ſpiritibus poſitam animo tantum & intellectione percipimus. Verùm ab vnitatis ſpecie ſimulatque receſſeris, occurrent mox poſterioris vitæ, pulchri & decoris ordines plures, degenerumque voluptatum chori, quos quiſquis in orbem comparauerit, ſingulorum rationes totas per tota diffuſas inueniet, à Deo quidem oriundas primò, ad eundem refluas velut vniuerſitatis intimum centrum; cuncta etenim quæ ſunt ad perfectionem ſui naturarum impetus rapit. Hæc ipſa perfectio in pulchritudine vera, in voluptate abſoluta, in ſola diuini radij communione ſpectatur, quæ cum neque hominibus per experientiam cognita, neque inuenta per rationem, nec arte probata in honore habeatur, acceſſit vitæ, pulchrique, & voluptatis exterius ſimulachrum nec vſum, nec rationem, aut tempus expectans, ſed arte quauis antiquius animantium ſaluti ſubijcitur velut baſis vel vinculum potiùs, quo ſublato quodcunque creatum eſt diffluere ſtatim oporteat. Scientiam namq; (vt Tyrij verbis vtar) mentisque iudicium auctus ætate vir breui quodam occurſu ſenſuum per experientiam congerens ſibi colligit, quum voluptatem docente nemine ab natura ipſa ſuſcipiens in ipſis auſpicijs vitæ poſſideat, eiusque amator effectus doloribus bellum indicat, vtpote qui per voluptatem ſeipſum ſeruet, per dolores viciſſim corrumpatur. Itaque ſi totam ſeriem probè complecti in animo voles, in ipſomet hominis abſolutiore bono, quam veri boni atque vnius communionem diximus, hæc eadem toties ſub honeſti nomine celebrata, quiddam eſt vltimum atque perficiens, quo nomina cætera atque vnius rei imagines referuntur, poſterius alterum vita eſt ſub varietatis nomine ac neceſſitatis cuncta compellens, extremorum vtrique media voluptas intercedit, actionum & vitæ conciliatrix cum honeſtate prima. Vides nimirum vnius effigiem boni diſtractam nominibus varijs, quorum ſignificata interim non tam natura diſſideant, quàm animorum huc aſpirantium neceſſitudine. Quin ſi vlterius pergas in multitudinem, mox vitam, voluptatem, & honeſtatem non modo diuerſas inuicem ex relatione iudicabis; ſed & ſecundum ſpeciem ſubdiuiſas, quarum quælibet rurſus cum alijs proximis particularem ordinem format ad circuli iſtius interioris ſimilitudinem.

Veritas pulchritudo, honeſtas.

Finis cum cuncta ſummatis complexio atq; vnius progreſſus in multitudinē.

Cogi-



Cogitabis in hac tabella, quod quæ vnitatis notam habent, finis quoque potioris appellationem respectu secundorum ordinum ac tertiorum mereantur.

A CIRCVLVS exterior Boni tum secundum rationem tum naturam diuisi.

B. C. D. CIRCVLVS interior absolute boni in homine secundum relationem diuisi.

E CIRCVLVS stabilis absolute boni in homine quatenus cogitatione naturaque simplex.

Singulorum igitur animalium absolutiùs bonum in Deo positum est, particulatim tamen in honestate, voluptate & vita. Honestas quidem sub voluptatis veste delitescit, voluptas in ipsa vita: hæc rursus in natiuis operibus, opera in vsu necessario, vsus in facilitate potentiæ exercendæ, potentia in instrumentorum aptitudine, instrumenta in varietate naturæ. In ordinum horum vnoquoque rursus animorum felicitas à spiritibus pendet, spirituũ salus à corporibus, & è conuerso. Quamobrem animalia singula diuersis penitus armis ad tuendam salutem natura muniuit: homini verò cæterorũ principi & manus tribuit organorum omnium longè perfectissimas, & præter has mentem ingenuit latentem fomitem ad salutem conseruandam, in qua perpetua virtus, indefessus vigor, instrumentorum, artium, atque actionum quarumcunque semina continentur. Huius sanè vnius præsidio suam non modo nuditatem natura compensatam habet, sed & aliorũ animantiũ velut Rex & ductor existit: Corporeæ moli incorpoream mentem alligat medius vniuersi cõciliator spiritus. Instrumentorũ ordines, facultatum, atq; habituũ ratio comitatur: respondent totidẽ & actionum differentiæ vtilitatis quoq; ad vitam voluptatis atq; decori. Sunt igitur & hic Nouenæ numero classes cancellis ter passim triplicibus interstinctæ: chori totius medium sibi actionis discrimina vendicarunt, quæ vti à tribus superioribus pendẽt, in tres inferiores ordine diriguntur. Magni negotij est ad rationem solidam peruenire, quæ metas rebus & nomina effundat ex æquilibri. quo enim maior ingenij vis est, eò maiorem humanis animis iudicandi parit angustiã, fitq; omnino iuxta Senecæ Phædrã, vt curæ leues loquantur, ingentes stupeant. Sed perrũpenda est acies, atq; vbi orationum vis minimum valet, signis & nutibus loqui consultissimum duco.

Finium vltimorum collatio mutua.

Nouenarij ratio in finium vltimorum distributione.



Per classes has reuiuiscas retario fri rursus vel in longitudine ad bonum absolutæ, vel transuersim in latitudinem ad superiores, quam fieri, & è conuerso.

BONVM ABSOLVTE IN HOMINE.

Communio diuini radij sine animi pastura.

De instrumentorum generibus, facultatum, atque habituum, superiore sermone satis est demonstratum, quamuis hoc loco eorundem magis sit sumpta distinctio penes respectum, quem habent ad actionum differentias, quem rursus istæ ad vitam vitæque felicitatem velut vltimum finem.

In actionum genere plerunq; inferiores ordines superioribus substernuntur finium loco, per descensus scilicet animorum, cum in eorundem ascensu opposita quoque relationis norma spectetur. Cùm verò vita maximè in actionum necessitudine sedem constituerit, optimam quoque vitæ constat consonàtiam fore, si nec operibus sermo, nec vsquam sermoni mens ipsa dissentiat, vt neque tecta sint opera nimis, nec sermones superiores operibus tanquam infusi in angustum vasculum vndique ab eiusdem labris exundent, verum altrinsecus concordes effecti, parem vbique mensuram & plenitudinem seruent. *Optima vita ex consonantia ex finis respectu.*

An contemplatio sit actione melior, nolo discutere, inanis istæc sed scrupulosa quæstio est, à pluribus disputata, quicquid statuant necesse est ex relationis circulo vt sit perpetuo controuersa, nam & actio fit propter contemplationem, contemplatio vicissim propter actiones: actionem prærequirit meditatio, meditationem actio. Mihi imprimis arridet dictum Anacharsis: Nam amplius laborandum in garrula sapientia, si ad Mysonis pauperis opera manifesta cum oculis mentem intenderimus: nam & Pythagoræ dogmata sermonis sobrij leges summarias præ se ferebant, sed in operibus prolixa videbantur, quæ neque noctu, neque interdiu spiritum remitterent, sinerentúe ad languorem ac desidiam relaxari. Quin omnis non modo naturæ salus & corporum vita potissimum in actionibus sita est, sed & ciuitatis nomen aut reip. *An cõtemplatio actione melior.*

Est enim Ciuitas quiddam compositum ex cooperantibus ciuibus multis, quæ perinde ac corpus vnicum instrumentis pluribus præditum, cui necessitas multiplex & multiplex requirit obsequium, ac nisi idipsum à singulis habeat, tueri essentiam suam nullatenus potest. *Ciuitas.*

Quod ad finium spectat ordines vlteriores, in horum vestibulo crudelissimæ affectionum species Mundi gubernatrices excubant, Gaudium, Tristitia: Amor, Odium: Spes, Metusque; quorum potenti machina quisquis vel falso se præmuniuit; animos quoque mortalium proximè in sui fiduciam stringit, rerumque habenis potior sub frænum cæteros & Tyrannicam seruitutem facilè rapit. Hæc vna est Impostorum methodus, dum minis, atque pollicitis quemuis alliciunt primò, dum voluptatis atque honesti speciem ludicram pro veris obtrudunt, dum sub prætextu callis ardui, qui ad scientiam solidam virtutemque exporrigitur, dementatos homines recta in præcipitium voluũt. Non igitur vsque adeo negotij parui est ab amico assentatoré Voluptatem veram, cuius (non dubium) laudes Epicuri *Finis primarij cõsectationi quæ præponitur.*

schola

ſchola tãtopere prædicabat,à falſa illa atque vmbratili ſemouere. Nam vt de ſolida primum loquar,ſunt huic conſtituti carceres,quos neceſſario duntaxat vſu natura terminauit, quibus ſi tranſgreſſis quiſpiam vlterius volet irrumpere in immenſum excurſum protinus voluptati adimet frænum, virtutemque ab illius ratione ſeiungens omnem ſatietatis perimet modum,vnde orbi tyrannides irrepſerunt. Vbi enim animus ſupra neceſſitatem quodcunq; volupe eſt indulſerit ſibi, priora continuo faſtidit,nouorum cupiditatibus occupatur. Quod pulchrè apud poëtas docet voluptarij Tantali ſitis:

epulæque ante ora paratæ
Regifico luxu Furiarum maxima iuxta
Accubat,& manibus prohibet contingere menſas.

Nam quia oblectamentorum latices viciſſim affluant, viciſſim recedant, Cupiditatum velut Euripus doloris æſtu inundans ſæpius vniuerſa metu & perturbatione permiſcet,exultantiaque haurit corda pauor pulſans, vt Poëta meminit. quocirca neceſſe eſt,teſte Tyrio, voluptatibus operam dantem mæroris nũquam,iucunditatis ſenſum ſemper intermittere,quando cõtinue abſentem ſitiunt,præſentem metuant,ne vel non accedat propius abſens,vel celerius expectatione diuellatur. Quare cum animus ſic à ſeipſo diſſidens nunquam guſtare partem liquidæ voluptatis & liberę poſſit,ad intercutaneam alteram ab omni ſeditione ſeparatam contendamus,quæ ſola in arce virtutum poſita nullis fortunæ procellis quatitur,ſed inconcuſſa iugiter, nec ab honeſti veri,nec vtilitatis principis ratione ſecreta eſt; hanc enim iucunditatem quiſquis virtuti derogat,animorum quoque talaria aſcenſui fabricata conuellit. Nam & iſthuc reſpiciunt labores Herculei, ærumnæ Alexandrinæ, pauperies Diogenis,frugalitas Curij, Fabiorum interitus, Reguli & Camilli.

Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi,
Quique ſacerdotes caſti dum vita manebat,
Quique pij vates & Phæbo digna locuti,
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes,
Quique ſui memores alios fecere merendo,
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.

Voluptas vera eſt idem cũ ſummo bono.

Nequaquam ergo maleuolum eſſe omnem ſermonem decet, qui de voluptate perhibetur.cur omnium fit culpa paucorum ſcelus?vt clamat Tragicus. Nam vt nemo rationem vel linguam accuſat quaſi non bonam, tametſi iſtorum vſus plurimi transferant ad res natura peſſimas: ita nec voluptas omnis eſt accuſanda; ſed illi potius qui falſam amplectentes verè nominibus abutuntur,qui blanditijs præſentium deliniti atque corrupti, quos dolores, quas moleſtias ſint accepturi occæcati cupiditate non prouident, qui nec dolore nec labore paruo magnam ſibi redimendam voluptatem curant, eorum ſanè vitam cũ Centauris ipſis,imo cum Laruis & Manibus iuxta eſtimemus. Quin vt à falſa quemlibet magis atque à ſophiſtica voluptate deterream, iſthuc ſuo cum animo voluat etiam atq; etiam rogo, Actionibus ſingulis quæ vel ab arte quapiam

Quapiam vel ſcientia dimanarint tum metam vnicam perfectioris voluptatis, tum viam huc vſque ſimpliciorem à natura definiri. Verùm in orbis mobilioris ambitu plures ipſius pulchri, vtilis, ac iucundi facies perſonatæ circunſiſtunt, quæ pluſquam Syrenio cantu præterlabẽtes nauitas cum puppe & prora in ſaxa & ſcopulos raptant, adeoque obſtupefactos detinent, vt non minus quam loto paſti, ſoli natalis obliuiſcantur, *Orbium trium ſequentiũ ratio*

Pontumque profundum
Aſpectent miſeri, flentes heu tot vada feſſis
Et tantum ſupereſſe maris.

Quotquot igitur in paleſtris philoſophicis alium finem arbitrantur, quàm pleniorem illam ſcientiæ pulchritudinem ſtabiliori quadam atque ineffabili prorſus voluptate conditam, is per exteriorem mobilem cyclum, aut iuxta crepidines retinetur, aut præceps iactatur vndiq;, ſic vt ad arcem intimam deinceps non admittatur. Docet res ipſa in merè Empyricis Medicisque circumforaneis, qui vt nec verum ſcientiæ finem vident, (intenti ſcilicet ſpectris proximioribus, opumq;, ignauię, libidinis, crapulę, & ambitionum laqueis irretiti) ita prorſus neque rectam inſiſtunt beatitudinis viam, nec cum fortuna inſtabili ſtabilem virtutis lauream adipiſcuntur, vt planè hos cenſeas dum artis quęrunt compẽdia, quibus ſuæ pigritiæ conſulant, iactari ſemper in Ataxiæ ſalo, & nunquam ad littus peruenire. In illos ſic ego aliquando percitus luſi: *In abortiuos doctores & paliatos seu veste tenus philosophos.*

Spectari titulo Medicæ velis ocyus artis,
Auri te in pluuiam collige, Doctor eris.
Ante tamen praxis ſtudium memor illius eſto,
Quæ vox non alia eſt verior Hyppocratis.
Βραχὺ δὲ, τέχνη μακρὴ, κ' ἐυκαίρια λεπτὴ
Ες' ἰατρῶν, σφαλερὴ πεῖρα, κρίσις χαλεπὴ.

Verùm eo dementiæ proceſſit hæc ætas, vt in conferẽdis gradibus & illi qui dant & qui accipiunt ſepiſſimè à fine legitimo & rerũ veritate declinent, dum vulgus ſtolidum vel leonina pelle indutos aſinos ſupra leonis ingenuam formam colit & admiratur, dum illi qui gradum aſcẽdunt ad ſpeciem magis externam & inanes titulos currunt, illi autem qui conferunt ad promptam pecuniam, quæ nunc pro actus cuiuſque forma ſiue ἐντελέχεια præcipua celebratur. Iuuaret itaque vel in editiore ſpecula conſtitutum vnde omnes exaudiant illud Perſianum proclamare:

O curuæ in terris animæ, & cœleſtium inanes!

Verùm vt nunc ſunt tempora, ita morem geras, etſi (vt pulchrè diuinus Eraſmus meminit in epiſtola quadam) antiquitus non ideo quiſquam pro doctore habitus fuerit, quod doctoris titulum eſſet mercatus; ſed ij doctores dicerentur, qui vel præclaris operibus artis, vel libris editis manifeſtum doctrinę ſpecimen edidiſſent. Sed motos præſtat componere fluctus.

Iam ſi compendio dictorum finium circa ſe mutuo conuerſiones traditas intueri libeat, orbes tres iſtiuſmodi ſuperincumbentes inuicẽ coaptabis. Horum

rum interior poſtremis finibus dedicatur, Actionum ordinibus mediis quadrat ſuperior circulus, verſatilis ſcilicet ſuper omnem alterius regionem, vti & ille ſuperiorum finium ſuper hunc medium cyclum.



Hic orbis circa ſuperiorem voluitur, ſic vt ſinguli Circulorum ordines ſingulis quàm maximè quadrent.


IMAGINATIONIS ACTIO PER SE SOLA
RATIONIS ACTIO PER SE SOLA
INTELLECTVS ACTIO PER SE
ANIMVS ABSTRACTVS
ANIMVS
ANIMVS IN CORPORE
ANIMVS IN CORPORE
ANIMVS IN CORPORE

Hunc velut inſtratum orbi medio pari ratione concipies.

Ita me hercule vertuntur perpetuò circa ſe inuicē deus, humanus animus & natura. ita & omnis tum huius tum illius actio ad Bonum reſpicit, vel vt re- uera tale eſt, vel in opinione poſitum. Hæc ſi rite intellexeris, quicquid de bonorum malorumque finibus, de dolore & voluptate diſputant veteres, paruo negotio comprehendes. Nos ad altiora pedem referentes, ad fines cæteros ab illa habituum ratione diſtractos tranſeamus, qui nec præcedunt habitus nec ſequuntur tantum, nec annectuntur, ſed & ante ipſos partem integritatis ſuæ prærequirunt, iiſdem verò comparatis inſiſtunt altius, & multò poſt in effectus alios prorogantur. Eiuſmodi ſunt Ætiologiſmus, & Indicatio rurſus non tam re ipſa quam ratione ſiue nominibus differentes, quando & tēpore connectantur, & altera prorſus alterius neceſſitudine foueatur.

Definitus expā ſis per omnē habituum rationē

Ætiologiſmo et indicatione ſcīet.

De Ætiologiſmo

Sed loquamur de Ætiologiſmo prius, cui Endeoxin ipſam vel indicationē aſſcribemus poſtea, velut interná eſſentiæ formam. Quod ſi totius ætiologiſmi naturā exactè ſcrutari voles, rurſum te ad circulorū imagines reuocabo, vt horū intuitu eundē aliud nihil eſſe perſpicias, quàm animorum diſcurrentū impetum circa effectus & cauſſæ mutuam rationem. Orbem igitur immenſum concipe in tres diſtinctum particulares circulos, Inuētionis ſcilicet, Traditionis ſeu diſpoſitionis, atque Iudicij, omnes quidem ſphæræ vnius ætiologiſticę faciem repreſentantes, poſitione tantum & relationis ſiue reſpectus nomine differentes. Ad ſphæræ centrū doctrinæ cyclognomicæ vniuerſi fines ex æquo confluunt; hinc quidem quotquot inferiorum ordinum hactenus definiui; illinc cæteri qui velut priores cauſſarum indagatione dicentur, etſi re vera tum ipſa cognitio, tum proportionis indicatio quo ad naturam genericam ab ætiologiſmo nuſquam ſeparentur. Quòd ſi verò hæc tria in ternas ſpecies vel partes minores dirimi patiaris, miſceri ſingulas ſingulis variè, varia ſucceſſionum neceſſitudine confitebor.

Ætiologiſmi ratio per circulos explicata.

Circulorum ſequentium ratio.

Digitized by Google



Aetiologiſmi ratio in ijſdē quibus tota ars Cyclognomica.

Conſiſtit itaque totius doctrinæ Ætiologiſticæ ratio in ijſdem omnibus, quibus ars Cyclognomica, quandoquidem iſtius, ſit velut continens cauſſa, & inſtrumentum proximum ceu ſpiritus animæ indiuiduus comes: ſed quia propter diſtinctionem commodam effectus à ſuo principio & nominis habitus ſit immutatus, mutanda eſt quoque & partium appellatio, vt qualis fuerit Cyclognomicæ methodi prima diuiſio in tres diſcurſuum claſſes ordine cohærentes, ſic & ætiologiſmum ſimiliter diſtinguamus, in inuentionem, iudicium, traditionemque, quæ non tam ſpecies ipſius, quàm partes integritatis

Aetiologiſmatis ratio tota ſimilis toti Methodo tota inſuſa.

apparent, imò non tam partes quàm facultates quæpiam totæ totis confuſæ, vt vnam ab altera iudicium præſertim ab extremorum vtroque non facilè ſeparemus, eiuſdem enim & rei & induſtriæ pariter cenſeas vnamquamque, niſi pro facultatis robore, pro temporis quadam viciſſitudine quo ad nos, proque diuerſa conuerſionis forma in animis noſtris, quam & terminorūſequitur diuerſa relatio naturæ non vnicum vultum per diſcurſus ſingulos exhibe-

Demonſtratio.

ret. Idem ſanè ſit ſpacium ab A. ad B. cum eo quod eſt à B. ad A punctum. Sit & idem animus qui ſe cōuertat ab inferna regione ſurſum, & qui à ſuperna deorſum in modū ſpiræ. Erit & idē ductus C.B.A.D. cum illo D.A.B.C. erit & virtus C. per E.B.& A.vſque ad D. protenſa,



Et virtus D.per A.E.B. vſque ad C. Tertiò & virtus E.hinc quidem per B. vſque in C. illinc per A.vſque in D. differunt tamen & puncta C.E.D.& ductus triplices ſecundum ordinis viciſſitudinem, Inuentionis quidem C.E.B.A.D: Traditionis D.A.B.E.C: Iudicij partim E.A.D. partim E. B. C. Impingunt huc ſanè plurimi vel in dialecticarum traditionum limine, dum hi quidē temere & præter Ariſtotelis ſententiā dialecticam vniuerſam diuidūt in partes duas, vnā quæ argumētationis ediſſerat formā, modis ac figuris cōprehenſam Iudicij ſolius legibus ſubmittendā: deinde & alterā quæ locos ſiue materiam

Iuepta tertiotum ratio, qua dialecticam in iudicium & inuentionem diſtribuit.

trada

t

tradat Inuentioni dedicatam: Illi verò in contrariam opinionem exundantes vſque adeò iudicium cum Inuentione miſcuerunt, vt vix vel terminorum vel ordinum reſpectu differre ſint arbitrati, pugnatur ancipiti Marte, & adhuc ſub iudice lis eſt. Eam ſi iuſtè dirimere quiſquam volet, definiat primò ſeorſim ſingula, mox ad partitiones eorundem ſeſe conuertat, tum quotquot hinc membra particulatim germinaſcent in minus communem rurſus definitionem vocet, viciſſimque definita ſubdiuidat, donec ad inferiorem multitudinis claſſem vſque pertigerit. Nam ex his omnibus probè in vnitatem conſpirantibus emergent media demonſtrandis concluſionibus aptiora, quibus & rei veritas obtinebitur, & aduerſariæ rationes velut nebulæ exorto ſole protinus euaneſcent.

Primum vt ſimilitudine rudiuſcula notionem quoque rei confuſam accipias, Ætiologiſmum vniuerſum cum fœtus geſtatione comparabis, & in hac ipſa cum inuentione conceptus primos, cum iudicio formationem quæ deinceps eſt, cum enixu denique traditionem faciundam oppoſita via quàm conceptus fuit. *Simile.*

Inuentionem igitur partem ætiologiſticæ diſcurſionis aſſerimus, qua nondum inuenta concipimus primò, & quæ latuerant priùs, ſe produnt animis noſtris. *Inuentio.*

Traditio pars eſt ſimiliter iſtiuſmodi, qua quæ inuenta ſunt pridem in ordinem doctrinæ diſtribuimus, vt horum notitia & cæteris cõmunior fiat, quamobrem ſanè diſpoſitio & diſpoſitorum editio ſiue cum ſtilo per literas ſcriptas, ſiue cum elocutione fiat per viuam vocem, ſiue cum effectione certa per organi alterius adminiculum, veriſſimè cuncta vnius traditionis nomine continentur, in hoc duntaxat differentes, quod diſpoſitio magis adhuc in animo ſita videatur cum editionis ſtudio vel apparatu, editio verò magis magisque actus reſpiciat exteriores, deinceps inſtrumentorum varietate diſtinctos. *Traditio.*

Iudicium verò ceu facultatem mediam definimus vtrinque in extrema diffuſam, quæ nimirum velut inuentionis & traditionis arbitra veritatem explorat altiùs, & quicquid antea ſub notione minus determinata viſum fuit, ſola ad incudem reuocat, ſola ex conceptu rudiore fœtum perficiundum ſuſpicit, partumque coërcet intempeſtiuum donec maturuerit. *Iudicium.*

Apparet omnis ſic tripartita diſcurſio cum ante dictis tantum non cohærere, ſed & vniuerſim cum natura rei. Statim verò & illud occurrit, facultatem diffundi quamlibet in quamuis animi diſcurſionem, in alias tamen hanc robur magis exerere, in alias illam.

Inuentio primum, licet cauſſarum ſit atque effectuum explorandorum ratio, momentum tamen impetus ſui dexterius multò ab intellectu mutuatur, vnde & confuſiora confeſtim arripit quo ad nos, certiora quo ad naturam ipſam. Vt cùm concluſionis demonſtrandæ gratia propoſitio quæritur antecedens, & huius ergo medium vel argumentum. quòd ſi dicas te magis ordine *Inuentionis obtinet exegesis.*

diuerſo reperire ex præmiſſis ſcilicet cõcluſionem, id ego nequaquam inuentionem propriè dixero, ſed inuentionis potiùs conuerſionem, qua ſibi ipſi ex inuentis argumentis veritatem animus tradit: etſi enim ſit primùm propoſita demonſtranda concluſio, intercedat eius inuentionem quæſtio de præmiſſis & de medio, quibus iam abſolutis, ex vna inuentione procedente ab effectu ad cauſſas, inuẽtionem alteram inſtituimus à cauſſis ad effectum, quæ idcircò non tam propriè dicta inuentio eſt atque illa prior, eo quòd ex quæſitis antea tradi & confirmari videatur, etſi reuera perfectæ inuẽtionis meta in omnium trium plena conuerſione conſiſtat, vnde nec priùs inuenta res ſolidè recenſetur, niſi & tradita ſibi atque diſpoſita fuerit ordine diuerſo quàm reperitur, niſi demum & iudicandi facultas extenſione promiſcua, connexis extremis hiſce limitibus interceſſetit.

Traditionis ratio.

Traditio interea conuerſim à facultate magis imaginatrice dependens, ex hiſce diducitur melius, quæ ſenſui primo ſunt manifeſta, vel doctrinam ſtatuunt naturæ reſpectu confuſaneam, determinatam attamen penes progreſſum ex prioribus quo ad nos.

Iudicij.

Iudicium poſtremò vtriſque ſe medium inſerens defectus amborum ſupplet, & ſuccenturiata in rerum ancipiti fluctu cuncta determinat tum quo ad nos, tum quoad naturam, per inſtrumentorum plenos circuitus circa concluſionis vnius veritatem velut centrum.

1 *Relatio partium analogiſmi ad diſcurſum Methodicum.*

Rectè igitur ad inuentionem propius diſcurſio Metaphyſica referetur, ſiue ſit analytica ſiue ſynthetica: ad traditionem magis phyſica; ad iudicium denique omnis Logica conſideratio pertinebit. Quamuis & in diſcurſu phyſico ſit ſua inuentio ſuumque iudicium ſecundum partes vel potiùs extenſionis ſeriem. Similiter & in diſcurſu Logico ſua eſt inuentionis ſpecies, ſua diſpoſitio, in Metaphyſico ſuum particulare iudicium, particularis & diſponẽdi ratio.

2 *Eandem comparatio ad ſemicirculos.*

Nam ſi ſeorſim contempleris ſphæras diſcurſuum ſingulas, quatenus in ſemicirculos plures & horum fragmenta diſcedunt, Analyſis quidem magis ad Inuentionem referetur, ad Traditionem Syntheſis, ad Iudicium denique viarum omnium inter ſe mutuò plena conuerſio: quamuis hic rurſum inuentio, iudicium, diſpoſitio, totæ in ſeriem totam in partes ſingulas ſint exporrectæ.

3 *Tertia cõparatio ad ſemicirculorum ſegmenta minora.*

Quòd ſi pergas vlterius, & ſemicirculum vnumquemque in partes minores placet dirimere, quandoquidem omnis cõpoſitio & reſolutio vel ex vna cauſſarum ad ſuos effectus habitudine conſtat, vel harum pluribus concatenatis ad ſe inuicem, vbicunque iam videris connexionum ordines plures, illic ad Inuentionem, vt dixi, magis analyſis, ad Traditionem ſyntheſis attinebit. Rurſum ſi vna tantum habitudo ad examen prouocatur, hanc vel à poſteriori quo ad nos, vel à priori contemplamur: à priori quidem ſi effectum ex cauſſis perſcrutandum propoſuerimus, à poſteriori ſi ex effectu cauſſam. Nihil enim vel inueniendum, vel iudicandum, vel tradendum alteri cogitabis, quod non ſub cauſſæ lateat vel effectus ratione, In diſcurſu quidem intellectuali ſimpliciter ſecun-

Digitized by Google

ſecundum abditiores internæ dependẽtiæ gradus, In phyſicis ſecundum ſenſibilis dependentiæ modũ ſub ſignorum ſcilicet & ſignatorum nomine, In rebus rationis ſub cõceptu vniuerſali, penes quem optimè conſecutionẽ prodit in animis noſtris, ſub rei demonſtrandæ ſcilicet & medij ſiue argumenti demonſtratiui nomine: antecedentis enim effectus concluſio eſt, medium cauſſa eſt vtriuſque, materies quidem propoſitionis, illationis efficiens ratio penes habitudinem quam ad extrema ſubiectum ſcilicet & prædicatum obtinuerit. Nunc ſi de minutiſſimis diſcurſionum partibus ſermo fiat, dicam per ſingularum habitudinum ſpectacula virtutes ſingulas prorogari, inuentionis ſcilicet, traditionis, atque iudicij, ſed vnam priùs, alteram ſerius, languidius hic, viuidius alibi; rurſumque proceſſus animi ab effectu in cauſſas exporrecti inuentioni maiorem operam dare, vti à cauſſis ad effectum defluens ipſam magis traditionem reſpicit; iudicium verò cum pleniore circuitu in longitudinem, latitudinem, & altitudinem per vtrinque indefinita extrema vibratur. Ita profectò ſi totam reſpexeris diſcurſionis ſeriem, hæc antedicta tria ſub ætiologiſmi ſpecie ſecundum ſubſtantiam confunduntur æqualiter vniuerſim, ſed inæqualiter ſecundum potentiæ robur, velut animæ cuiuſdam facultates plurimæ ſub vnius rationalis habitu ſparſæ per omnem ſunt corporis regionem, iuxta tamen figurarum differentias habiles & rationi ſequaces, in ſubiectis organis hic quidem magis, illic minus in apertum proferuntur. *Ad partes minutiſſimas.*

1. 2. 3.

Inuentionis iudicij atque traditionis extẽſio prior atque vniuerſalior cæteris, in tres numerum plenos diſcurſuum orbes.

Eorundem extenſio ſecunda in orbes cuiuſque particulares alios, qui cum prioribus parem ferè obſeruãt aſcenſus, deſcenſus & circuitus analogiam.

Eorundem extenſio tertia per arcus orbium ſingulorum, & ſemicirculos, vſque ad illorum minimas portiones.

Nequaquam igitur inuentionis ratio traditionis atque iudicij in ſingulis differt ſecundum eſſentiam, ſed quantitatem potiùs actionis, ſecundum eiuſdem ſeriem atque præſtantiam, quæ diſcurrentis animi motum, partisq; ſubiectæ figuram, ſitum ac magnitudinem comitantur. *Concluſio.*

Hinc

Digitized by Google

Qui magis iudico, quàm inuentione cæteris præstent.

Hinc facilè & illa soluetur quæstio, num verum sit quod vulgò perhibent, ad inuétionem præstare alios magis, alios in dexteritate iudicij. Quod si enim ad sua duntaxat se quisque referat, eiusdem facultatis fuerit (doctrinæ ordinum scilicet) ignota reperire, reperta tradere & iudicare. Vt iter est vnicum ceu te Bruxellas Louanio conferas, seu Bruxellis Louanium versus. Sed rei mobilis respectus duntaxat mutuò opponuntur. Sin quenquam cum alijs conferas, hic propter animorum indolem oppido differétem, istunc profectò feliciùs dicam marte proprio quid inuenire, quàm iudicare de inuentis alienis, sed per accidens tantum, vel quia non lubeat forsitan, vel quod ad nouos conceptus à partis nuper, continuò transferatur. opus est autem in iudicio, vt præter ingenium adsit industria summa, in traditione, edendi dexteritas, memoria, sæpe & eloquentia. Dicam eodem respectu plerosque felicius iudicare, aut ab alijs inuenta tradere, quàm non reperta inuenire. His enim non adeò ingenij requiritur virtus, cum plus memoriæ labor & lectionis assiduitas conferát. quanquam sint alij, in quibus hæc omnia summa cum æquabilitate sunt temperata, sed rara dos nigroque simillima cygno. cùm paucos ego cognorim qui simul præstantes ingenio, simul ærumnas & laborem improbum tolerarent. Vidi exemplum in patre præclarum, vt partim illius obitus longè miserrimus ex vesicæ calculis per noctes insomnes plurimas vitamque sedentariam natis, partim in mathematicis monumenta insignia & Curationes Medicæ, quas etiam hactenus sui relicta apud posteros memoria, summa cum laude perfecit. Eiusdem animi & ille Magnus Erasmus fuit, & plerique alij, quorum ingenium ingenij fœtus, laborem laboris effectus, & vitæ fermè consimilis exitus docuerunt.

Solutio quæstionis supraposita de distributione dialectica in iudicium & inuentionem.

Sed ne digressi latiùs in infinitudinem excurramus, illud nunc vide quam probè fecerint, qui locos atque materiem dialectices inuentioni tantum, formam iudicio submiserũt: cum partes ætiologisticæ tres circa idem versentur, scientiam scilicet rei. Inuentio quidem quatenus adhuc est abdita, traditio quatenus reperta, iudicium quatenus eadem progressu regressuque continuo magis & instrumentorum conuersione firmantur. at cùm scientia totum sit quoddam Dianoiticum, ex suis non minus principijs constans; quàm omnis res naturalis ex forma atque materie, hæc autem seorsim singula & inueniri & tradi & iudicari postulent, erit & locorum inuentio & iudicium, erit similiter pro demonstrationis forma. Vt si construendi calcei Cerdo præcepta puero tradat, simul & semel docet cognoscere ac iudicare, num calceus sit probè constructus: Si doceat Medicus inuenire vulneribus idoneum medicamentum, eadem præcepta & iudicare docebunt, num glutinandis ijsdem, vel expurgandis sint accommodata. Ita vbique nullum absq; inuentione iudicium est, & absque iudicio nulla inuentio. Quin etsi Arist. vtriusque seorsim fecerit mentionem, non tamen in duas has partes organum suum ita distribuit, vt plurimi opinantur. Verùm, vt arbitror, ex Cicerone in Topicis ea primum fluxit opinio, qui partitiones oratorias ita ad dialecticam visus est accommodasse,

Digitized by Google

daſſe, vt qui ſecus ſtatuit, artis vtriuſque cardinem & fundamenta vulſiſſe dicatur.

His ego lubens ignoſco non tam odio quàm commiſeratione dignis. Verum ille fuſtigium vel capitalem potiùs animaduerſionem prometetur, qui cùm ſe animaduerſiones ſcribere in Ariſtotelem ſit profeſſus, vt peripateticorum Ariſtarchus, ipſe ſub operis ſui veſtibulum, neq; iudicij, neque inuentionis naturam probè perſpexerit, quare cum vno abſurdo poſito plurima conſequantur, hinc turpiter quoque in cæteris lapſus, contra præceptores optimos nihil non temerè (ne dicam inſulsè & pueriliter) effutiuit. *In animaduerſionem Ariſtotelis.*

Nam & Galenum reprehendit propter traditionem Methodi, cum quicquid bene de iſtac ſenſerit, ex illo omne id compilarit: ſimulatq; verò ab eiuſdem opinione diſcedit propter vel odij vel ambitionis incendium, ibi nec Galenum nec ſemetipſum intellexiſſe videatur. Quapropter ipſius dialectica cum maximè ſibi traditionis ordinem arrogarit, nihil obſeruat minus. Etenim cum à locis incipiat hic, ſiue artis analyſim, ſiue totius ſyntheſim ſpectes, ſemper eſt aliquid priùs: vtpote ſi à fine inceperis via reſolutaria, priùs de argumentatione & propoſitionibus, quàm de inuentione medij ſiue iudicio, eſt diſſerendum. ſin compoſitio magis arridet, nunquam de locis quicquam conſtitues probè, nec de diffinitione, diuiſione, niſi iſtorum fontes expedias priùs, qui decem illis generibus ſunt comprehenſi, nec furſus de cathegorijs decem niſi prædicabilia quinq; (vt vocant) ante didiceris. Verùm volu it à cauſſis docendi exordium facere. quæro, num de cauſſis vt ſunt rerum vel eſſentiæ tantum, vel vt ſunt in intellectu? ſi vt exiſtentiæ nudæ, præſtaſſet igitur phyſicen præmiſiſſe: ſi vt in intellectu, cur non ante cauſſas argumentationum & argumenta argumentorum principia tradidit? vt definitionis partes, genus & differentias, vt claſſes decem ex quibus hæc erui ſolet. Sed argumentis alijs atque efficacioribus paſſim hunc vir doctiſs. Carpentarius refutauit, vt nihil ſit nobis ad hunc laborem reliqui.

Sed nos relictis illis Centauris atque Gygantibus, qui nullo niſi contradictionis ſpiritu ſeſe ad ſcribendum vel diſputandum conferunt, in præceptores maximè & præter naturæ ius omne, paucis id concludamus, facultatem omnem Ætiologiſticen inuentione, iudicio & traditione velut præcipuis partibus contineri, quæ quamuis paululum differant reſpectu mobilis rei, totæ tamen toti negotio complicantur. Cauſſa iſtorum efficiens eſt eadem quæ totius Methodi, Mens humana ſcilicet, forma per ſyntheſim ſimiliter atque analyſim explicatur Materies eſt ipſa quæſtio, at finis ratio triplex trium partium nominibus circumſcripta.

Verùm totius ætiologiſmi idea reſpectu Methodi (vt primò iſtius libri capite demonſtraui) nunc formæ communis, nunc & materiæ & cauſſæ finalis imaginem repræſentat. Atqui cùm cauſſæ effectusque habitudo mutua, agentis & paſſi rationem ſemper includant cum proportione inter vtrumque *De Endeixi vel Indicatione.*

media patet Endeixim vel indicationem rursus ætiologismo esse velut intrinsecam formam, cùm istud sit instrumentum vniuersale, quo extremorum proportiones indicantur in medio: Agentis quidem artificialis ad passum in quæstione practica: Naturalis in quæstione simplici, rationalis extremi ad extremum, vt subiecti & prædicati in problematica quæstione. Sed de his fusiùs suo loco.

De cavssis methodi cyclognom. internis maxime vel omnium proximis, quarum coniugio scilicet ascensus omnis atque descensus animi & circularis discursio perficiatur.

Capvt ix.

Comparatio cõgressus animæ rationalis & quæstionis cum congressu maris & fœminæ.

Congressus animæ rationalis cum quæstione qualibet, vt rerũ scientiam in se concipiat, (quam Arist. teste omnes natura desyderant) vnius ferè est rationis, atque illa quæ maris cum fœmina ad generationem prolis: quæ rursus duorum quorumuis seminum ad productionẽ tertij siue vnius compositi, quod ex duobus principijs vtriusque imaginẽ & formam vnicam repræsentet. ita enim hoc appetitu exæstuant omnia, vt nihil se fœlix vel fortunatũ putet, nisi cum suæ speciei passiuo principio ad primi opificis instar patrizet ac sobolem creet, per quam vniri se velle videntur quæ mundi violentia fatorumq́ue sæua tyrannide sint separata.

Atqui sicut in rebus Naturæ ostendimus semina duo, & his commune alterum seminarium, quod rationem vtriusque in se contineat; cuius intuitu analogon agens & patiens ad actionem instigentur, fœtumq́; perficiãt in quo iam species sit actu distincta à speciebus cæteris, etsi vnitis antea in ratione exemplari. Sic & in Arte Cyclognomicæ, propter demonstrationis certitudinem velut pulcherrimam sobolem, cum quæstione occulta luctatur animus rationalis, dum rerum veritate & perfectione sui sine scientia potiatur, propter quam assistit proximè discursus istius Cyclognomicæ ratio, quæ partim naturam discurrentis animi circularem obseruat, partim & quæstionum ordines, rerumq́ue omnium quæ penes vlteriorem similitudinem raptumq́ue opificis primi in orbem perpetuum agitantur.

Infelix anima quæ absq; prole decedit.

Infelix igitur anima, teste Mercurio, quæ absque liberis hanc vitam mortalem deserit. cùm ea vel iuxta sententiam conditoris nostri ac saluatoris Christi cremanda sit ignibus, sarmentorum inutilium ritu, quæ nihil ad vitem præter onus infestum & fundi ariditatem maiorem contulerunt.

Doctrina in suspensam Epochen desinens infructuosa.

Ineptè quoq; apud Gellium Phauorinus illud censebat optumum esse doctrinæ genus, per quod librati semper in vtramuis partẽ ambiguè pendeamus. Talis enim demõstratio omnis in suspensam Epochen desinit nullo cum fructu penitus, sed perpetua quadam incertitudine, cuius respectu dialecticen multi

multi definiunt, vt de re qualibet probabiliter disputantem: cùm tamen non ille sit disputanti primarius scopus, sed omnes ad certam scientiam amore nobis ingenito contendamus. Quare cùm per Logicen hanc minimè consequamur, sed instrumenta duntaxat in quorum vsu dexterrimo & applicandi artificio, rei potissimum abstrusa veritas delitescit; hanc artem idcirco quæ methodum tractat vniuersalem ante scientias, artes & facultates cæteras veneremur, relictisq; infrugiferis pædagogis inter problemata, inter opinionum perpetuos fluctus ad demonstrationis arcem firmissimam ascendamus.

Methodum vera demonstrationis admonitrix esse primariam.

Cæterùm de Methodorum omnium ratione communi abundè dictum est primo libro, sed & sequente deinceps libro de principijs proximioribus dixi, quorum sit effectiuum vnicũ animus rationalis, passiuum sit ipsa finalis ratio, seu quæstionum genus sub habituum nomine comprehẽsum: sic vt de principijs internis Methodo vel omnium proximis Materia nimirum & forma vlterius disputare penè sit superuacuum. quandoquidem omnis istorum notio in analogia mentis humanæ ad suos fines est comprehensa. Sed nos vt constet totius operis forma, sitq; per distinctionem magis accuratam omnium intellectus planior, etsi de singulis penè ad Methodum necessarijs per tractatus promiscuè singulos obiter dicta & sæpius quodammodo sint repetita (quod in eiusmodi opere tam infinito, nullisque limitibus circumscripto vitari vix potest) hic tamen velut ex professo ante constitutionem Methodi, de forma eius atque materia seorsim & quàm breuissimè disseremus.

Ordinis ratio in sequentibus.

Sunt itaque vt exemplaris Methodi classes præcipuę tres, similiter & in animo discurrente in numero finium propter quos fit discursio; postremò & in discursionis specie siue ordinibus ipsis, omniq̃ue materie circa quam versatur: quæ si probè perspexerimus, trahemus in orbem vnicum totius negotij circuitus infinitos, quippe qui potiamur omnibus ad animi motum necessarijs pari inuicem proportione distributis, iam cognoscentes & speciem motus, & spatium vniuersum, terminum à quo, terminum ad quem, Naturam rei mobilis & eius quod mouet primò.

Collectio principiorum omnium Methodi in vniuersum.

Verùm de forma atq; materie Methodi nusquam ex professo (quod sciam) veteres tradiderunt, etsi dispersim ex illorum monumentis tractationis istius semina colligantur. Vnde in Timæo Naturæ ipsius miraculum Plato cognitiones animæ proportione quadam ad cognoscenda distinxit, iubet nos entia quidem per rationem iudicare & intellectum; per opinionem verò vel sensum ea quæ entia quidem non sunt, sed fiunt iugiter pereuntque, atque eorum quæ vere sunt, rationes ratas & inconiunctas existere; rerum verò in generatione fluentium imaginarias & contingentes. Sed idem distinguens paulò accuratiùs lib. de Repub. vult nos notitia simplici & vniformi intellectualia cuncta cognoscere, Notitia verò scientifica, specierum reuolutione & compositione sedula rationes rerum medias contemplari: tertia verò potentia sensuali, instabili, per instrumenta contingentia crasso modo, res

Principia Methodi ex Platonis & Zoroastri Philosophia, sed confusa penitus & balbutiens ingressa.

crassas atque sensibiles apprehendere. His sanè verbis cum forma discursionis circularis penè & ipsam materiem explanauit. Vnde sic colligit Proclus, tres sunt conuersionis species: vel enim descẽdit aliquid ad se deterius, dum à perfectione propria labitur: vel consurgit ad melius, propter vitæ vigorem: vel reflectitur ad seipsum, propter cognitionem sibi consortem, mediamq; speciem motionis. Descensus quidem est animæ alas abijcientis: Conuersio autem ad melius vel ad seipsum diuinę indoli melius quadrat. Sed hæc confuse veteribus intellecta neq; in certam relata ordinis symmetriam ad veri methodum manifestam vtilitatem non vsqueadeò demonstrarunt. Loquamur itaque paulo expressius, De Materie artis Cyclognomicæ.

Artis cuiusque materiem duplicem fecimus, quarum vna ad efficientis rationem nõnihil accedat (Logicis materies ex qua) sic enim & ætiologismus, & indicatio per καταχρεσιν quandam sub huius nominibus continetur: Altera Materies, circa quam quælibet occupatur, pro formæ potissimum restrictione variat, quæ sese artificum animis vnà cum subiecto repręsentat. Alioqui enim subiecti ratio indefinita per qualitatem istiusmodi ceu passionem propriam limitatur, vnde & materies multarum artium eadem est, quæ tamen ratione magis minusúe communis, ratione generis per formam particularem magis restrictæ inuicem sunt ὑπάλλυλαι (Latini Subalternatas non incompositè dicunt) vt corpus, subiectum Physicæ; sed corpus humanum, vt est morbo vel sanitati obnoxium, ad medicinam propius spectat: vt denique morbis externis impeti potest, ad medicinæ speciem seu partem chyrurgicam est referenda. Similiter instrumenta vestigandæ veritatis definitio, diuisio, demonstratio sunt subiecta Logicæ: particulatim tamen horum relatio & contextus mutuus intra doctrinæ methodicæ limites coërcetur. Nec prohibet demum rẽs easdem caussæ diuersæ rationem obtinere, si modis diuersis inuicem comparentur, vt semel atque iterum dixi. Nam & Indicatio interdum vt finis methodicæ discursionis apparet: interdum vt materies circa quam: sæpissimè verò vt caussa efficiens vel instrumentum.

Materies artium quomodo definiatur, atq; à communissimis paulatim ad particularia restringatur.

Artes subalternatæ inuicem.

Subiectum Logices.

Materiei

Digitized by Google

Materiei Cyclognomicæ ratio ita vniuersim rectè disponetur vt hanc speculemus vel

Considerationeseu respectiua

Simplicieſ ſideratione, vt ſút cuiq; germanæ differẽtiæ. Eſtque duplex

Quæſtio

Vniuerſalis

Particularis

Et harũ alia

Simplex, cuius indicatio eſt per analogiã cauſſę ad effectũ

An ſit
Quid ſit
Quotuplex
Quantum
Quale
Vbi
Quando

Hinc methodus communis inſtrumentaria vel ematica.

Compoſita

Ad orationem pertinens, cuius indicatio eſt in medio ſubiecti & prædicati.

Ad artem ſpectans, cuius indicatio eſt per medium agentis & paſſi.

Soluti o ſine reſpõſioquæſtioni correlatiua, huiꝰ gratia ſũt inſtrumenta & cõmunes relationes triplices

Reſolutio

Diuiſio

Definitio

Demonſtratio

Relationis

Phyſicæ.

Logicæ.

Metaphyſicæ.

Penes conſequẽtiam mutuã, ſic enim ordine ſe conſequuntur

Finis ſimplicioris conceptus.

Finis diſtributio in rationes rerum agendarum

Finis diſtributio in terminos tres, ſubiectum ſcilicet agens, paſſibile, & medium.

Terminorum reſolutio in formas duplices, materiales & formantes

Subiecti paſſibilis examẽ penes

Intellectum.
Senſum.
Rationem.

Indicatio & proportionum conſideratio.

Termini agentis inuentio per cauſſas.

Effectio per

Similia.
Contraria.

ORDO SYNTHETICVS

1 2 3 4 5 6 7 8

ORDO ANALYTICVS

8 7 6 5 4 3 2 1

Penes relationem ad cauſſas cæteras, idque vel

Simplici rerũ perſcrutatione, quę per analogiã ad effectũ cognoſcuntur

In propoſitionibus quę per analogiã extremorũ ſubiecti & prædicati in medio cognoſcũtur

In agibilibus rebus, quę per proportionẽ indicãtur ſubiecti actiui ad paſſiuũ in medio totius actionis

Vbique igitur conſtabunt

1. Extremum principſeu maſculi & actiuum

Cũ relatione inſtrumentorum cauſſali ad idem.

Cũ relatione logica circa idem.

Cũ relatione phyſica ſecundum idẽ.

2. Mediũ extremoni

Relatione ad idẽ.

Circa idem

Secundum idem

3. Extremũ pathetici ſiue ſubiectiſue melliũ atq; paſſibile

Ad idem relatione inſtrumentorum facta.

Circa idem.

Secundum idem.

Digitized by Google

Quæstio. Responsio.

Est itaque doctrinæ logicæ substrata materies Quæstio, & quæstioni iuxta relationis necessitudinem alligata Responsio. Quotcũque sunt igitur inquirendi formulæ, totidem & respondendi instrumenta concipies, quæ tamen omnia ad quaternarium Logici non temere reuinxerunt: Resolutionem, diuisionem, definitionem, demonstrationem. Nam licet in Quæstione quid est, interdum descriptione, interdum ætiologismo nuda vti consueuerimus; hæc tamen solutionum genera ad definitionis ambitum, vti & argumentationes cæteræ ad demonstrationis nomen, partitiones ad diuisionẽ, collectiones plurium in naturam vnius ad resolutionem seu compositionem reducũtur. Verum doctrinæ methodicæ vel discursionis circularis subiecta materies paulò ex instrumentorum particulari magis consideratione restricta est, de hisce videlicet tractans quatenus ex animorum relatione varia certam inter se speciem atque habitudinem sortiuntur. Alia enim est resolutionis diuisionisque ratio, definitionis insuper & demonstrationis, quando res ipsas simpliciter sub habitudine caussæ ad effectum, vel huius conuersim ad suum principium expedimus; alia cum sub signi, vel rei signandæ nomine; alia postremo cum sub nominibus entium rationis, generis inquam, speciei, ac differentiæ. Rursus alia cum discurrẽdi via totum quoddam metaphysicum representat, ex mutuæ solius dependentiæ ratione: alia cum totum integrale propter partes quantitate vel extensione continuas: alia postremò cùm totum vniuersale ex connexione naturæ, quam sub obscuris apicibus arguta ratio deprehendit. Relatio itaque huius artis subiecta materies nihil est aliud, quàm in instrumentorum dialectices compositione vel contextu ad inuicem discurrentis animi respectus ad rerum classes siue habitudines certas, pro facultatis ipsius contemplatricis portione temperatas. Sed cùm relatio imprimis differat eorum nomine quæ referuntur; idcirco hanc triplicem dari est necessarium, rerum scilicet vnam, instrumentorum alteram, & tertiam velut ex vtraque compositam. Quod si duntaxat rerum nuda relatio fiat, sic erunt instituendæ triplices classes vt prior sit metaphysica, ad idem respiciens scilicet penes habitudinem caussæ ad effectum, totius ad partes, vel conuersim. Secũda sit Physica secundũ idem, sub ratione signi atque signati, vbi tantum formę accidentalis habitudines ad subiecta comparãtur. Tertia sit rationalis. sub nominibus entium rationis, accidentium circa substantias, omnium verò circa ideas & exemplaria: sic sanè rerum prædicabilium & prædicamentorũ classes non tam ad discursionem physicam, quàm rationalem pertinebunt. Quod si instrumentorum nuda relatio fiat, sic etiam primarum classium trium coordinationes aliter paulo sunt erigendę, eritque Metaphysica propriè illa, quæ rerum relationem Metaphysicam respicit, sub habitudine scilicet caussæ ad effectus, vel partis ad totũ, vt cum instrumẽta diuersi generis inuicẽ cõparãtur, tunc enim alterum alteri est principij loco; vel cùm instrumentorum partes ad tota, vel hæc ad illas referuntur. Eorundem instrumentorum relatio Phy-

Respondendi logicos potissimum 4. modi.

Materies doctrinæ Methodicæ vel cyclognomicæ à dialectica materie in quo differat.

Obserua sedulo consyderationis differentiã atque adeo ipsius fabricæ circa instrumentorũ dialecticorum particulares methodos.

Eiusdem relationis altera expositio sub totius et partium ratione.

Hæc omnia expressiùs multo in doctrina canonum 9. ex ipsis particularibus percipi poterũt.

Quid sit relatio Relationum differentia prima.

1
2
3

¶ 1. De nuda rerum relatione.
1. Metaphysica
2. Physica.
3. Rationalis.

¶ 2. De instrumentorum nuda relatione.
1. Metaphysica

Digitized by Google

Physica tunc aptius esse dicerur,cùm magis communia minus communibus ceu rebus signatis signa conferuntur, id accidit relatis inuicem instrumentis diuersis eiusdem generis. At tum demum rationalis erit relatio, cùm totus non tantum instrumentorum ordo, sed & triplicium relationum series circa eandem conclusionem vertitur velut centrum,in quo tamen orbe perfectissimo relationes priores,vt dixi, ad intellectum magis & metaphysicen spectãt; posteriores ad Physicen atque imaginatricem facultatem; tum inter particularia instrumentorum discrimina definitio quidem & diuisio magis ad metaphysicen pertinet; ad Physicen resolutio atque descriptio; ad rationalem potentiam media demõstratio. Quin si pressius voles inter definitionum species alia magis rationalis apparet,alia ad intellectum,alia ad sensum inclinatior. sic ante demonstrationem perfectissimam obscura quædam analogismi formula potius ab intellectu deriuatur,epilogismus à phantasia,vtriusq; conuersio,examen,& amussis potissimum in ratione collocatur. Verùm etli ex nuda vel rerum vel instrumentorum relatione clariùs multo quàm supra fecimus,discursionum classes constitui possent, vt tamen vno syntagmate omnibus satisfiat, nec sit in artis vestibulo atque elementis ex tanta respectuum multiplicitate confusio;idcirco in hisce formádis eam relationis formulam meditati sumus, quæ rerum habitudines ad animi discurrentis extrema cõponens, instrumentorum tamen ordinem vniuersum ad mediæ rationis ambitum religaret, hæc enim sygygia ex antedicta duplici relatione componitur, & ad perfectionem catholicæ methodi multò quàm cæteræ compendiosius facit. Itaque in classibus metaphysicis magis spectanda est rerum relatio,similiter & in physicis, sic tamen vt metaphysica classis ad rationalẽ vel Physicá quandoq; descẽdat. Physicorũ impetus cõuersim supra naturá sæpe cõscendat: In classibus logicis magis instrumentorũ sectanda relatio est,sic tamen vt orbis illius vniuersus sit rationi proprius,eiusdem partes vel species nunc ad phantasiæ, nunc intellectus ditionẽ propius adaptentur;ascendit enim descenditq́ue ratio vt propter extremorũ cõfinia,propterq; potẽtiæ suæ volubilitatẽ facultatibus cętoris vnire sese & relationes earundem cõprehendere videatur: etenim extremis sese accõmodat,vti dixi,vel iuxta cõpositionis diuersam specié quæ in singulis instrumẽtis visitur,cũ alia definitio,diuisio,demõstratio,sint magis ab intellectu,alia magis à sensu: vel propter instrumentorum comparationem mutuam,sub nomine scilicet totius aut rationalis, aut Physici, aut metaphysici: vel denique propter priuatam cuiusque indolem siue naturam, dum instrumentorum alia ad sensum veriùs spectant,vt resolutio; alia ad intellectum vt diuisio, definitio;alia ad rationem vt demonstratio. Restat huius discursus triplicis; vnaque totius relationis in suas species distributæ tabulas subnectamus, si prius id alta mẽte recõdideris,has omnes circulorũ differẽtias conformes adeo primũ intuẽtibus apparere,vt nõ nisi iudicio summo iuxta rerũ cõsideratarũ modos ac rationes dirimi facile possit. Similitudo enim maxima est propter finẽ,cuius gratia sunt instituti. nam quia filo perpetuo ad caussæ intimæ vestiga-

2. *Physica.*

3. *Rationalis.*

Particulares relationum differentia in relatione Logica cum instrumentorum inuicem fit nuda relatione.

3. De Relationũ cõposita specie prout nimirũ & rerum simul & instrumentorũ habitudines inquirantur. Classes priores libri ad compositã relationis normã esse fabricatas,et harum ratio.

1. *Metaphysica*

2. *Physica.*

3. *Rationalis.*

Particularis relationũ consideratio in Rationali habitudine quam mixta est omnium relatio

Vbique obscura maiorum circulorum & segmentorũ ideã in interuallis incidere te. Vel donec ad partes minimas ordine professa mur. Hinc primũ cõpositionis fundamentũ in sphæra rationalis animæ,de qua pe-ſtea.

Digitized by Google

veſtigationē velut concentrici ſpectant, idcircò & ad idem omnes referri meritò iudicantur. Adde quod in ſingulis conuerſiones quoque ſint vniformes, ab effectu ſcilicet per cauſſas vſque ad principia, & hinc deinceps per cauſſas ad finem, effectusque ordine conſequentes. At diſcrimen in illo poſitum eſt, quòd diſcurſus Metaphyſicus, rerum quæ ſiſti iudicio debent, duntaxat velut theatrum collocat, entiumque ſeriem ſoli intellectui manifeſtam, ex illis ſcilicet petitam claſſibus vniuerſi, quæ nobis μεταφυσικῶν exēplarium loco iuxta diuinæ mentis analyſim ac ſyntheſim primo ſunt fabricata, nulla interim niſi momentanea quadam (de qua dicturi poſtea ſumus) phantaſmatōn ſpectorumque ſenſibilium adhibita ratione; vnde & huius aſcenſus deſcenſusque ſunt perobſcura veſtigia. Sunt inquam rerum conſecutiones abditiſſimæ, propter communionem duntaxat æquiuocam ſiue analogam, illis duntaxat per intellectum peruiæ, qui mentis acumen ſuprà naturæ ſortem à motu & mutabilitate, à rebus corporeis abſtrahunt. Res enim quę natura conſtant, ſenſibiles ſunt atque mutabiles; cum tamen ab immutabili fonte ſcaturiant, aliqua ex parte etiam (ſecundum formam ſcilicet) ſtatus, & vnitatis, & immortalitatis participes ſiunt. Hanc intellectus vi luminis intelligibilis in rebus hiſce cum deprehendit, etſi adhuc materiei ſordibus obrutam, aut multitudine (in quam mutatæ contractæque prolabuntur) eruit tamen ex alto naturæ ſinu, internaque vi in rebus ſenſibilibus concipit intelligibiles notiones; itaque & ordinem in illis efformat, & habitum ſcientia multo ſublimiorem, confuſum tamen atque indefinitum nobis, in quo ſemper reſideat quippiam, quod materiem ac mutabilitatem ſapit. Vt verò te paululum expedias hac nube corporea, quæ conſcendentē altiùs retrahit, alasque congenitas oneroſa mole deorſum vellit; habes ex ipſo Platone ſubſidium duplex, quorum prius affectuum malorum compoſitio eſt, luſtratio ſeu animorum purificatio: ſunt enim affectus vt multiformes vitæ, veſtesque variæ ſeſe implicantes, trahentesque ad compoſitionem lubricam: cùm nos oporteat hoc loco peruigiles, non tam ingenij exercitatione ſubniti, quàm firmitudine, quiete, vnitate, quæ ſola diuorum fides eſt, quæ nos à rebus infimis ad ſummum bonum atque principium paulatim euehit per infinitos ordines dæmonum, atque animarum inter medios gradus. Poſterius illud eſt quod conſuetudinis nomine ſubaudiuit: per hanc rurſus nil aliud volens, quàm filum perpetuum à naturali contemplatione ducens per Mathematicen ad Metaphyſicam. Hanc mentem Platonis lib. de Rep. ſexto ex ea allegoria facilè deprehendes, quam de ſpelunca protulit, conuerſisque captiuorum oculis à nocte ad lucernam, à lucerna ad Lunam, ab hac ad Solis æterni faciem cuncta clarius illuſtrantem. Mox enim repurgatis ſpectata rerum naturaliū turba ad contendendum altiùs impetum ſubminiſtrat. Verùm Matheſis imagine rerum penitus immobiliū res omnes à mobilitate ſeparat: quia tamē de rebus mobilibus docet, ipſa videlicet magnitudine; quia rurſus & imaginationem ſibi comitem ſemper aſciſcit, idcircò & mentē paulatim aſſuefaciēs ad prima principia ducit, quorū cognitio, vt dixi, ſtabilis

ſtabilis eſt, pura & inconcuſſa, ab omni ſenſu atque imaginatione recedens. In diſcurſu igitur Phyſico longè diuerſa ratio eſt; nam etſi res ad vnitatem referat, conſyderatio tamen ſit ſecundum idem maximè non tam ſub effectuũ vel cauſſarum quàm ſignorum & rerum ſignatarum appellatione, quibus debetur examen à ratione medica diſperſam congeriem trahens ad naturam communiorem, vel commune quodlibet rurſus in plura diducens, donec habitudinis ſecundum idem vniuerſam pene ſeriem perluſtrarit. Fit enim progreſſu tali, vt quæ ſit rei cuiuſque cauſſa vel effectus, propriùs facilè diſcernamus, à falſis hiſce ſimulachris quæ propter apparentem tantum modo conſequentiam, non tam cauſſæ ſunt vel effectus quàm tales apparent. Docet igitur diſcurſus hic phyſicus rerum conſecutionem, vt in natura prorſus exiſtit, à ſignis ſenſui manifeſtis originem trahẽs, quorum connexio tamen ſub claſſis categoricæ filo, ſub habitudine mutua ſpecierum ac generum, velut recepta portu communiore vincitur. In Rationali demum circulo conuerſio fit potiſſimum circa idem & ſi componat & relationes quæ ſunt ad idem cum his quæ ſecundum idem, ſic vt relationum plurium in hoc curriculo ſucceſſus alterni atque reciproci fiant rerumque examina & cauſſæ effectusque notiones occurrant, non tam vt ſunt in intellectu vel natura, quàm vti à ratione conceptæ cognitionis vtroque modo determinatæ ſunt effectrices.

- Relationū inque pēs quas doctrinæ methodicę materies à dialecticæ materie differtalia est
  - Simplex quæ per omnem extentionis suæ seriem ratione relationū est vniformis: & huius alia rursum est vel
    - Rerum dūtaxat
      - 1. Metaphysica cuius res adiecta dē principiū vel effectū eiū dē referuntur
        - Effectuum ad causas
          - Analytica relatio
          - Synthetica
        - Totius ad partes
      - 2. Rationalis cuius res referuntur circa idem
        - Accidentium circa subſtantias.
        - Accidentium subſtantiarumque circa ideas.
      - 3. Physica cum res secūdum idem cōmune cōtemplamur
        - Secundum idem genus commune, vel ſpeciem vel differentiam idque vniuoce, qui reſpectus ad rationalem nonnihil accedit.
        - Secundum idem æquiuocè ſubnominibus ſigni & ſignati
          - Subiectum commune.
          - Accidens commune.
    - Instrumentorum dūtaxat.
      - 1. Secundū ſpecificam differentiam in ſingulis, ſic referuntur
        - Ad intellectum magis
          - Diuiſio.
          - Definitio.
          - Analogiſmus ſubobſcurus.
        - Ad Rationem
          - Demonſtratio exacta.
          - Quibuſdam & definitio vera.
        - Ad imaginatricem vim
          - Epilogiſmus ſubobſcurus.
          - Reſolutio.
      - 2. Secundū mutuæ collationis differentiam
        - Metaphyſica relatione, cùm inſtrumenta conferūtur diuerſi generis inter ſe vel ſingula tota ad ſuas partes
          - Reſolutio
          - Diuiſio
          - Definitio
          - Demonſtratio
          - Tota inſtrumenta.
          - Partes
            - Maiores.
            - Minores.
            - Mediæ.
        - Rationali, cùm totus inſtrumentorum orbis circa ſuam concluſionem vertitur, vbi & inſtrumentorū omnes ſpecies, & relationes earundem ceu perfectiſſima ſphæra ſunt comprehenſæ

  - Compoſita quæ per vniuerſam ſuæ extenſionis ſeriem ex parte relationum non eſt vniformis, ſed & ex tęali & inſtrumentaria in formam vnius ſyntagmatis cōparatur.
    - Physica, cùm magis cōmunia inſtrumenta ad minus communia comparantur
      - Reſolutiones
      - Diuiſiones
      - Definitiones
      - Demōſtrationes
      - Communiſſimæ.
      - Minus communes.
      - Poſteriores.
    - 3. Secundū cōpoſitionis diuerſitatem; ſic enim in eodē genere inſtrumentorum alia ſunt.
      - Metaphyſica, ſub nominibus cauſſæ principiiſque vel effectus.
      - Rationalis, ſub nominibus entiū rationis
      - Phyſica, ſub nominibus ſigni & ſignati
        - Reſolutio.
        - Diuiſio.
        - Definitio
        - Demonſtratio.

Reſiduum

Digitized by Google

Reſiduum præcedentis tabulæ compoſitæ relationis ſpeciem in partes diſtribuens, ad cuius partitionis normam tria claſſium genera ſeu diſcurſionum carceres primos antè conſtituimus.

Cõpoſitę relationis ſyntagma diuiditur, vt totum in partes; quarum alia eſt rurſus

1.

Metaphyſica ab intellectu maximè pendens relatio eſt res in quæſtione propoſitas variè componens aut diuidens, ſub forma totius cauſſalis vel integralis ſub dependentiæ ſpecie, quæ nominibus totius & partis, vel cauſſæ & effectus, principij & principium continentis exprimitur.

Hæc magis rerum eſt quàm inſtrumẽtorum, etſi ſuas habeat diuiſionis, definitionis, ac reſolutionis ſpecies, & ex notionibus rudem duntaxat Analogiſmum.

Idque vel magis cum — Aſcenſu animorũ. — Reuolutione ſubobſcura animorum. — Deſcenſu animorũ.

2.

Logica ſeu Rationalis à ratione media deducitur, & res in quæſtione propoſitas determinatas partim quoad nos à ſenſu, partim quoad naturam ab intellectu in orbem inſtrumentarium rapit, variè cõparans extrema in medio ſub forma totius rationalis, ſub dependentiæ ſpecie, quæ nominibus principij demonſtratiui, & rei demonſtratæ exprimi poteſt. Vnde & ad inſtrumenta hęc pars totius relationis propiùs ſpectat.

Idque rurſus vel cum — Aſcẽſu magis animę rationalis — Circũuolutione perfecta. — Deſcẽſu animi.

3.

Phyſica à ſenſu & imaginatrice facultate diſcurſionis exordium trahens, prima quoad nos, & res componens diuidẽsque variè ſub forma totius Phyſici, id eſt, ſub nomine dependẽtiæ inter ſignũ, & rem ſignatam: vel totius vniuerſalis, id eſt, ſub nomine dependentiæ inter magis minuſue cõmune: & hæc quoque rerum eſt cum epilogiſmo ſæpiùs, deſcriptione quoque, diuiſione, & reſolutione ſibi maximè familiari.

Idque rurſus vel magis cũ — Aſcenſu animorũ. — Reuolutione ſubobſcura. — Deſcenſu eorũdem.

Sed vt illius ſphæræ circumuolutionem perfectiſſimam animo deprehẽdas, quam velut rationi propriam eius naturæ diximus, vt propter huius explicabilem vim ratio & facultates animi cæteras & actiones in ſuam ditionem pene tranſcribat; idcirco ad partes ſingulas primum diligenter incumbe.



1.

Hæc eſt quaſi prioris reuolutionis ſeries in longitudinem, qua inſtrumẽta diuerſi generis conferuntur inter ſe.



2.

Altera reuolutionis ſpecies duobus circulis velut in latitudinem permeat, comparás vel inſtrumẽta eiuſdẽ generis inter ſe, ſub magis minuſue communis ratione, vt in circulo A.B.C.D. in A.B.C. magis communiũ, in A.D.C. minus cõmunium; vel eiuſdem inſtrumenti totá extẽſionem ad partes, vel partium ad partes, vt in E.F. G. H. Quanquam hæc ipſa totius diſtributio in partes, relicta accidentaria inſtrumentorum comparatione poſſit in altitudinem prorogari, vt interni quidem circuli ſint minorum, externi partium maiorum.

3.

Tertia reuolutionis ratio velut in altitudinem progreſſa, circulis tribus inſtrumenta ſingula penes accidentalem modum inuicem confert.



A Longitudo
B Latitudo
C Altitudo
} totius diſcurſus rationalis.

4.

Hinc demum totius conuerſionis ſyntagma ſphæricum tale ſe penitus in animo repræſentat, cui ſi confuſaneos motus à phantaſia & intellectu velut extremas anſulas alligaris, nihil ſupererit illi, qui methodum volet abſoluere, quàm in quæſtione qualibet ſemper vt machinam ſimilem verſet primum pro extremo inferiore, deinde pro ſuperiore altero, tandẽ & pro medij examinanda natura, quæ indicationum amuſſis & parens exiſtit.

Sed hanc figuram orbi præcipuo rationalis animæ (quem libro tertio ſub Epicycli nomine deſcribemus) internam maximè & ad maiores tres orbes cæteros deferẽtem Eccentricum epicyclum, pari paſſim analogia diſtinctam antè depiximus, ne rerum illic dicendarum multitudine obruaris.

Quòd

Quod si eiusdem sphæræ circulos & segmenta triplicia interdum mutatis nominibus libeat insignire, nihil moror: ea enim est humani potestas ingenij, vt ad instar naturæ pantomorphæ contenta in continentium formam, superna in sedem infimorum, & hæc vicissim in illorum speciem sæpe transmutet. Exempli gratia, licebit in ante depicto schemate primò longitudinem facere ex comparatione instrumentorum secundum fabricæ accidẽtariam differentiam, quæ in singulis conspici potest, vt in A. quidem sit structura instrumentorum Metaphysica, sub nominibus caussæ vel effectus scilicet. In C. rationalis fabrica sub nominibus entium rationis, generis, speciei scilicet, aut differentiæ. In B. physica structura sub nominibus signi atque signati. Similiter in secundo schemate ipsius latitudinis loco statuam instrumentorum differentias secundum speciem: in A.B.C. resolutionem: in A. C. D. diuisionem: in E.F.G. definitionem: in E.H. G. demonstrationem. Postremò pro altitudine sphęræ constituam instrumentorũ sectionem in suas partes, maiorum quidem in A. minorum in C. mediocrium in B. vel differentias eorundem secundum magis minusúe commune; in A. quidem magis communium, minus minusúe communium in B. & C. Atqui sub hac collationis specie totius scilicet instrumenti cuiusque ad suas partes ea est comprehensa Methodus, quam Galenus definitoriam vocat, quamq́ue particulatim sibi proponit libro de arte parua, Medicinam priùs definiens salubrium scientiam, insalubrium & neutrorum, mox ipsas diffinitionis partes velut doctrinæ capita pulcherrimè prosequutus. Horum igitur circulorum nomina, officiorumq́ue vicissitudines quisque vt pro arbitrio temperet velim, modò sic res intelligat, vt in eiusdem symphoniæ numeros vtcunque consentiat. Quanquam verear ne malè sint feriatorum plurimi, qui nostra cùm legerint nec intellexerint satis, ante tamẽ quàm probè expenderint, iudicium temerè ferre non dubitent, dum ab inuentis veterum & peruulgatis vocibus ne latum culmen audẽt discedere: sed nos ijsdem horum paraphrasim cudimus, vt quibus (quæ statui paucis) concoctu sint duriora, vesci deinceps cibo præmanso queant, etsi febricitantium stomacho nihil vel sapiat rectè, nec verti in chylum syncerè lacteum possit. Equidem mearum rerum æstimatores non tam numerare quot sint (vt vulgo solent) quàm quales sint ipsi, æstimare consueui. Nunc etiam apud vel candidatos maximè illud in arte noua vitare non possum, quin dum breuis esse laborem, obscurus fiam. Sed vt ad rem reuertar, Siquis materiæ, quæ arti nostræ subijcitur, partitionem vniuersam à nobis hactenus exaratam sic volet depingere, vt cum caussarum finalium, formarum, atque efficientium interpunctis vbique ternarij ter triplicis ratione consentiat; ita præsentem imaginem explicabit, vt A.B.C. sit longitudinis instar instrumentarij contextus differentiam signans, quæ ex structuræ varietate cõsurgit. Vnde in A. contextus erit instrumentorũ quadrupliciũ, Metaphysicus ex relatione ad idem sub notione scilicet caussæ vel effectus, quam Græcè fortassis rectiùs διανοητικὴν voces, etsi ad res rationis hoc nomine sæpius abutamur. In B. instrumentorum fabrica statuetur, iuxta

Ordinis permutandi infinita ratio vt tamẽ in eandem symmetriam vniuersa redigantur.

Exemplum.

Ratio variandi ordinis in schematibus ante constitutis.

Reductio diuisionis quæ circa materiem Methodi facta est ad Ternionis symmetriam cum cæteris Methodi caussis.

Longitudo.

viam rationalem ſub nominibus entium rationis verè διαλογιστικὴ. In C. iuxta Phyſicam relationem atque imaginatricis potentiæ raptum σημειωτικὴ. Particulatim rurſus in A. ſit latitudo D. E. F. Reſolutionis quidem & diuiſionis in D. quas quia dunta xat oppoſiti motus ratione diſſideant, ijſdem quoque carceribus alligaui, ſequitur in eadem latitudinis ſcala pro definitionibus F. pro demonſtrationibus E.

Latitudo.



Aditudo.

Ordinis altera variatio.

Subiectū triplex in omni arte atque ſcientia.

Famulum.

Poſtremò ad ſoliditatis ſupplementū altitudo G.H.I. à dextris comparationem inſtrumẽtariam habeat penes magis minuſue commune. I. K. L. à ſiniſtris penes maiorum cuiuſque partium minorum vel mediocrium rationem. Idem de particularibus B. & C. ſphęrarum circulis eſto iudicium. Sed vide quàm variè ludat intellectus humanus; poſſis enim & ex antè pictorum ſchemate quarto ter repetito pro ſubiecti examinandi differentia triplici talem facere ſygygiam, vt A. quidem pro ſubiecto pathetico vel actionis ſubſterniculo ignobiliore concipias C. pro extremorum altero quod nos velut princeps ſiue præcipuum, Græci ἀρχηγὸν rectiùs appellabunt: D. verò examen medij inter extrema deſignet, in hoc enim maximè totius naturæ nodus apparet: hinc primum defluet orbis deferens in huius ſinu omnis ſcientiæ vis, actionum quarumlibet clauus, & proportionum indicatio deliteſcit. Cùm enim omnis aut de rei natura ſimplicis, aut de propoſitionis veritate aut agendorum neceſſitudine ſit inſtituta quæſtio; vniuerſim quoque illius ſoluendæ ratio in analogia certa, in habitudine ſiue proportione extremorū ad inuicem collocatur. Eſt igitur proportio quoddam velut inter extrema medium ceu nexus vtriuſque in quæſtione quidem rei ſimplicis ſpectanda inter principium vel cauſſam, tanquam extremorum alterum principale ſcilicet, & ipſum effectum velut extremum patheticum minuſq; principale. Similiter in quæſtione problematica ſpectetur eadem analogia inter prædicatum tanquā extremorum alterum princeps videlicet, & ſubiectum loco extremi ignobilioris. Poſtremò in rerum agendarum ratione ſubiectum patheticum eſt id quod actionē agentis in ſeſe ſit recepturum, vt in medicina corpus humanum ſubiectum vel extremum actiuum maſculum & principale, cuius ſubſidio vt inſtrumento actionē edere meditamur, vt in arte noſtra cibus, potus, medicamina. Extremorum mediū eſt proportio agentis ad patiens, quæ in cauſſarum ſimilitudine vel contrarietate vertitur, non ſecundum ſubſtantiam modò, ſed & ſecundum accidens, vt magnitudinem, numerum, ordinem, locum, tempus, qualitatem, atque figuram. Fit autem vt quemadmodum compoſitiora quæque vim ſimplicium in ſe contineant inſtar elementorū, ita ſanè omnis de rerum agēdarum ratione ſuſcepta quæſtio

Obſerua præcipuū ferme totius Methodi ſeminarium.

Proportio quid.

1 Proportio extremorum in quæſtione ſimplicißima.

2 In quæſtione problematica.

3 In quæſtione practica.

In quibus verſatur rerum proportio.

Quo ordine quæſtiones ſingulæ atque proportiones ſe mutuo comprehendant.

Digitized by Google

quæstio Problematicam requirat, & hæc illam quæ de re quauis primum simpliciter est proponenda. At de consideratione instrumentorum penes consequétiam mutuam, in arte Cyclognomica plura dicemus, vbi à caussis digressi ad constitutionem illius peruenerimus: quanquam & in hoc contextu instrumentorum ordo sit varius, varia diductio, contractio, & appellatio. Videntur enim non tunc ipsius tam methodi instrumenta quàm partes potius integrales, quæ scilicet coagmentatæ inuicem in vnius corporis diagramma, rationem catholicæ methodi (qualis in artium indagatione sola conspicitur) prorsus absoluet.

De artis cyclognomicæ forma.

Nvnc de materie satis; cui sicut in naturalibus vsuuenit, adeò implicata est formæ ratio, vt quæ natura nexu perpetuo sociarit, nobis ratione secernere longè sit difficillimum. Doctrinæ igitur Cyclognomicæ formam intimam contemplamur facillimè in ipso materiæ sinu, per syndromen scilicet qualitatum siue formarum accidentalium, quibus id loco muneris natura est delegatum, vt sint velut animæ carpenta in corpus, aut vincula materiei rudis cum gubernatrice forma. Quare si de methodi forma, suprà quàm hactenus traditum est, loqui multò accuratiùs voles; non dubium reor, quin illa sit aliud nihil, quàm ordo cunctorum cognoscibilium præses, seu res videre præsentes deceat, seu præteritorum meminisse, seu demum de impendentibus augurari. Vbique enim, vt sensit Plotinus, ordo omnis intelligentiæ & signum, & dux, & prora & puppis existit. Ac velut omnes particulatim ordines vniuersi vel partium humani corporis ad vnius symphoniam reducuntur. Vtque in Musica plurimi concordes toni ad vnius concentus harmoniam; ita quidem cuique instrumento suus est proprius ordo, quos tamen pro artis totius œconomia si quis contemperet agminatim, absoluet vnius sphæræ circulos omnes, discursuque velut in longitudinem, latitudinem, & altitudinem facto, perfectam tribus dimensionibus methodum Cyclognomicam obtinebit, quæ totius coniugij dialectices cum arte aut facultate qualibet ceu medium sit quoddam futurum vinculum & cæstus indissolubilis, quæque ambitu suo instar prodromæ aut progymnastæ quarumcunque disciplinarum semina & particulares methodos cæteras pulcherrimè comprehendat. O verè immensam huius doctrinæ potentiam & vim inexplicabilem, verè diuinum inuentum Hippocratis atque Platonis, dignum me hercule, cui cedant tot operosæ moles atque Colossi Barbarici, vt inter maiora mundi miracula referatur! Ex antè dictis illorum error se facilè prodit, qui vel instrumenta tantum pro methodis numerant, cùm totius sint methodi partes potius atque subsidia sibimet ipsis constituendis particulares methodos exactura, vel sic à methodis ordinum rationem separant, vt methodi quidem differentias 4. ordinum verò duntaxat tres esse constituant, quasi non constitutis rebus formarum passim constituentium numerus par sit, vel (si in-

Forma consyderatio à materie actu est separabilis.

Syndrome formarum accidentalium.

Quæ sit Methodi forma.

Ordinis encomium.

Particulares ordines omnes in vniuersalis vnius symphoniam cõspirare.

Methodi Cyclognomici breuissima cõprehensio.

Plura in laudem doctrinæ quæ circa tertiũ ordinem occupatur.

Recentiorum error.

Digitized by Google

(ſi infinitam iſtarum ſeriem ad prima duntaxat genera vocent) non potiùs duo quàm plura ſint ſtatuẽda, cùm omnes omnium ordinum ſpecies tandem ſub ſyntheſis atque analyſis ratione comprehendantur. Sed cùm ex Galeno & veterum monumentis hæc primum confuſio ſcaturierit (vt interim pace tantorum artificũ loquar) quid illos eò compulerit, paucis expediam. Omnis viarũ ſectio tribus abſoluitur, medio videlicet ſpatio & duobus extremis, hinc ſanè & ordinis ſtatim tres voluerunt differẽtias primas, vnam à ſummo verſus inferna, 2. huic oppoſitam ab infimis verſus ſuprema, poſtremò tertiam à medio verſus extremorum alterum. At quàm ſit horum lubrica ratio, ex his quæ ſequuntur facilè deprehendes. Imprimis ante definitionem quamlibet vitanda maximè eſt nominum confuſio: ineptè etenim plurimi viarum nomina & docendi diſcendiúe inſtabiles modos cum ordinum appellatione commiſcẽt. Nam forma diſcurſionis Cyclognomicæ ſiue methodicæ in eſſentialem primo & accidentariam eſt dirimenda, quarũ hanc inſtabilem nunc pro diſcentis ingenio, nunc docentis arbitrio, nunc rerum quæ docentur natura, variè, ſed accidentaliter vbique temperamus; eſtq; hic non tam ordo quàm tradendi modus interdum ſimplex, interdum quoque compoſitus: illam verò eſſentialem alteram interiore quodam principio ductam, (Naturæ ſolius ſcilicet mouentis vel mobilis imitatione propoſita) in viam deinceps & ordinem apoſitè diſtribuimus: & quanquam vtriuſque ſit ſumma cognatio, ſic tamen ab ordine via diſtinguitur, vt Via ſit ſpatium obiectum rei mobili (vt diſcurrentis animo in arte noſtra) medio & duobus extremis comprehenſum. Vnde & tria ad ipſum ſunt requiſita, quorum reſpectu prodeunt ſanè cuiuſque motus vel ordinis differentiæ tres. Sed ordinem ego non adeò cum viæ ratione confundam, quin illi reſpectus quidá amplius inoleuerit rei mobilis ad viam per quam moueatur. Vnde & inter viam immobilem naturamque mobilem ordoceu medium potius eſt collocandum, ac ſi perpetuo orbes eiuſmodi tres ſic inuicem copulẽtur, vt rei mobilis naturam contineat exterior ambitus, interior alter immobilis viæ: medius verò ipſorum ordini deſtinetur, qui & viarum & rei mobilis analogiam in ſe tacitè comprehendant. Vnde & via velut indefinitius quiddam exiſtit, velut ordinis character ſubobſcurus ratione extremorum in diſcurſus linea poſitorũ, vtpote ratione termini à quo, ad quem, & medij: ordo autẽ determinatior forma eſt non viam ſolummodo ſpectans

Galeni ratio quæ ordinum diſtributionem à Methodo diuiſione fecerunt.

Viarum omnis ſectio tribus abſoluitur.

Ordo & Via neceſſariò diſtinguuntur.

Diuiſio prima tria forma Methodica. Accidentaria forma.

Eſſentialis forma eiusque ſubdiuiſio in viam & ordinem.

Viarum & ordinum cognatio atque diſtinctio. Via quid.

Ordo.

Tres igitur orbes præcipui concipi debent, qui circa ſe inuicẽ conuertantur, Rei mobilis, Ordinis, ac Viæ.

Exterior orbis 1. Interior orbis 3. Medius 2.

Singulorum tractatus collatio mutua.

Digitized by Google

ſpectans, ſed & motus in via & collationem rei mobilis cum terminis motus, eſtque via vt ſubſterniculum motus rude indeterminatum, ordo vt directorium ſeu ſtatua mercurialis in via poſita. Eſt igitur & inter ordinum differentias quæ viarum rationi minimè competit; non enim via compoſita dicitur ex contrarijs, ſed motionum ordines interdum oppoſiti complicantur: vt dum quis ſimul analyticè, ſimul ſyntheticè fertur, qualis eſt planetarum latio, dum ſimul ſecundum ſignorum ſucceſſionem contraque verſantur. Rurſus in ordinum diuiſione quendam à medio verſus extrema ſtatuere prorſus eſt ſuperuacuum, cùm ſemper vel ab infernis ſurſum, vel à ſuperioribus deorſum agitemur. Adde quod circularis viæ vix vlla veteribus facta ſit mentio, etſi interim in ſuis diſcurſibus eiuſmodi motionis ſpeciem neglexiſſe minimè videantur. Nunc vt determinatioris formæ, ſiue ordinis ratio plenius innoteſcat, quando & eſſentialis methodi diſtinctio huius ſolius numine velut anima gubernetur. Ordo eſt formalis ratio habitudinis eſſentialis vnius ad alterum, vnde & parens omnis cognitionis, atque memoriæ, omnis inuentionis atque iudicij, in rebus quoque naturæ vniuerſis primarium vinculum connexa diſtinguens, diſperſa copulans, in veritate, eſſentia, bonitate, & pulchritudine. Nam per ordinem ſunt res in mente diuina, per eundem genitæ ab eodem in ſympathia mutua colligantur, aluntur, permanent, atque æternitatis demum compotes fiunt. Ordo eſt qui diſtinguit ſuprema ab infimis, corporea ab incorporeis, dextra à ſiniſtris, qui mundum diſpeſcit in contenta, continentia, & horum media; qui partem ſenſibilem vniuerſi in cælum, ætherem, elementa, inſenſibilem alteram in Deum, angelos, animam rationalem. Sed feror extra compendij metas, atque id magis propoſito dicere neceſſarium eſt, quod ordinum alius ſit ſimplex, alius compoſitus. diuiditur ſimplex in rectum ac circularem, & ſic deinceps, vti ex ſubiecta tabula liquet.

Ratio cur Methodi diuiſio cũ ordinũ ſectione conſentias cõtra Gal. & neotericos.

1

2

3

Ordinis cõſideratio ſecundum inſtituti ſuſceptam rationem.

Ordinis definitio.

Ordinis poteſtas.

Ordinis diuiſio.

Digitized by Google



Ordo

Digitized by Google

Ordo compositus esse dicetur, si quis in toto opere sequatur ordinem Analyticum: in partibus verò Syntheticum; vel è contrario, vt sæpe factitarunt veteres, præsertim Galenus & Aristoteles. Ordo circularis exiſtit quoties totum quis analyseos orbem atque syntheseos sua per vestigia circumducit: atqui harum conuersionum vna est longè perfectissima in artium cõstitutione scilicet, cùm quis propositũ finem resoluit in media atque principia, & in singulorum rursus examine ducit particulatim circulos plures ex analysi in synthesim, & tandem à simplicium perlustrata natura ad problematicam rursus regreditur, donec scientiæ totius constitutionem prorsus absoluat. Orbes minores istius ambitu compediti in singulis discursuum generibus primùm apparent, mox etiam in instrumentis ipsis variè ad inuicem comparatis; sed harum conuersionum exempla differam in alium locum. Nunc illud rectorum ordinum & circularium interest, quòd illi quidem notitiam præsent determinatam duntaxat vnico modo, Syntheticus quidem quo ad naturam, Analyticus quo ad nos: at circularis scientiam plenè determinat tum quo ad nos, tum quo ad naturam. Nunc & idipsum ita accipias velim, vt determinatæ notitiæ sint plurimi gradus, quando & circulares ordines plures, maioris propemodum minorisque ratione differentes antè constitui. Cùm enim discursuum vnusquisque in longit. latit. & altit. orbes particulatim habeat suos, sitque illa discursio in altitudinem cæteris multò perfectior; idcirco & in hac ipsa quotquot sunt ordines recti, rectis sunt cæteris absolutiores, qui ad totius discursus longitudinem vel latitudinem adhibentur; proinde & circularis in altitudinem commeans circulari est illa perfectior quæ sub alterius dimensionis curriculo prorogatur; his omnibus multò perfectior demum quæ sphæræ totius peripheriam orbemque catholicæ methodi præ se fert. Sed postquam semel de notioribus dici cœptum est, in quibus totius fermè difficultatis cardo versatur, ordinem syntheticum dixi à prioribus seu notioribus naturæ ad posteriora quo ad nos: cui oppoſita est prorsus analysis. Iam priora nobis sunt quæ ad inuentionem magis accommoda iudicantur: posteriora quæ ad traditionem: naturæ miscellaneæ quæ ad iudicium propius spectant. Rursus Inuentioni magis sunt obuia, & proinde notiora nobis, quæcunque confusam protinus sui cognitionem ingerunt, quę magis de Entis natura participant, (vt tritis voculis vtar) postremò quæcunq; effectus potius quàm causſæ rationem obtinent. Vti & naturæ definitiora, quæ minus entitatis includunt, & causſæ veriùs indolem monstrant: causſam voco dupliciter, essentiæ quidem in discursione metaphysica, cognitionis in Rationali, rerum simul & cognitionis in Physica. Non enim ita confusiora definies, vt hodie passim doctrinæ Aristotelicæ interpretes faciunt, nulla profectò distinctione facta penes cõsecutionis varietatem quæ vel in rebus sit ipsis, vel in discurrentis animo designetur. vnde & in errorum labyrinthos infinitos sese præcipitant. Id enim verissimum est causſam omnem notiorem esse penes naturam, sed nobis indefinitè: effectũ contrà notiorem nobis sed notione confusa minusq; definitè quo ad naturam. Sed alia

Ordinis compositi ratio.

Ordo circularis.

Ordo circularis quemplex.

Maiores circuli.

Minores.

Recti & Circulares ordines in quo præcipuè differant.

Determinatæ notitiæ plurimi gradus.

De notioris atque ignotioris ratione tractatus lege vtilissimus.

Priora nobis.

Posteriora.

Inuentioni magis obuia.

Entis natura magis participes.

Effectus & causſa notiores.

Causſalis habitudo duplex.

1 *In esse rerũ.*

2 *In cognitione.*

3 *In vtroque.*

Confusiora aliter definiri quam hodie in dialecticis scholis.

Causſa quomodo notior nobis atque natura.

Effectus quomodo notior vel natura vel quo ad nos.

Digitized by Google

Nota diſtinctionem cauſſalis conſiderationis in re qualibet. Et inde diſcurſionis ſpeciē ſimul Synthetica ſæpe ſimul & analyticam dici ſimul à confuſis quo ad nos ſimulque quoque ad naturam ſed diuerſa ratione.

eſt cauſſæ ratio cum de cognitionis cauſſis atque ſcientiæ loquimur; alia eum de cauſſis eſſentiæ, vt ſunt in natura rerum. Neque abſurdum puto eandem diſcurſionis ſpeciem à magis communi ſcilicet ad minus commune ſyntheticam ſimul & Analyticam dici, ſimul à confuſis quò ad nos, quoque ad naturam: quando & vniuerſalis naturæ vel particularis cōſideratio partim ad phyſicam, partim ad Logicen facultatem ambiguè referatur. Nam vt earum rationes exiſtunt in animis noſtris, confuſius eſt genus ſua ſpecie, minusque determinatum: idcirco & notiùs nobis, habetque effectus imaginem, eò quod ratio eiuſdem ex ſpecierum concentu velut principio deriuetur; vnde & tunc locum effectus præ ſe fert. Sin genus conſideres Phyſicè, non vt genus eſt, ſed naturam vniuerſalem exiſtentem in mente opificis; vt materiem indefinitam penitus, vel definitam imperfectè formarum pugnantium induuijs æquè promiſcuam, tum ſanè penes cōſecutionem æſtimabitur; non tam quæ in diſcurrentis animos cadit, quam quæ in naturæ efficientia, eritque genus vt cauſſa, ſpecies inſtar effectus aut compoſiti naturalis. Vnde & genus erit ignotius quo ad nos, & ordo à genere ad ſpeciem inter ſyntheticos non immeritò referetur. Proinde & particularem ordinis diſtributionem ſic deinceps aptiùs explicabis.

Idem effectus & cauſſa induere rationem.

Particularis ordinum ſub diuiſio quo ad nos ipſius ignotique rationem.

Ordo


Ordo
Simplex
Cõpositus
Rectus notitiam præstans duntaxat determinatam altero modo
Analyticus a notioribus quo ad nos, Inuentioni habilior à magis confusis scilicet, & ab effectu magis ad causam
In discursione Metaphysica & reali
Ab effectu ad causam.
A toto ad partes.
In discursione Logica vbi causæ effectusq; ratio magis spectatur penes consequētiā quę in animo discurrentis apparet.
Ab vniuersalibus ad singula vt:
A genere ad speciem.
A magis communi differentia ad minus cõmunem.
A conclusione ad principia, vel axiomata.
A posteriore demonstratione ad priorem.
In discursione Physicæ vbi & causæ ratio spectatur penes consecutionem magis in rerum natura; nõnihil interim vt & in animis nostris
A particularibus ad vniuersalia
A specie ad genus.
A minus communi ad magis commune.
A subiectis rebusq; signatis ad
Formas essentiales.
Formas proprias.
Formas accidētarias earumq; syndromen.
A formis occultioribus ad euidētiores magisq; sensibiles
A differentia ad propium.
A proprietate ad accidens.
Synthetic us a notioribus quo ad naturā Traditioni cõmodior à minus confusis ad magis confusa, à causis rei vel cognitionis ad effectum
Huius vbique oppositā ratio est sed simili partitioni præcedenti in
Discursione Metaphys.
Discursione Logica
Discursione Physica
Circularis notitiā præstans determinatā vtroque modo, horum circulorū
Vnus est absolutus totius discursionis cyclognomicę exactæ sphæræ ideam repræsentans, vt in artium constitutione.
Reliqui velut sphæraru duntaxat circuli aut particulares orbes sunt vel
Maiores vt in dimensionum triplicium vnaquaq;
Metaphysicus circulus in longitudinem
Physicus in latitudinem
Rationalis in altitudinem.
Ex analysi in synthesim.
Minores in singulis rursum partibus quarumcũque discursionum
Resolutorius & cõpositorius simplex, ex resol. scilicet & diuisione
Definitorius
Ex synthesi in analysim.
Demõstrativus circulus, vt conuersio ex epilogismo ad analogismum, vel è contra.

Quo-

Circuli maiores quopacto minores ordine paulatim in se comprehendant.
1 Plenissimus Circulus.
2 Minores.
3 Minimi.

Quopacto maiores circuli minores in se contineant, facilè tum ex præcedenti tabula, tum præsenti schemate comprehendes, sit enim perfectus circulus A. cuius medietas vna ad synthesim, altera ad analysim referatur. Deinceps minores circuli tres B. C. D. quorum B. quidem discursus in longitudinem, C. in latitudinem, D. in altitudinem repræsentet, in singulis demum media portio sit analytica, media synthetica. In singulis tandem occurrent tres alij pro particularibus instrumentorum circulis: E. quidem pro diuisione & resolutione Metaphysica: F. pro definitionum circulo penes eandem habitudinem ducto: G. pro Metaphysicæ demonstrationis peripheria, vbique verò alter hemycyclus sit analyticus, alter synthecticus. Idem pari proportione cõstitues de instrumẽtorum circulis H. I. K. penes habitudinem physicam in circulo C. & de ijsdem penes relationem logicam L. M. N. in circulo D. quanquam & particulares orbes quamplurimi præter enumeratos hactenus possint recenseri, pro discurrentis animi compositione & diuisione varia. Quod ad partitionem alteram formæ Cyclognomicæ spectat penes vel consequentiam mutuam, vel relationem ad causas cæteras, nihil hic scrupuli subest: vt enim formæ toti materies tota substernitur, & illa tota toti æqualiter permiscetur; ita & partium vices in forma minus sensibiles ex ea materiali atque sensibili distributione deduces, ipso duntaxat nomine paulisper immutato, vt si pro instrumentis ipsis instrumentorum viæ vel ordines referantur, vt si in figura nuper depicta, quæ materiem penes ternarij symmetriam caussis finalibus atque effectricibus adaptabat, sit longitudo A. B. C. atque A. quidem discursionis metaphysicæ ordinem monstret, C. Physicæ, B. medium rationalis, pari analogia particularis ordinis distributionem prosequens in latitudinem D. E. F. pro instrumentorum differentijs, & demum in altitudinem G. H. I. pro comparatione instrumentaria, penes magis minusue commune, K. L. M. penes maiorum minorumue partium rationem. Habes demum constituendæ Methodi Catholicæ siue artis Cyclognomicæ caussas 4. quarum consensus fermè eiusmodi est, vt potestatem vnius in natura alterius facilè contemplemur; vtque vna non probè percepta non secus quàm chordæ cuiusque disphonia obrepente (cæteris vel maximè concinentibus) pereat quamprimum totius Musicæ tenor. Atqui hunc concentum ineffa-



Hæc sunt in Methodo supra quam maxime considerata quidem, sed tamen non explicata, quæ ad instrumenta præsupponi oportuit, deinceps autem, suo ordine, explicabuntur, & Epyrysis.

Circuli dimidia portio ad synthesim, medietas ad analysim spectat.

Forma Methodica altera partitio ad symmetriam ternarij spectans cum caussis cæteris.

Longitudo sectionis.

Latitudo.
Altitudo.

Caput 5. de cõsensu caussarum quæ hactenus ad constitutionẽ Methodi sunt assumptæ.

Digitized by Google

ineffabilem pulchrè quidem ex multis ordinibus ipsa opifex rerum Natura temperans, pulchri totius momentum præcipuum in ijsdem collocauit. Et nos proinde tum corpus, tum animam musicam nacti, Naturæ architectricis simiæ sumus, secuti quidem huius vestigia quantum sors tulit, sed ne vmbræ quidem partem millesimam consecuti. Sed satis sit nobis perculsis desiderio pulchri, vt quod non potuerimus publico Bono, voluisse tamen quiuis intelligat. Sunt enim, sunt fœcunda ætatis huius ingenia, qui vbi hæc nostra artis tam claræ tantùm primordia prægustarint, eiusdem quoque fructum plenius discant, accensique laudis cupidine studioúe communis Boni rudem hanc penitus & impolitam machinam vel denuò struant, vel accuratiùs elaborent. Nunc vt caussarum omnium consensum obiter vna in tabella compendiò lustres, isthuc respice.

Pulchritudo vniuersi in ordinũ partiũmq; ordinatarũ consensu maxime reperitur.

Natura in rebus omnibus, scientiis & actionibus tanquam dux & imago certissima.

CON-

Digitized by Google

CONCENTVS CAVSSARVM OMNIVM AD CONSTITVTIONEM ARTIS CYCLOGNOMICAE CONCVRRENTIVM.

		SVPREMA QVAE ad ascensum trahant	MEDIA QVAE AD circuitum ducant	INFIMA QVAE AD descensus animos vellunt
		ESSENTIA	AMOR	PVLCHRITVDO
		INTELLECTVS	RATIO	PHANTASIA
EFFICIENS DISCVRSI	Primariæ	Lux & formarum origo	Spiritus nodus & vinculum vniuersi	Caligo & materies
		Virtus cælestis	Aetherea vis	elementaris vis
ONIS METHODICAE CAVSSA	sequestres	Notiones cõceptusq; primi Classes metaphys.	Discursuum prima seminaria, omnisque cõpositionis & diuisionis rudimenta Classes Rationales	Obiecta sensibilia seu spectra in phantasiam delata Classes Physicæ
FINALES	Habitus	Habitus intellectus { Intellectus scientificus. Intellectio ꝓprie dicta. Intellectus practicus.	Habitus Rationales { Prudentia Scientia Ars	Habitus Phãtasiæ { Opinio. Peritia. Empiriæ. Habitus
METHODI CAVSSAE	Ordines scibilium	Mathematica Metaphysica	Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Cyclognomica	Physica Medicina, &c.
MATERIES METHODI		Instrum. fabrica ex relatione ad idem principium, vel effectum, Metaphysica in quæstione { Simplici Problemat. Practica	Instrumentorum fabrica penes relationem circa idem. Logica. in quæst. { Simpl. Probl. Pract.	Instrumentorum fabrica relationis secundum idem Physica in quæst. { Simpl. Problemat. Practica.
RATIO FORMALIS METHODI		Ordo determinans quo ad naturam Synthesis	Ordo definiẽs res quo ad nos pariter & naturam Ordo circularis	Ordo determinans res quo ad nos duntaxat Analysis
EFFECTVS SEV TOTIVS CONSTITVTI PARTES		Discursus in longitudinem lineæ comparabilis { Maioris circuit' in quæst. pract. Minoris in Problematica Minimi in simpl.	Discursus in altitudinem sphæræ solidiori comparabilis. circuitus { Maioris Minoris Minimi	Discursus in latitudinem superficiei comparabilis circuitus { Maioris Minoris Minimi
SECTARVM DIFFERENTIAE		Methodica	Dogmatica & Rationalis	Empirica
AVTHORES PRAECIPVI		Themison Proclus Pythagoras Thessal' Laodiceus Mercurius	Hippocrates Galenus Plato Aristoteles	Gorgias Sostratus Hammonius Acron Philinus Serapio Philoxenus Epicurus

Digitized by Google

ARTIS CYCLOGNOMICAE
LIBER TERTIVS,
METHODI CATHOLICÆ
CONSTITVTIONEM ABSOLVENS EX ANTE TRADITIS CAVSSIS PER CANONES IX.

POSTQVAM DISCVRSIONIS SPHÆRICÆ CARceres primos, cauſſas quoque conſtituendæ arti tum remotiores, tum proximas omnes, cunctarumque conſenſus abundè & pro virili recéſuerimus, reſtat demum induſtria pari vt & conſtitutionem ipſam vnà cum praxi eiuſdem quàm fieri poſſit breuiſſimè perſtringamus. Eſt igitur Methodus, vt ante diximus, inueſtigandi veri via compendiaria, cuius vis omnis potiſſimum tum in inſtrumentorum, tum in rerum ipſarum ordinibus collocatur. Diuiditur eadem duplici ratione, primò vt genus in ſpecies, vel vt communior potiùs in minus communes methodos, idque vel à fine, vel forma eiuſdem, vel materie, vel cauſſæ effectricis analogia. Poſſunt harú tabulæ diſiunctim ſtatui, poſſunt & in formam vnius ſyntagmatis comparari, ſic tamen vt præcipuæ differentiæ ſint à forma, deinde & à materie dependentes. Secunda diuiſionis ſpecies eſt, vt totius methodi in partes integritatem continentes, hanc eius anatomen veriùs quàm diuiſionem Logicam paulò poſt referemus.

Digreſſio ad conſtitutionem artis Cyclognomicæ à cauſſis atque principijs.

Reparatur Methodi definitio.

Eiuſdem diuiſio obiter repetita.

1. Diuiſio Methodi vt generis in ſpecies.

2. Diuiſio Methodi vt totius in partes.

| *A Fine* | *A materie* | *Ab efficiente* | *A Forma* |



Digitized by Google



Diuisio Methodi totius in partes.

Vides quopacto immensam partitionis seriem variè & confuse à cæteris traditam in pauca contraxerim, cui nunc subiungimus alteram totius methodi videlicet in suas partes integrales, prout nimirū in artium quarumcunque inuentione, constitutione, traditione, etiam in propositionum rerumque simpliciter occurrentium inuestiganda natura omnes & circuli & circulorum partes ordine consequantur. Hæc autem anatome totius in partes eò quod circa quæstionum vicissitudinem, circa finem, atque materiem potissimùm occupetur, eorundem sanè vestigia passibus quoque proprioribus legit. Quemadmodum verò in explicanda humani corporis fabrica, vel in cuiusque compagis anatome rudis primùm & cōfusanea totius imago ante oculos subit, quàm in ma-

Anatomica diuisionis ratio.

Digitized by Google

in maiora ſtatim ſegmenta diſtractam, caput, thoracem, pedes, brachia, minorum paulatim partium numero, vt muſculorum, oſſium, vaſorum, viſcerum, tunicarum, vel vſque ad ſcrupula diſſeramus: ita ſi ſimplex petatur primùm vniuerſæ methodi conſtitutio, dicam in hac totius ideam verſari potiſſimùm ſub facultate ætiologiſtica, ea nimirum quæ circa rei cuiuſque cauſſas occupata, vel in animo vel in natura ſubſiſtentis inuentionis omnis, traditionis atque iudicij viam penitus elaborat. Eius formalis ratio ac velut forma quædam intrinſeca magis eſt ipſa ὕφ δεξις vel Indicatio, quę nihil ſit aliud, quàm proportionis mediæ atque analogiæ ſignificatio, inter extrema affinia vel repugnantia, vti latiùs paulò poſt deducemus. Núc ſi totius Methodi catholicæ Endectícæ ſiue ætiologiſticæ (non refert vt voces) rudior quædam ſit faciunda diuiſio, ponam ſyntagmatis analytici partem primam, quæ circa quæſtiones practicas occupetur: ſecundam quæ circa problematicas: tertiam atque poſtremam circa quæſtiones de rebus abſtractim conſideratis. Syntagma ſynthetícum habebit ſe prorſus oppoſita via. Rurſus ſi totam conſideres methodum, aſcenſus, deſcenſus, & conuerſionis orbitæ longè erunt abſolutiſſimæ: ſin partes eiuſdem, erunt & particulatim ſingulis ſui aſcenſus per analyſim, deſcenſusque per ſyntheſim, minoresque circuli, vt ante monſtratum eſt. Propoſita etenim quæſtione quæ de rebus duntaxat abſtractim eloquitur, vt de eſſentia hominis, quantitate, qualitate, vel, vt verbo dicam, de natura illius vniuerſa per cauſſas atque principia; huius ſoluendæ gratia ipſum reſoluimus in formas duplices, ſyndromen ſcilicet materialem loco materiæ, & formam intrinſecam in materiæ ſinu delitescentem, Materiem rurſus duplicem circa quam, ex qua, diuerſas lineas in diſcurrentis longitudine poſituram, reſoluimus in continentes, præcedentes, atque extrinſecas, vnde & à materiali cauſſa paulatim ad effectrices deuenitur. Formalem reſoluimus denuò ad materialis ſimilitudinem, quando & huius occultum numen quod non tam oculis quàm animo concipi potis eſt, in eius vultu ſenſibili protinus eluceſcat. Pro diſcurſus latitudine ſignorum ſeriem per interpuncta ſingula contemplamur, ſcala velut tranſuerſim altera ad partes prioris ſcalæ ſingulas fabricata, in quarum decuſſatione velut pro totius diſcurſionis altitudine tertiam rationi ſphæricæ propius accedentem propter latè patentes inſtrumentorum circulos exaramus. In hoc ſimpliciſſimo quæſtionis genere proportionis indicatio planè ſimplex exiſtit penes habitudinem ſcilicet prioris ad poſterius alterum. Procedit analyſis paſſim ab effectu ad cauſſas atque principia, ſeruatque eidem ſyntheſis ſemper oppoſitam viam. Sed compoſitior ratio eſt, ſi problematicam quæſtionem libeat expedire: vertitur hæc enim omnis vel circa inſtrumentorum fabricam atque contextus varios, vel circa propoſitionum veritatem deſudaſcit. Reſoluitur propoſitio in terminos ſubiectum ſcilicet & prædicatum, quorum analogia ab ipſo medio deriuatur; extrema rurſus ſoluuntur vlterius, vti & res propoſitæ ſimpliciter extra alterius termini ſyngamiam.

Communiſſima totius comprehenſio in omnitate.
Ætiologiſmus.
Indicatio ætiologiſmi velut intrinſeca ſima.
Methodi totius ſeitio communiſſima iuxta triplicem quæſtionis ſeriem.
Analyticum ſyntagma.
Syntheticum.
Connexiones orbitæ plenotes.
Orbes particulares.
Idea breuiſſima totius Methodica diſcurſionis.
1 *Quæſtionis ſimplicis reſolutio.*
Diſcurſuũ ſpecies 3. in quæſtione ſimpliciſſima.
1 *Diſcurſus in longit.*
2 *Diſcurſus in latitudinem.*
3 *Diſcurſus in altitudinem.*
Proportionis indicatio pro quæſtione ſimpliciſſima.
Analyſis paſſim in quæſt. ſimpl.
Synthеſis.
2 *Problematica quæſtionis expeditio.*
Reſolutio.

Digitized by Google

Reſoluuntur inſtrumenta vel vt tota in partes, vel eorum ordo ſiue contextus in ea quæ mutuo comparantur. Nam ſi eiuſdem generis iuxta analyſim præcedent minus communes inſtrumentorum formulæ, magis communes cæteras iuxta ſyntheſim è conuerſo. Si diuerſorum generum collatio fiat, ibis analyticè à demonſtratione ad definitionem atque axiomaton conſtitutionem, & hinc ad reſolutionem diuiſionemque, de quibus ſingulis particulatim paulò poſt mentio fiet. Eſt & huic quæſtioni problematicæ ſua diſcurſus altera diſtributio in longitudinem, latitudinem, altitudinem, in ſimpliciſſimis ſingulis propoſitionum partibus conſpicua toties quot ipſæ numero deprehenduntur. Eſt & vbique analogia conſimilis, ſed compoſitior tanto quanto & propoſitionum termini plures, & terminorum complexus magis eſt intricatus. Nam tunc non tantum ſimpliciter quærimus, Quid ipſa ſit virtus; ſed an verum quod aiunt, ſummam in virtute felicitatem collocari. Vnde mox virtutem reſoluimus in ſuas cauſſas atque principia, deinde & felicitatem ſimili modo, quibus demum mutuò collatis apparet ἀναλογίαν virtutis effectum eſſe, cauſſam vero ſolidæ felicitatis ſeu ſummi boni. Hoc igitur velut medio analogiam extremorum continente probamus virtutis & ſummi boni copulam, dicentes quicquid hominem omni affectus tyrannide quàm liberrimum facit, fons eſt & cumulus ſummi boni, Virtus id facit, ergo in virtute ſummum bonum ſpectatur. Itaque primùm analogia ſimplex in ſingulis terminis cauſſæ ad effectum ſcilicet, mox terminorum ad terminos, prædicati ad ſubiectum in propoſitione propter cauſſarum effectuumque conſenſionem, idque rurſus vel ſub nominibus effectus atque principij, vel generis, ſpeciei, differentiæ atque entium rationis. De rebus agendis quæſtio longè eſt compoſitiſſima: non enim res modò ſimpliciter ſpectat, ſed & propoſitionum ſiue axiomaton ad artem neceſſariorum compoſitionem reſolutionemque variam, poſtremò & ſympathean vel antipathean mutuam inter agens & patiens, inter ſubiectum actioni ſubditum, & ſubiectum alterum quod actioni præficere meditamur. Vnde ſanitatem medici finem in agendarum rerum rationes 4. ſeu formas quadruplices rectè diſſoluimus. Primùm, à parte obiecti pathetici in ſanitatem, quæ vt præſens adeſt, tueri debet per agentis formam conſimilem, quæque rurſus vt abſens vel amiſſa recuperari debeat expulſione affectus contrarij, per agentis formam contrariam, vnde & mox vel pugnæ vel ſimilitudinis primæ & ſimpliciſſimæ indicationes oriuntur. Secundò, à parte obiecti principis vel actiui fit altera reſolutio in formâ ſeruatricem vnam, ſimilis per ſimilia; & profligatricem alteram, contrarij per contraria, idque vbique; penes analogiam non tantum ſubſtantiæ, ſed, vt dixi ſæpius, ipſorum accidentium quoque, quantitatis ſcilicet, qualitatis, ordinis, loci, temporis. Hæ formæ 4. ſeu potius finium conceptus rudiuſculi in duos ordines rurſus ſecundum longitudinem dirimuntur, formarum materialium vnum, eſſentialium alterum. Materies duplex vti in quæſtione ſimpliciſſima reſolutionis progreſſu ad effectri-

Syntheſis & compoſito.

Diſcurſus triplex etiam in problematica quæſtione emergentes. In longitudinem In latitudinem In altitudinem

Maiorum minorumque conuerſionum ratio in quæſtione problematica.

Exemplum problematicæ diſcuſſionis.

Indicatio problematicæ quæſtionis.

3 *Quæſtionis practicæ Methodica expeditio.*

Quæſtionis practicæ ratio compoſitiſſima.

Exemplo breue diſcuſſionis Methodicæ in arte Medica.

Reſolutio à parte ſubiecti paſſibilis.

Reſolutio à parte obiecti paſſibilis.

1 *Diſcurſus prior in longitudinem ab intellectu.*

Digitized by Google

effectricium cauſarum rationem vſque conſcendit, vt non ſit neceſſarium ponere ordines plures, quando & fines habeant interdum effectus ſpeciem, interdum materiæ quoque vel formæ poſterioris. Vbi diſcurſum perfeceris per formarum ordines ſingulos in longitudine ex ſolo reſpectu ad idem, ratione ſcilicet dependentiæ Metaphyſicæ, ratione continuitatis in loco, tempore, & ſimilitudine confuſanea; mox interpunctis ſingulis trāſuerſim denuò ſcalam Phyſicam adaptabis ex ſignorum intuitu & relatione, quæ ſecundum idem eſt maximè dependentem. Poſtremò πρὸς τὸν κύασμον vtriuſque rationalis orbis aſſurgat inſtrumentorum agitatione indefinita vtrinque extrema determinans. Vbique ſit igitur diſcurſus in triplicem dimenſionem, vbique ſua ſyntheſis, ſua analyſis, vbique demum analogia extremorum in medio, tanto ſānè perfectior in quæſtione practica, quanto hæc cæteras tum ſtructuræ totius ambitu, tum circulorum multitudine ſuperemineat. Verùm vt demus proli-xioris negotij ſummam, ſic ante dicta recolliges.

2 *Diſcurſus alter in latitudinē Phyſicā abimaginatiue potentia & ſenſibilibus ſignis.*

3 *Diſcurſus logicus ordine tertius à ratione velut in altitudinem ſerpens. Concluſio.*

Summa diſtributionis ante dicta

SYNTAGMATIS METHODICI DIVISIO PRIOR
ex quæſtionum vicißitudine tripartita.

Digitized by Google

Methodi vniuersæ ratio ætiologistica, iuxta quæstionum seriem diuidit vt totũ in partes integrales 3.

Prima, circa quæstionẽ de rebus abstractim consideratis

Ea resoluitur in rei examinãdæ formas duplices

Materiales

Ex qua

Circa quam

Propiores vt in corpore nostro partes similares.

Partes maiores vt caput

Remotiores vt in corpore humano humores

Partes mediæ vt oculus

Extrinsecas, vt nobis sunt cibi

Partes minores vt oculiveæ aut tunicæ.

Remotiores, & effectrices vt elementa & stellarum influxus.

Huic discursui in lõgitudinem excurrenti aptantur et reliqui in latitudinẽ altitudinẽque, quorũ singulis suus est circulus, sua synthesis & analysis.

Formantes atq; intrinsecas

Materiei ex qua

Materiei circa quã

Ex quibus tota forma resultat, ita partibilis ratione, vti materies secundum sensum.

Ad hanc potissimum indicatio spectat ex collatione prioris duntaxat ad id quod sequitur in rei natura, penes cauſſalis dependentiæ modum.

Secunda circa quæstionem problematicam, quæres in propositione cõponit

Propositionu, vel axiomaton in

Subiectum

Prædicatum

Quorum vlteriot resolutio, vti supra.

Estque hic duplex resolutio

Instrumentorum dialectícorum

Resolutionis

Diuisionis

Definitionis

Demõstrationis

Idque vel

Totius instrumenti in partes

Demõstrationis in præmissis & conclusione.

Definitionis in genus & differentiam.

Diuisionis resolut. in genera, species & differen.

Totius syntaxeos instrumentariæ

Instrumentorum eiusdem generis à minus communibus ad cõmuniora.

Diuersi generis instrumẽtorum, vt à demonstratione ad definitionem & diuisionem.

Huc Indicatio spectat ex ipso medio subiecti & prædicati, priorem quoque alteram tacitè includens.

Tertia circa quæstionem practicã, vbi & resolutio est maximè intricata, finis propositi in rerũ agendarum rationes siue conceptus primos

Formas à parte obiecti passibilis

Formam quæ seruari debet per similia

Formã quę propelli debet per contraria

Formas à parte obiecti actiui

Formam quæ seruare possit vt similis

Formãquę propelere possit vt oppositionis noïe.

Singulę resoluũtur vt prius in ordines duos secundũ longitudinem

Materiem

Ex qua

Circa q̃

Formam

Materiæ ex qua

Circa quam

Huc refert Indicationem analogiæ inter agens & patiens, quæ & priores cæteras comprehendit.

METHODI

METHODI CATHOLICAE EX SPECIEBVS antedictis omnibus velut partibus in vnius effigiem com paratæ Syntagma Analyticum.

Iudicij vis potissimum in ordinis vtriusque complexione consistit.

Ordo Synthetic us ad traditionem accommodatior à principiis ad propositum finem

Ordo Analyticus ad inuentionem accommodatior à fine vltimo ad prima vsque principia.

14	1	¶ Effectio vel praxis quælibet. { Conseruatio per caussæ fomiti consimilia. Impugnatio per morbificæ caussæ contraria.
		Animorũ conuersio ad naturæ archytectricis exemplar.
13	2	¶ Subiecti agentis inuentio similis aut contrarij per caussas.
		Caussarum indagatio in subiecto agente { Via Rationali. Via Physica. Via Metaphysica.
12	3	¶ Inuentio proportionis siue analogiæ mediæ inter subiectum agens & patiens.
		Indagatio indicationum ex signis { Subst. { Quant. Qual. Loco. Tempore. Accid.
11	4	¶ Subiecti passibilis cognitio per suas caussas
		Caussarum inuestigatio in sub. passib. via { Rat. Phys. Met.
10	5	¶ Subiecti vtriusque & medij paragogi resolutio in formarum ordines duplices { Materialium { Continentium. Præcedent. Essentialium { Extrinsec.
9	6	¶ Finis practici resolutio in terminos 3. { Obiectum agens. Obiectum passib. Medium paragogon.
8	7	¶ Finis practici in conceptus varios rerumque agendarum rationes resolutio prima.
7	8	¶ Finis practici conceptus simplicior.
6	9	¶ Axiomaton cognitio per inuent. Medij.
5	10	¶ Propositionum resolutio in suos terminos { Subiect. Prædic.
4	11	¶ Scientia rei abstractim consyderatæ & vt cognoscibilis tantum.
3	12	¶ Caussarum rei abstractim propositæ determinatio { Materialium { proxumarũ. præcedentiũ. Formãtium { externarum.
2	13	¶ Discursus circa res abstractim consideratas. { Sub formæ determinatione vel caussæ { Essentialis vt differentiæ proprij generis { quid homo qualis sit cur sit. Accidentalis vt quid sit virtus in homine, quæ magnitudo. Absque formæ determinatione { vt { an sit. Via vel { Rationali in alit. ope { Demonstr. Definition. Diuisionis Cõpositio. } Relatione circa idem. Physica in latitudinem ope potiss. { Epilogismi Empeiriæ } Relatione secũdum idẽ. Metaphysica in lõgit. ope potiss. { Analogismi Notionũ habitus } Relatione ad idẽ facta.
1	14	¶ Finis conceptus simplicior, rei nimirum vt cognoscibilis tantum.

A B C

A Arcus Discursionis Practicæ cæteros comprehendens.
B Arcus discursionis problematicæ.
C Arcus discurtionis realis

Digitized by Google

Communia 1. partibus singulis in discursione Methodica. 2.

Commune est itaque partibus singulis, vsque ad minima scrupula dari quandam ascensus speciem, descensus alterã, peripherię tertiam dari inquã analysim, syntheſin, & ex vtrisq; conflatũ circulum. Cõmune est iterũ mẽbris præsertim maioribus, vt discurrentis animum trahant quodámodo in triplicẽ dimensionem sphæricam, ab intellectu in longitudinem: à sensu & phantasia in longitudinem & latitudinem: à ratione in longum, latum, atque profundum.

3. Commune postremò est omnibus, vt extremorum facta collatione ad inuicem proportionem mediam quærant, & ex causarum cognitione scientiã ex earundem analogia actionis quoque vel effectionis cuiuslibet modum inuestigent. Doctrinam hanc vniuersam digessi in Canones 9. quos quisq; vt sem per ante oculos gerat, etiam sculpat in pectore, & pro thesauro circũferat operæpretium duco, posteaquam in illis ante dictorum vltimus scopus & discursionis Cyclognomicæ praxis tota consistat.

Digressio ad constitutionem artis vniuersam per Canones 9.

ARTIS CYCLOGNOMICAE CANON PRIMVS, DE *finium resolutione in practica quæstione.*

I. Finium resolutio in diuersissimas conceptuum rationes. Axiomia ad artẽ analyticã præcipuè spectans.

PRIMVS illorum est, vti conceptum finem qui sese vt simplicem primò, vt vnum atque indiuisum offeret intellectui nostro, ceu formam totius ordinis gubernatricem in particulares alios quàm possit fieri maximè digamus, iuxta diuersas idæas in idem vltimum conspirantes. Nam quo magis membratim fines singuli in alios discerpuntur, eo & indicationum ordo futurus est explicatior.

Exempli gratia.

Ita in medicina finis simplicissimus est sanitas, cuius vlterior resolutio in respect? animi plures seu diuersas rerũ agendarum rationes.

Proponitur autẽ sanitas vel vt

Tuenda duntaxat, vt in exactæ salubri. Huic assistit indicatio similium per quæ conseruetur.

Tuenda vna cum præcautione maiori, vt in coporibus neutris. Huic assistit indicatio composita similiũ, & contrariorũ, magis tamen magisq; declinans ad aliã speciem pro latitudine intẽperiei vel sanitatis.

Tuenda vna cum vt in salubribus.

Præ cautione ab ingruentis mali noxa.

Propulsione intemperiei vel vitij iam præsentis.

Huic assistit indicatio composita, magis tamen ad contrariorum necessitatem aspirans.

Hic

Hic locus ἐναντιαίματα plurima Hipp. & Galeni rectè componit, dum passim asserit, sanos seruari per similia; nonnullibi tamen vt Gal. lib. de Arte, de temp. de sanit. tuenda, sanos foueri contrariis censet. Hippo. lib. de Locis expressè etiam morbos similes curari remediis similibus demonstrauit.

CANON SECVNDVS DE FINIS CVIVSQVE RESOLVTIONE *in terminos tres, Agens, Patiens, & mediam analogiam.*

2 *Obiectorum triplicium comparatio mutua. Agens Patiens Medium*

PRæceptum alterum diremptis finibus in particulares maximè docet vbique proponere obiecti triplicis mutuam necessitudinem. Cùm enim tueri sanitatem & morbos propellere sint actionum species, sitque in singulis necessario quiddam quod agat, quiddam quod patiatur, & tertium vtriusque medium proportionem extremorum in sese complexum; idcirco in quæstione practica faciunda vlterius est resolutio talis.

Exempli gratia pro scopo particulari altero:

Vt sanitatem tueamur spectáda sunt obiecta triplicia.
- Obiectum patheticum actioni subditum, in quo seruanda sanitas.
  - Corpus humanum
  - Pars aliqua
- Medium paragogon Proportio materiei actiuę ad passibilem in custodienda sanitate.
  - Hæc est indicationum parens.
- Obiectum ἀρχηγὸν princeps atque actiuum cuius subsidio sanitas tueri possit.
  - Aër
  - Motus quies
  - Affectus animi
  - Repletio, inanitio
  - Cibus, potus
  - Et id genus alia.

Eodem modo in reparanda sanitate & finis alterius cuiusque resolutione procede.

CANON TERTIVS, DE VLTERIORE ANALYSI PRINCIPII *passiui in caussas, & elementa iuxta ordinem discursus in longit. ab intellectu.*

3 *Resolutio subiecti passibilis in caussas suas principia & elemẽta discursu primũ in Epicyclim lõgitudinẽ facto per intellectum.*

SEquitur hunc tertius Canon ad rationem ætiologisticen magis magisque contendens: primum sanè discursu in longitudinem facto soluit subiectum patheticum; vt corpus humanum, si ars communis inquiritur; vel eius portionem aliquam, vbi de particulari affectione sit disputandum: Soluit, inquam, id omne in caussas atque principia.

Digitized by Google

Causa quadruplices. Causæ rei cuiusque sunt 4. Materies, forma intrinsecè magis, extrinsecè verò finis atque efficiens. Sunt igitur istius resolutionis ordines 4. quos tamen in duos contrahimus sub formæ atque materiæ nominibus optimè comprehensos: ratio ex ante demonstratis liquidò constat; ipsa enim principia interna maximè & proxima habent & rationem finis progressu quoque resolutorio, ab his paulatim ferimur ad efficientes atque extrinsecas, cùm & omnis efficiens per formam quandam agat, perque materiem. Vnde formarum sint ordines duo, Materialium vnus, qui cum sensui pateat, in essentialium abditarumque cognitionem nos perducit, quarum sanè & ordo & sygygia mutua materiei nuper dissectæ vestigijs semper insistit. Materies iterum soluitur in eam ex qua componitur quippiam, & alteram circa quam velut locum potissimùm forma commoratur. Materies circa quam heterogenea magis atque instrumentaria est, particulares differentias obtinens primo maiorum partium, inde mediocrium, & tertio minimarum: in singulis rursus quædam ipsius sunt organi velut continentes causæ & per se, quædam alterius loci, cuius tamen consensu affici possit velut per causam extrinsecam: quædam postremò proximioris loci extrema inuicem copulantis, tanquam per causam proximè præcedentem. Materies ex qua magis est similaris, minusque cum loci ratione coniuncta, sed ex diuisione temporis particulares differentias sæpius trahit. Primum etenim more causarum omnium in continentem soluitur ceu materiem proximam, deinde in præcedentem atque remotiorem paululò, internam tamen, postremò in effectricem materiem semotam maximè siue extrinsecam. In singulis denuò ratione temporis ea quandoque distinctio subit, vt alia iam actu incumbant affecto loco, alia remotiora rursus etsi nondum incumbant, immineant tamen. Sed valde cognata est loci & temporis ratio, quandoquidem pari vt plurimum proportione ferantur: vbique verò expendi vtramque plurimi refert, quando illarum intuitu intellectus humanus Metaphysicè, & ad idem facta relatione, primam ferè perficiat rudis suæ discursionis lineam, iuxta partes continuitatis scilicet, & dependentiâ rudem, cõfusaneam ratione loci ac temporis. Itaque præbet ille discursus nihil ferè quàm longitudinis indeterminatam viam, velut communes locos & interpuncta, quibus quæcunque scrutari altiùs voles, fisti ac definiri per sensus ac rationis subsidia postulent, simulatq; nimirum sensus phantasmata confusis obuia notionibus ab intellectu media ratio per orbem instrumentarium longè pleniſſimum in examen prouocarit. Huius Canonis tale Paradeigma damus.

Resolutionis ordines 4. quos tamen ad duos optimè reducuntur.

Materies indagata à sensu proximus, sed Forma insufficiens ex materiei potissimum.

Materies resoluta.

Materies circa quam.

Materies organica propior alia, alia remotior.

Materies ex qua

Materies similaris in continentem & remotiores ordine vt resoluatur.

Loci & temporis ratio in discursu intellectuali seu Metaphysico praecipuè obseruanda.

Discursus Metaphysici exemplo.

Sit

Discursus primi scala velut in longitudinem Epicycli.

CAVSARVM 1 SYNECTICARVM CLASSIS

Materiem ex qua

Formas materiales siue Syndromio accidentium, hæc refolui-tur dupliciter in

Materiem, cara quam, valorū, vicium, neruorum, cuticulæ, &c.

Formas essentiales principes atq; formales.

Materiæ cuius est quoque cum

Forma essentialis partis.

Sit nimirū humanū caput fluxionis tutelaris affectus, illius à parte affecta, quæ est pars humidi capitis, scilicet pericranium in formam capitis reducti.

Humanū caput confor-mis est quoque cum

Forma accidentalis partis ost.

Loci affecti | Partium conpanio partium similarium vt capitis cranio, &c.

Partium coniunctarum similarium.

Humores actu in loco affecto existentes.

Humores influentes.

Humores influxui.

Partium maiorū compositionis | | Partiū minorū cōp. vsq; ad minimas

1 | 2 | 3 | | 1 | 2 | 3

Partium quæ sunt in ipso capite, vt musculorum, valorū, vicinum, neruorum, cuticularū, &c.

Partium quæ connectunt capite, vt carnis, arteriarum, &c.

Partiū quæ cōsentiunt loco, vt cranio, cerebro, cordis, ventriculi, &c.

Partium in accidentium, vt valorum musculorū partes qui sunt in capite.

Partiū cōnexarum, vt os reuniti, &c.

Formæ contentorum similarium | | Formæ contentorum similarium

1 | 2 | 3 | | 1 | 2 | 3

Loci affecti formæ similares.

Partium coniunctarum.

Partium connexarum.

Humorum achu obiectorum forma.

Humorū influentium qui inhibet fluxus.

Humorum influxui.

Formæ particulares partiū insimilium comp. | | Formæ particularis insimilis compositi

1 | 2 | 3 | | 1 | 2 | 3

Partium loci affecti formæ.

Partium coniunctarum.

Partium connexarum.

Partium in affecto loco particulares formæ.

Copulatarum formarum particulares.

Connexarum formarum particulares.

CAVSARVM 2 PRAECEDENTIVM CLASSIS

Contentorum Homog. distributio | | Contentorum similarium distrib.

1 | 2 | 3 | | 1 | 2 | 3

CAVSARVM 3 EXTERNARVM & efficientium classis.

1 | 2 | 3

Primi ordinis | Secundi ordinis | Extremi ordinis

Formæ alterantes primæ, secundæ, &c. | Formæ alterantes primæ, secundæ, &c. | Coloris, odoris, saporis, caloris, frigoris, humoris, siccitatis, generationis, nutrimenti, accretionis, fluxionis, &c.

Vbique &. in his pro resolutione partis affectæ quærenda est possibilis particularis cuiusque substantiæ, quantitatis, qualitatis, loci, temporis, &c.

Digitized by Google

Causarū distributio in continuantes præcedentes atque existentes. ex ante dictis colligitur. Axiomata primaria astrologicæ disciplinæ.

Sunt igitur tum in materialium ordine, tum formarū essentialium causſæ quædam continentes & proximæ, aliæ præcedentes internæ, aliæ rursus effectrices extrinsecæ. Continentes causſæ vix aliter ab ipso compositō differunt, quàm vt elementum ab eo quod ex elementis constituitur. Vbiq; autem attestantur orta suis principijs, & causſæ effectus indolem præ se ferunt. Vbique rursus sublata causſa proxima & necessaria, effectus tollitur, eadem posita cum necessarijs cæteris poni & effectum ratio dictitabit.

Digressio ad ſphæræ cōpoſitionem in anima rationali, ſumpto initio à Circulis quæſtionū compoſitiſſimarum practica & problematica, quos defectuum nomine comprehēdimus.

Sed ne vlterius progressuri in ipsum vestibulum impingamus, discutiēdum est aliud quiddam cuius vt plurimum confusa apprehensio inexercitatos animos ad rerum resolutionem accinctos à primo quoque discursionis stadio remoratur. Nam quòd quæstio practica, iuxta actiuæ formæ atq; passibilis multiplicitatem, plurium quoq; resolutione indigeat, similiter & propositio quælibet iuxta terminorum differentias, notum satis ex antè traditis puto: sed nunc & in rerum quæ considerantur abstractim resolutione simplicissima (sic enim respectu compositiorum cæterarum appellatur) etsi res ipsæ natura sint simplices; iuxta tamen varietatem conceptus in animis nostris, iuxtaq; respectus oppidò differentes, nescio quid sibi occulte propemodum compositionis asciscunt; vnde & eius analysis vel synthesis, cui canones reliqui sint seruituri, non solum ordines plures, sed & multiplicem faciem nasci oporteat, quæ tamen omnes ad communissimam vnam paucis hisce axiomatibus comprehensam optimè reducuntur.

Rerum etiā ſimpliciſſimarum occulta maximè multiplicitas. Pluralitas ordinū in rei ſimplicis reſolutione ex occulta illius multiplicitate eſſentiali. Omnes quæſtiones ad ſimpliciſſimam reſolvendas. Simpliciter propoſitarum rerum multiplicitas quo pacto examinetur. Simplex & cōpoſitum natura quid dicatur. Simplex & cōpoſitum penes conceptū animi.

Siue igitur nudæ res primum, siue connexim in propositione qualibet, eaque vel speculatrice tantum vel practica proponantur; vbique ad simplicissimos tandem terminos, iuxta doctrinam Canonis antece dentis, labi est necessarium. Hic simulatque constiteris, expendendum altiùs, num illud, cuius natura vel ratio vestigatur, simplex sit penes essentiam suam, vel compositum. Num absolutè spectetur penes apprehensionem animi discurrentis, num respectiuè ad alia. natura etenim simplex quæque vel composita res est iuxta varietatem partium, quibus eius imago sensibilis vel species est temperata: sic homo compositum quiddam ex anima & corpore. Iuxta conceptum similiter est & simplicitas & compositio; partim, vt penes ideam vniuersalem pluribus vel paucioribus se communicant; partim, vt formæ quædam in lubrico positæ, ad plura subiecta vel pauciora vel actu, vel potestate denuo referuntur. Quin, vt apertiùs loquar, omni simplicissimæ quæstioni subiecta materies consideratur, vel vt particulare quoddam, vel vniuersale. Vtrobique rursus, vt substantia, vel accidens. In singulis demum, vt ad maioris rursum minorisue compositionis ambitus religatur, quod colligemus in particularibus quidem iuxta sensibilem partium diuersitatem: in communioribus iuxta naturæ vim vniuersalem in plura diffusam, quæ à sensu quidem dispersim tradita, in vnitatem trahitur per rationem. Erit itaque ante resolutionem vltimam atque præcipuam ille præcipuus labor (cui nunquam exhausti satis

Generalis diuiſio Rationum quarum ſimplicitas vel multiplicitas obſeruetur.

Præcipuus labor ante reſolutionē in reſtigenda rerum occulta multiplicitate,

Digitized by Google

satis est) vti rem omnem à sensu vel intellectu examines, expressæ an tacitæ quicquam multiplicitatis obtineat, cujus nimirum nomine & resolutionis series futura sit multiplicior. Facillimè etenim de homine percunctati dictitat sensus; ex anima conflari & corpore: rursum ex plurimis instrumentis corpus. de animali quoque dictat intellectus ipsum ad hominem & bruta promiscuè; à plantarum vero vel lapidum commercijs alienum. Similiter de colore docet experientia, multis illum subiectis esse communem, albedinem paucioribus, & quo ad partium compositionē compositius est corpus humanum, vel animalis alterius quàm plantæ: structura quoque deformior plantis quàm sit lapidibus atque metallis; & horum rursus non æquè cōpago simplex quàm simplicis elementi. [a] Prolixior ergo erit & resolutio hominis, quàm plantæ secundum partes; multiplicior coloris quàm albedinis; simplicior verò sanitatis quę concernit corpus humanum tantum, quàm quæ & hominē promiscuè, & animalia cætera. [b] Videtur itaque ante extremas illas rerum syntheses siue analyses, trina dimensione perficiundas, confusæ quædam aliæ discursuum species partim analyticæ, partim syntheticę; vel circulares etiam incipientibus obuersari; quarum vna sit rudis maximè & omnium prima [c] propter ordinē quæstionum; vbi ex quæstione practica in problematicam fit dissolutio; ex hac in simplicissimas alias, vti superius est demonstratum. [d] Posterior propter immersam rebus multiplicitatem sit instituta in quæstione simplici, eò potissimum spectans, vti sciamus de rebus singulis, quàm sæpe pro harum vestiganda natura, fieri debeat discursus ille postremus & perfectissimus in triplicem dimensionem, scilicet cum nexu triplicis scalæ, quarum tractationem omnem à sequenti canone protinus ordiemur: nam hic postremus animorum est ille circuitus inter reliquos antesignanus. Quare & priores hosce circuitus rudes tātum & confusaneos rectè ministros vel progymnasmaticos distinctionis gratia, vt appelles licet. Sunt enim inistis obscuri tantum ascensus, descensusque characterismi, vias quodammodo ad gubernatricem alterum discursionem præparantes, vnde & suam accipiunt à sensu, suâ ab intellectu portionē, nonnihil etiam fortassis à Ratione. Sed quicquid per hasce rudes cōuectiones est inchoatum, id sequēs [e] postrema & princeps excipit, progressuque triplici in longit. latitū. & altitudinem funditus elaborat; sic omnia penetrās atq; collustrans, vt huic tanquam Phœbeæ lampadi in finitorem altius sublatæ nihil effugiat, nihil istius oculis tectum, nihil in hac natura inferiore dici fingiue impertium, meritò possit. [f] Verū si fortè dictum obscurius viua tabella melius allequaris, licet tibi velut erraticæ stellæ tres orbes ita connexos depingas in animo tuo, vt sit exterior, velut deferēs [g] augens primæ & rudi maximè conuersioni adæquata; Interior [h] medius pro secundo circuitu sit, vti excentricus lunæ, vel vt deferens medius, qualis in Homocētrepicyclo Solis: Postremus & [i] minimus instar Epicycli corpus erronum maximè determinato circuitu in longitudinem, latitudinē, & altitudinem promouebit, vbi tamen nihilominus sui adhuc sunt particulares orbes & circuli. Habet enim vnaquæque conuersio plena suos ascen-

a Quę quicquā est ἐφοπτατον, eo & eius resolutio compositior.
b Conclusio.
c Ante discursiones determinatas triplices in longit. lat. & altitudinem confusiones alias præmittendas: quarum hęquidē ad diuersantes circuloslle ad Epicycli pertinebunt.
d 1. Prior circulus cæteris maior cen defertens antijs.
2. Circulus excentrico comparabilis circa rem simpliciter propositam ac cultam multiplicitatem.
Priores orbes in sphæra animi rudes & confusaneæ.
e Circulus Epicyclo comparabilis circa determinationes ascē sus, descēsusque, & circuitus in quæstione simplici cuiusma.
f Sphæra animi rationalis compositio.
g 1. Deferens absolutum.
2. Deferens epicyclo sine excentricus.
3. Epicyclus.
h Partes circuitionis orbiculares.
i Quiescens.

Epicycli particulares orbes, de quibus supra obiter dictū est, fusius vero in sequentibus demōstratur

sus atque descensus velut partes & Hemisphæria axe medio interstincta. Habet & orbis minimus particulares alios penes ordinis resolutionem ac compositionem, qualis in illo instrumentorum syntagmate à nobis quoque depicta est supra in calce secundi libri.

PRIMA ET ANTIQVISSIMA CIRCVLORVM COMPOSITIO in Sphæra Planetæ sublunaris seu rationalis animæ.

DEFERENS MAIOR EXTERNVS ATQVE CONCENTRICVS.

Similitudinis ratio in Sphæra animi cum planetarum sphæris.

Atque vt demum externus ille & alter interior deferens, ambo vnius Epicycli gratia destinantur; Epicyclo tamen potissimum stella velut carpento insidet: ita & rationalis animus circa priores tantum circuitus hærés, nihil adhuc determinatum videt, sed vastam duntaxat machinam internæ alteri minori quidem, sed inter cæteras absolutissimæ conferentem: cum huius tandem solius præsidio ex opinionum tenebris, ceu crepusculo matutino in plenā scientiæ lucem sublimis ascendat. De prima igitur & rudi maximè conuersione dictum est fusius sub prima auspicia tertij libri, nunc, vt de succenturiata altera atque ministra interiore doctrinam similiter compendio demus; hæc per tabellam fortassis altius insidebunt.

Prima & cōstantissima conuersionis ratio primo capite tertij lib. Secunda conuersionis ratio per æquinoctium.

Exte-

1.
Exterioris Deferentis Circuitus.

2.
Circuitus atque extensio deferentis interni sine Eccentrici

3.
Extrema huius circuli excipiunt orbē tertium vel Epicyclum trina dimensione plenius distinctum, vt in sequentibus demōstratur.



Circum-

Præcepta ſecunda de connexione per Eccleſiaſtem ex antecedente tabula.

Forma.
Materies.
Particulare.
Vniuerſale.
Subſtantia.
Accidens.
Pars. Totum.
Quantitas.
Qualitas.
Relatio.
A natura reſtrictum.
Reſtrictū ab intellectu.
Particularis omnium Methodus circa diſcurſum in orbe Eccent.

Circumſer nunc oculos animumq́ue in partes ſingulas à primis ordinibus vſq́ue ad poſtremos; ſic enim iſta digeſſimus, vt quæ ſint minùs cõpoſita, quæque ex reſolutione in longitudinem pauciores ordines trahant, eadem huic tabulæ ſint & ſecundum naturæ ordinem prima. Nam etſi alioqui poſterior ſit forma ſuo ſubiecto, illam tamen hic proponimus non abſolutè, ſed cum reſpectu ad ſubiectum cui inhæret; vnde & eius conſideratio reſpectu præcedentium quiddam eſt compoſitius naturæ poſterius, etſi fortaſſe prius quo ad nos, notitiamq́ue confuſam. Simplicioris itaque reſolutionis eſt omne particulare quàm vniuerſale, ſimplicior ſubſtantiæ reſolutio quàm accidentis, ſimplicior in parte quàm toto; & inter res integras, quicquid ſtructuræ minùs cõpoſitæ eſt, illo quod plures obtinet partes integrales. Rurſus in accidentium genere ſimplicior ad reſolutionem quantitas qualitate, & relatione qualitas; quodq́; à natura reſtrictum eſt ad particulare quippiam, quàm quod ab intellectu noſtro. Ergo vt particularem in ſingulis methodum aſſequare, (cuiuſmodi verę illius atque poſtremæ velut vmbræ ſunt quædam ſiue præludia) in naturis particularibus primũ, quod ad indiuidua ſpectat, iſthæc doctrinæ nullius vt ſubiecta ſunt æſtimanda propter infinitudinem, quæ omnis in ſpeciem eſt contrahenda, priuſquam de illis ex arte quippiam ſtatuere valeamus. Nam etſi de illis maximè intercidat quæſtio, ſcito hanc omnem fieri ex duplici cauſa, vel nimirum, vti omnis ſunt inquiſitionis exordia: (iuxta ſententiam ſummi Philoſophi, qui rectè idcirco doctrinam quamlibet à ſenſu vult auſpicari, tâquam qui prior ſit multò & familiarior nobis quàm intellectus; etſi in illa cõuerſione vltima propter theatri fabricam, prior quodammodo futura ſit tempore, operatio mentis quàm ſenſus aut phantaſmáton) vel ſpectantur res ſingulæ, vti illarum gratia tanquam vltimi finis doctrina vniuerſalium inuẽta ſit primum tradita, & conſtituta. Contemplatio enim quælibet circa communia eſt, actio circa ſingula; & vt ab vniuerſali idea procedens traditio in particularia terminatur, ita & à particularibus ad communiſſima primum catholicæ methodi ſolidęque inuentionis auſpicium aduerſam orbitam rapit. Sed vti nec pũctus lineæ pars eſt, vel ſuperficiei linea: (cùm ſint principia tantum vel fines) ita nec communiſſimum genus, nec ſingulare quippiam in arte noſtra, vt diſcurſionum pars eſt (quanquam illius ambitus omnis his velut columnis vltimis atque limitibus comprehendatur.) Mirandum eſt attamen quopacto in ipſis quoque diſcurſionum exordiis diuerſa iſthæc principia ludant, varientq́; vices ſenſus & intellectus, hic rerum communium magis & abditarum, ille ſenſibilium prius & ſingularium. Proinde conandum eſt ante omnia, ſiue ſcientiam tradere, ſiue inuenire ſit animus, vt ſenſus habeamus inſtinctos vſu rerum & experientia: intellectum verò principiis tum à natura inſitis, tum ſtudio multo atque exercitatione ſedula comparatis; his enim velut pedibus nixa eſt omnis doctrina & inſtitutio; quorũ ſi alterũ demas, totius ſyntagma ruere protinus velliq́s à fundamento ſit neceſſariũ. Quare & vias regias appellat Galenus non malè, etſi vt diximus, non tam ſint viæ quàm viarum limites ſiue auſpicia

Circa indiuidua
Quæſtiones de ſingularibus maxime & cur.
dum duplici ratione ſuſcipiuntur.
1. *Quopacto omnis doctrina à ſenſu exordia trahat.*
Quopacto in Epicycle prima diſcuſſionis mouenda ab intellectu trahantur.
2. *Singularia eò ſidereatus ſunt eſt vniuerſalia, & particularis Methodus Methodi communioris.*
In ſingulis primordiis tribuenda eſt animæ partes rationis quod ſuo eſt munere exhibere.
Quod ante diſcurſum omnem maximè ſit faciendum.
Senſus inſtituendus ſenſibilibus ſimulachris.
Intellectus principiis confirmandus.
Ratio in diſcurſibus exercitanda.
Via Galeni regia.

Digitized by Google

ſpicia prima;quibus ſi noſtra acceſſerit facultas Cyclognomica,ad veritatis inuentionem nihil quod deſideres vltra eſt.Scandẽdum eſt itaque à multis particularibus paulatim ad vniuerſalem ſpeciem,priuſquam vlla cognitio in animis ſtatuatur.Nam cùm Platonem videris ſanum,& Socratem ſanum;idẽque de pluribus aliis eiuſdem ſpeciei,mox ſanitatem quandam communiorem in animo fabricamus, cuius ſit ſpecies in apta partium cõſtitutione in actionum integritate collocata;ad quam denuo cùm intuemur rectè per deſcenſum ad ſpeciei eiuſdem particularia cætera,colligimus,velut per ſyntheſim;quãdo ſit ſanitas in Achille,& Hectore,& Vlyſſe.Similiter cùm hominem ſanum videris,& equum,& canem,ordine reſolutorio ad ſanitatem communiorem incedimus;quatenus ſcilicet animali competit: conuerſimq́ue per ſyntheſim ex ſanitatis intuitu,quæ cunctis animalibus tanquam communis inuenta eſt, iudicamus de aſini ſanitate,leonis,aut vrſi. Vides hic ilicò obſcuram quãdam in foribus ſyntheſim,obſcuram analyſim,& vtriuſque conuerſionem mutuam. Vides & miſturam ſenſus,rationis,& intellectus, vnà cum orbis inſtrumentarij velut ſubnaſcente typo.procedit enim à ſenſu potiſſimum imperfecta quædam deſcriptio cum reſolutione & epilogiſmo;ab intellectu notionum expreſſio rudis cum diuiſione & analogiſmo;à ratione denique epilogiſmi & analogiſmi in vicem adhuc turbata conuerſio.Hæc ſi probè perceperis,parua in ſequentibus eſt difficultas.Nam vt ſubſtantiarum genera percurramus:quod ſi proponitur ens rationis merum,nulla fit reſolutio: vt cùm de homine quæritur vti quid ſpecialiſſimum.Non enim tunc eius ſunt veſtigandæ cauſæ, vt eſt in natura,ſed vt habet in ſubſtantia locum;vnde & rationale tantum eius fit diſſolutio,vel compoſitio iuxta reſpectum ad inferiora indiuiduaue genera ſuperiora.Idem de communioribus eſto iudicium;ſiue de accidentibus rurſum, ſiue rebus per ſe ſubſiſtentibus mentio fiat.Pars compoſiti naturalis,ſi materies tantum eſt,reſoluitur ſolum in magnitudinis partes, quibus continua eſt, & ab intellectu concipitur.Formæ quoque ſimpliciſſima eſt reſolutio in partes quaſi extenſas iuxta ſubiecti materialis quantitatem: nam etſi propriè ſit indiuiſa,ſic tamẽ velimus nolimus imaginatione cõcipitur; vt quẽadmodum totius organi ratio ex multis partibus probè coagmentatis inſiſtit;ita & forma vnica ex particularium formis innumeris abſoluta;atque vt ex potẽtia materiæ perfectio naſcitur(quam iuxta Phyſicos actus totius ſiue ἐντελεχία concomitatur:ita ad notionem ſyndromis materialis ex reſolutione;deprehenſam) vis quoque formæ interioris extenſione in plura diuiſibilis eluceſcit.Habet & præter hanc,diſſolutionem alteram in cauſas priores & elementa; cuiuſmodi facilè ex illo aceruo primarũ claſſiũ 3.potiſſimũ verò ex metaphyſicis eruetur. Totum compoſitum ex forma atque materie, ſi heterogeneum eſt,ſolui in diuerſa primum organa debet;& horum rurſus vnumquodque in ſimilaria. Si, quod inquiritur,ſimilare tantum eſt,maiores duntaxat partes in minores ſoluuntur,vel vſque ad externa principia & cauſas omnium primas, annectitur rebus inſtrumentariis ſubdiuiſio quædam ſecundum differentias loci,ſed homogenies

Confuſa actio diſcuſſionis circuitus à particularibus ad vniuerſalia, & ab his rurſum ad particularia.

Vbiq; character aſiſtus deſectus atque circuitus, vbique Analyſis ſynthеſis per intellectum ſenſum & rationẽ. Epilogiſmus. Analogiſmus. Diſcuſſionis per Eccentricũ vbetius exegeſis.

1. Ens rationis quo modo inquiratur.

2. Materiei vna reſolutio.

3. Formæ reſolutio iuxta materiæ extenſeã facies.

ἐντελεχία.

4. Totius compoſiti reſolutio.
5. Organicarũ partiũ reſolutio.
6. Similarium reſolutio.
Locus & ſitus.

mogeneis ſecundum tẽporis interualla,de quibus poſtea. Omnis itaq; ſpecierũ analyſis vel eſt vti totius in partes & elemẽta , vel vti effectus in cauſas ſiue principia. Formarum accidentalium reſolutio propter reſpectum quẽ ad ſubiecta reſidem ſeruant,magis quoque cõpoſita requirit,& ordines plures, ſubiecti ſcilicet primum,quando nimirum iuxta illius extenſionem hæc omnis ſit diſtributa,nec contẽplari quantitatem vllá abſque materie , neque figuram aut qualitatẽ abſque ſubiecto poſſis;niſi vim feceris rationi per intellectũ. Quantitas omnis in magnitudinis partes eſt diuiſibilis,numerus in diſcontinuas, in continuas linea,corpus in ſuperficies. Qualitas quod ſi à natura ad vnam ſit ſpeciem inter ſubſtantias determinata,iuxta illius imaginem diuidi variéque componi debet,vt cum loquendi ridẽdiue facultatem excutimus , quò huius reperias cauſam,diſſolue humanam ſpeciem,ac deinde perluſtra partes ſingulas,iuxta diſcurſum dimenſionis triplicis quam mox trademus. Nec defuturum puto vnde & cauſam rei & veritatem methodo conſequaris. Quod ſi tute ipſe formam reuinxeris,vt fere in artibus ſolet,ſoluenda eſt forma pro eius ſubiecti natura,cui hanc alligaris; vt cum ſanitatem retuleris ad corpus humanum,non eſt quod brutorum corpora ſeces , niſi quatenus ſimilitudinem mutuam vſus in vtriſque docuerit. In relationum indole veſtiganda non tenuis labor , oportet enim reſolui & id quod eſt,& alterum cuius id eſſe dicatur. Hæc rurſus ſi ſolum ſint entia rationis , vt patris ratio vel filij , in res rationis quoque diſſoluitur : ſin ita concipitur vt in natura ſubſiſtat , quemadmodum actio omnis vel paſſio,tum quia actio fit ex agẽte in paſſum, eademque vel in contiguum,vel medio diſtans,hic ſtatim paſſibilis rei faciunda eſt reſolutio,mox & ipſius agentis,ſæpe adeò ipſius medij; quod vtrumque cum diſſidet , intercedit. In ſingulis ſpectãda eſt propter dimanationem quadruplicem,primò formarum vis quæ actioni præſidet,deinde ſpirituum quorum vehiculo ducitur,propter vtrumque ſyndromis materialis totiuſque ſubiecti ſenſibilis, ex cuius φαινομένοις ſcilicet interior illa ſe manifeſtet. Vt cum de cauſis viſionis & rebus opticis diſputatur , reſoluendus eſt oculus in partes ſimiles atque diſſimiles;ſimiliter & lucidũ omne vel coloratum in differẽtias ſuas, poſtremò & elementum intermedium vt aër vel aqua. Vbique ferè illa concurrent quatuor expendenda in agente colorato vel lucido : primum vis diſperſiua radij viſus,vel eundem recolligens;deinde & ſpiritalis quædam aura pertenuis;poſtremo & denſitas vel raritas,quædá æquabilitas vel inæqualitas, cum ſubiectæ ſubſtantiæ materiali effluuio , quale tamen in omnibus Phyſici non admittunt. In oculo quatenus patitur ſpectanda eſt viſus potentia , ſpiritus quoque ab organo ſuo ad analogiam immutatus,qualitas organi & ſtructura vniuerſa. In aere ſimiliter ſpectanda vis inſita primum , deinde & aſcititia,motuſque & poſitiones atomorum ad explendum vacuum ; quorum omnium proportionibus adinuentis natura totius actionis confeſtim & paſſionis emerget. hæc de rebus hactenus ſub nomine minùs communi. Lõgè iſtarum methodus eſt intricatior,quando vniuerſalis propoſita quæſtio eſt,& iam non de ho-

7 Formarũ accidentalium reſolutio.

8 Quantitatis reſolutio.

9 Qualitatis reſolutio. Qualitatis à natura reſtitutæ.

Qualitatis reſtrictæ per intellectum.

10 Relationum Analyſis compoſitiſſima.

Exempla reſolutionis in viſionis veſtigandis cauſis.

11 Vniuerſalis reſolutio.

Digitized by Google

de hominis natura solius sed animalis, aut corporis; non de sanitate solius capitis vel lateris, sed totius molis: vel etiã nõ hominis tantũ, sed & animaliũ cæterorũ. Nã prout vnumquodq; cõmunius in animum subit, eò in plura est dissoluendũ, iuxta nimirũ particulares ambitus in toto genere cõprehensos. Sit enim qui medicinã struere vel à fundamẽto velit, finis illi est sanitas, prout illam in humano duntaxat corpore tueatur: id corpus quia vnius in singulis est speciei, vna tantum resolutione indiget, totius in partes atq; principia; ad cuius symmetriã postmodo & formę extẽsio sit aucupãda, tã quæ naturę indigena est, quàm qualis iuxta finiũ diuersitatẽ à discurrente artifice inter aduenas assignatur. Interim quia in specie vnaquaque propter structurã sensibilẽ cõpositio reperitur, ideo & species respectu partiũ vt quiddã cõmunius se representat: quare & de sanitate vel morbis humani corporis cõmunis est cõsideratio, particulares alias ad inuentionẽ sui pręrequirens, primũ in partibus cõpositionis, deinde & in pluribus indiuiduis. Itaq; minoris resolutionis est quæstio de morbo capitis, vẽtris, aut splenis, quã si totius corporis affectiones recensere sit libitũ; hic enim cunctarum partiũ resolutiones sunt faciundæ, illic paucarum vel vnius tantũ. Similiter in Ethica disciplina, si quis de sola fortitudine disputarit, virtutem hanc vnicam in membra diducet: sin totam eius philosophiæ partem velit absoluere, non de vna fortitudine tantum, sed & de temperantia, æquitate contendens, tot resolutionum ordines voluet, quot sunt virtutis illius species de qua suscepta est disputatio. his enim à sensu collectis accedit rudis descriptio cum epilogismo, quibus obuius intellectus ex axiomatibus paucis per diuisionem & analogismum totius negotij subobscuros circuitus ducet, vt & particularis doctrinæ & vniuersalis idea crassiuscula protinus efflorescat. Cuius illa potissimum amussis & regula est. Quod si ex particularibus aliquot in vnitatem collectis imago quædam doctrinæ siue naturæ communioris exurgat, quæ deinceps reuulsa ad res inferiores cæteras vultum non immutet, ea constans est, legitima, & à veritate indiuidua hãc tuto amplectimur. Quod de substantiis communibus dictum est, eadem serie ad accidentia referatur. Aptandi sunt enim tot resolutionum ordines passim, quot subiecta sunt numero, quibus proposita forma vel per naturam, vel per intellectus arbitrium alligatur. Omnium itaque quæstionũ illa est simplicissima, quę pro infima specie substãtiæ cuiusque suscipitur; præsertim si de parte eiusdem vel principio solo. Compositior est è diuerso de accidentalibus rebus, præsertim propositis sub notione cõmuni. Sed longè cõpositissima etiam inter quæstiones de rebus nudis, quæ relationẽ euidentẽ sibimet implicarunt, quarũq; natura nõ absq; extremorum differẽtium cõparatione perdisci solet. Quod si doctrinæ iam traditæ, exẽplum viuidius voles, huius paulisper nostræ inuẽtionis primordia contẽplare; quia etenim pro doctrina ordinum resoluere potissimum atque componere doceamus, vtrumque hoc genus scrutamur ilico tanquam ex materiæ sinu; quare & hoc capite is fuit præcipuus scopus, vti

Medicinã à fundamento quopacto per methodũ extruamus cõsuse primũ per circulos ampliores.

Moralis doctrinæ inuentio per eandem methodũ penes ideam rudem adhuc & vniuersalem.

Amussis inuentionũ præcipua.

Cõclusio summaria ad quã spectat potissimũ totius Eccentrici reuolutio

1. Simplicitatis & multiplicitatis ordines inter quæstiones de rebus abstractis dadas.

2.

3.

Probãtur eadem per huius artis Cyclognomicæ inuentionem.

demonstraremus quàm multæ eorũ sint differẽtię, quæ vel analysi, vel synthesi sese obnoxia fateantur. Illis repertis ascensu descẽsuq́ue confusaneo primum, deinde magis magisq́ue determinato, per plenioris Methodi triplicem viam, iuuantibus sensu, ratione, & intellectu. Dedimus & modos particulares singulis, numerumq́ue & ordinem, quibus pro naturæ vultibus variis variè resolui & colligi possint.

CANON QVARTVS, DOCENS EXPLORARE IDEM SVBIECTUM PASSIBILE, IUXTA DISCURSUM PHYSICUM, IN LATITUDINEM MAGIS AB IMAGINATRICE POTENTIA PROFLUENTEM.

4

NVNC vt à duobus orbibus, quos tantum velut ministros ac deferentes fecimus, ad integritatem principis sphæræ vel epicycli vlteriùs procedamus; pro Canone quarto prædictis ille subiungitur; vt omnẽ discursus in longitudinẽ exporrectã scalã, transuersa quadam altera velut in latitudinẽ, interstinguamus; viãq́; signatam cõceptu metaphysico per signa sulcemus sensui manifesta: horũ collectio est omnis ex illo aceruo Generum decẽ, Græci Categorias vocãt. Est ergo & hæc discursio prorsus ætiologistica, quando ad causæ effectusq́; notitiã feratur omnis, velut vltimũ scopum. Eius coordinatio nihil est aliud, quàm similiũ ac dissimilium signorum ad causæ abditæ notitiã bellè instructus exercitus. [a] Vis formæ interioris sola ratiocinatione colligitur, ducta quãdoq; à formis insensibilibus, cæteris nunc remotis, nunc propioribus: quarũ tamen omnis prior inuẽtio ex sensibilibus formis elicitur. [b] Formæ materialis examẽ à sensu fermè depẽdet, nisi cùm à posteriori ducere argumentum voles, ex formæ scilicet intrinsecæ necessitudine. [c] Sũmatim verò materies materiẽ indicat, forma formam: forma materiẽ; materies formã; facta relatione potissimùm secundum idem genus, speciẽ: effectum, causam: subiectũ, accidẽs: nã & quãtitas prioris, qualitatẽ posterioris insinuat, vel è cõtrà: similiter & qualitatẽ qualitas, locum locus, & sic de cæteris. contraria passim cõtrariorum siue pugnãtium, similia similium sunt argumẽta. Ostẽdit vbique vel causa effectum, vt pater filium: vel effectus causam, vt filius patrem: vel causa eiusdem effectus causam, vt materies formam; parentis qualitas, seminis qualitatẽ; vel effectus effectum eiusdem causę, vt frater fratrẽ inducat; vt principum dissidia, per parelios; seditiones populares, per terræmotus, & inundãtum fluminum impetus portẽduntur, Omne itaque signum vel à causa est, vel ab effectu; à cõcausa vel effectu eiusdẽ causæ: à causa rursus vel propinqua vel remotiore; similiter ab effectu vel proximo vel posteriore; in singulis ducitur similitudinis dissimilitudinis ratio ex aliquo generũ decem, substantia, quantit. qualitate, &c. Similiter & signatorũ aliud est causa vel effectus; cõcausa vel effectus eiusdẽ caussæ; & horum effectus cùm significatur, vel formalis vel materialis existit: causa quoque significata per effectum vel aliam causam vel forma est, vel ipsa materies.

Discursus Physici ratio in latitudinem Epicycli, virtute potentiæ imaginatricis potissimũ, per sensibilia simulachia Classes prædicamẽtales vel categoricas discursui physico maximè conuenire; vti classes entiũ Metaphysicas discursui ab intellectu.

a Forma indagatio Physica.

b Materialis formæ examen Physicum.

c Sũmaria ratio discursus Physici. Signorum signatarumque rerum varia partitiones.

Signorũ genera.

Signatorum genera.

Signa

Digitized by Google



In hac tabella totam vides latenter incluſam cauſſarum omnium atque effectuum ſeriem, ſub nominibus ſigni atque ſignatæ rei: quam rectè Galenus pro morborum indole perſcrutanda, ad ternarium viſus eſt redegiſſe; dum ait, ſignorum ſeriem, partim ab excrementis trahi, ſiue ſubſtantiarum rudimẽtis, (quorum rurſus quantitatem, qualitatem, tempus, & habitum contemplamur) partim ab actionibus, partim denique à paſſione vel paſſibili qualitate. Sed loquitur potiſſimùm de ſignificatione ab effectu & ſymptomatibus: Nos verò tranſuerſam ſcalam totius ordinis interdum ſic exarauimus.

Signorum partitio per Galenum in ternarium redacta.

Digitized by Google



A Forma Propr. — B Magn. Num. Ordo, &c. — C Nat. pot. Habitus, &c. — D Magn. Num. Locus, &c. — E Hab. Disp. Nat. pot. Im. Pass. pass. qu. figura.

1 Subst. — I Differ. propriet. — 2 Quātit. — H Magn. Num. Locus situs Tempus — 3 Qualit. — 1 2 3 — 4 Substantialis dimanatio

2 Quāt. — G Magn. Num. Ordo locus tempus — 3 Qualit. — F Hab. Disp. Nat. pot. passib. qu. Figura. — K A formis accidentarijs principiorum præcedentium — L Similarium Instrumentariorum — L Similarium Instrument.

Circa tabulæ centrum illorum series statuatur quæ vel concaussæ in eodem ordine videbuntur, vel effectus eiusdem caussæ.

Ascensus, descensus atque conuersio in scala physica. Alia signorum diductio circularis priore magis effusa.

Vbique est rursus quidam circulus, quædam synthesis, quædam analysis, quæ cuncta ex ante demonstratis facilè colliguntur. Vel si eiusdem scalæ physicæ figuram magis explicatam voles formam essentialem, cui vestigandæ potissimum labor omnis incumbit, signorum medio tanquam centrum collocabis; cui sanè signorum ordines ductos à circumferentia vndique sic explicabis.

Ordines

Digitized by Google

- *Ordines signorũ ad res significatas gemini referuntur.*
  - *Priores & manifestæ in sinu materiæ à sensu magis*
    - 1. *Primum effectuum concomitantium.*
      - *Vt excremẽtorũ & substantialium defluuiorũ.*
        - *Quãtitas*
        - *Qualitas*
        - *Modus*
        - *Locus*
        - *Tempus, &c.*
    - 2. *Affectionum complicatarum series.*
      - *Vt rerũ*
        - *Continentiũ*
        - *Contentarum*
        - *Impetum faciẽtium*
          - *Quant.*
          - *Qualit.*
          - *Locus*
          - *Tẽpus, &c.*
    - 3. *Signorum præcedẽtium vel à rebus extrinsecis desumptorum.*
      - *Vt rerũ alterantium*
        - *Naturalium*
        - *Præter naturã*
        - *Neutrarum.*
          - *Subst.*
          - *Quãt.*
          - *Qual.*
          - *Locus*
          - *Tempus.*
  - *Occultiores in sinu formæ substantialis per rationẽ magis innotescunt.*
    - 1. *Effectionum ordo ex essentia defluẽtium vt facultates, proprietates & actiones: videntur & figuræ nõ procul hoc ordine semouendæ.*
      - *In his spectamus et*
        - *Quantitatẽ.*
        - *Qualit.*
        - *Ordinem.*
        - *Modum.*
        - *Tẽpus, &c.*
    - 2. *Formæ intrinsecæ essentiam maximè constituentes. Ad has tanquam ad centrum signa vndique referuntur, quanquam & à prioribus naturæ potest hæc esse effectibus cæteris vel signi loco.*
    - 3. *Formæ symmetricæ principiorum præcedentium & extrinsecorum, essentiales tamen, quæ vti in materialibus formis extrinsecis tanquam in gremio resident, ita & ab illis insinuantur proximè.*

Hæc rursus in arte nostra vel sunt
- *Salubria*
- *Insalubria*
- *Neutra*

vel
- *Necessaria.*
- *Pathognomica.*
- *Non necessaria.*

CANON

CANON QVINTVS, CIRCA IDEM PRINCIPIVM PASSIVVM *discurrere in altitudinem docens filo magis logico, & à rationali facultate deprompto.*

Discursus tertius & rationalis à rationali vi potissimum in altitudinem Epicycli propagandus per rationales classes atque discursuũ seminaria prima

SEd cùm ab intellectu subobscuræ sint notiones, sensus quoque ipsius & phantasiæ spectra fugacia; idcirco ab illorum sæpius personata specie, nunc à vero distrahi mentem, nunc in errores præcipitem labi, est necessarium: quandoquidem omnes in eo potissimùm peccant, dum ea quæ pręcedunt, & quæ consequuntur, facilè vident; postea & à successione secundum locum, vel tempus, vel formę fallacem similitudinem, dependentiæ quoque necessitudinem ilicet augurantur: proinde & effectum reijciunt in non caussam velut caussam. Quare discursionibus antedictis succedens ratio, infida phantasmata sensus componit notionibus illis infusis ab intellectu; & instrumentorum circulo, tanquam dimensione tertia in altitudinem prorogata, Methodicam sphæram luculenter absoluit. Circumuoluantur inuicem & promiscuè sese contingant orbes 4. Primus exterior quadruplicia conferat, vt sunt diuersi generis instrumenta, resolutionem, diuisionem, definitionem, demonstrationem: Sub hoc inferior circulus eiusdem generis instrumenta componat differentia penes magis minusúe commune: Interior tertius eorundem partes maiores minoresque diducat: Quartus & intimus compositionem variam, quæ vel ab intellectu in singulis est sub principij scilicet atque effectus habitudine, euidenter expressa vel à phantasia sub nominibus signi atque signatæ rei, vel demum à ratione media sub nominibus entium rationis, generis scilicet, speciei, differentiæ. Horum origo particularis atque sublimior paulò ex antecedentibus liquet; quare nec amplius immorabor. Cogitabis interim in circulis singulis suam rursus conuersionem, suam synthesim atque analysim; quorum differentias facilè scies, si illa quæ de notioribus quo ad nos, quoque ad naturam sint tradita, plenius addidiceris.

Indeterminatas discursuum rationes in Epicyclo per intellectũ factas, & vim phantasticam absoluit Logicus hic discursus in altitudinem. 1

Discursus Logici ratio & eiusdẽ orbes particulares 4. 2 3 4

Vide classium primam constitutionem, deinde & Tractatum de Relatione Methodica.

Ascensus descensusque & circuitus norma in scala rationali.

SCALA

Digitized by Google

SCALA ITAQVE RATIONALIS IN EPI-cycli altitudinem fabricanda ſculpi hoc modo poteſt.

De particularibus inſtrumenti cuiuſque Methodis dicere hoc loco vel ſuperuacuum eſt, abundant enim his ipſis. Dialecticorum ſcholę, pleni ſunt omnes libri, plenę doctrinarum leges atque artificum monumenta, & nos de demonſtratione nonnulla adiecimus in fronte ſecundi libri. Vt tamen excipiam quantum ſit pro compedio ſatis, breue hoc diagramma pro inſtrumenti cuiuſque cauſſis luſtrare non dedignaberis.

Inſtrumentis ſingulis ſua particulares methodi à dialecticis magis ſunt accipienda.

TABVLAE PARTICVLARIS METHODI PRO INSTRVMENTIS SINGVLIS.

Instrumẽtis singulis non minus quam cõpositis naturalib' sunt suæ constitutrices causæ §:

Resolutionis, quæ ab aliis compositio certius appellatur

Finis
naturam dispersam atque ex diuisione multiplicem in vnitatem colligere, vnde & categoriæ huius & classes discretionum cæterq; inuentionis suæ momentum primum obtinuerunt.

Materies seu partes
- Genus in quo colligitur
  - Generalissimum.
  - Subalternum.
- Species quæ colligitur
  - Infima.
  - Subalterna.
- Differentia vel forma essentialis, per quam collectio fit.

Forma
- Modus
  1. Ascẽsus à particularibus dispersis ad vniuersitatem.
  2. Collatio subalternorum in superius
  3. Status in communissimo genere vel principio.
- Lex diuisionum legibus oppositis passim.

Efficiens
- Intellectus
  hinc collectio metaphysica effectuum plurium in idem principium, subnominibus principij & principium habentis.
- Ratio
  hinc compositio vera vel resolutio rationalis, specierum in genus, indiuiduorum in speciem sub nomiabus (scilicet entium rationis.
- Phantasia
  hinc collectio accidentaria plurium vel sublectorum vel accidentium in idem commune, sub signi & rei signatæ nomine.

Exẽplaria
- Metaphysicum
- Rationale
- Physicum

Quæ & cæteris instrumentis & earundem collationibus mutuis communium promptuariorum instar inseruiunt.

Diuisionis, quà rectius dissolutionem cõmuniore vocabulo dices

Finis
naturam in vnitate multiplicẽ (est enim multiplicitas duplex continens & contẽta) membratim discerpere tum innotescat.

Materies
- Genus quod diuiditur, & magis commune.
- Species vel minus commune in quod dissolutio fiet.
- Differentiæ per quas fit diuisio
  - Diuisuæ generum.
  - Constitutrices specierum.

Forma
- Modus
  1. Descensus à genere ad speciem per differentiam diuisiuam.
  2. Constitutio specierum per differentiam constitutricem.
  3. Diuisio rursus inferiorũ vsque ad ſtatum in specialissimis.
- Leges ex Platone
  1. Pro vitando excessu, ne quid nimirum sub membrorum aliquo lateat extra generis rationẽ huius gratia curandum
     - Vt differẽtiæ sint oppositæ, ac proinde duæ, vel ad binarium faciles vt reducãtur.
     - Vt vltra specialissimam speciem minimè prouecharis.
  2. Pro vitando defectu, ne quid sub generis ambitu sit sub membrorũ aliquo nõ cõprehẽsum, cuius gratia.
     - Non cessandũ quandiu in naturis cõmunioribus formarũ diffinilitudines percipi possint.
     - Non labendũ illico à communioribus ad particularia, maxime priusquam ordines intermedios peragratis.

Efficiens, sed per resolutioni opposita vsurpatis
- Intellectus, hinc diuisio metaph. principij in effectus.
- Ratio, hinc rationalis & logica, generis in species.
- Imaginatio, hinc diuisio Physica & accidentalis.

Exẽplaria
- Metaphysica classis.
- Rationalis classis.
- Physica classis.

Cauſſę

Digitized by Google

- Caussæ constitutrices
  - Definitionis
    - Finis
      - Vt res obscuras determinet.
      - Vt veræ demonstrationi medium subministret.
    - Materies seu partes
      - Genus vt materies rei definitæ
      - Differentia vt rei definitæ forma.
      - Definitum ex vtrisq; vt compositum naturale, quanquam hæ partes varient pro caussę efficientis ratione, nam metaphysicę definitionis partes sunt caussa vel effectus; Physicæ signũ vel signatum, subiectum vel accidẽs. Idem & in instrumentorũ cęteris generibus vsuuenit.
    - Forma
      - Modus in def. legitima
        - Vt genus sumatur proximum.
        - Vt addatur constitutrix differentia.
      - Leges
        - Vt omnibus conueniat nec quid contineat superfluum.
        - Vt non pluribus definitio competat quam sese extendit natura definiti, id est, si nihil ad plenitudinem desit.
        - Vt non sit per æquè ignotum, ne definitionum ineptus circulus fiat.
    - Efficiens
      - Intellectus
        - hinc definitio metaphys. sub habitudine expressa caussę atq; effectus.
      - Ratio
        - hinc logica differentia sub nominibus entium rationis, generis, differentiæ.
      - Phantasia
        - hinc descriptio sub nominibus signi atque signati.
    - Exemplaria vel classes triplices
      - Metaphysica.
      - Logica.
      - Physica.
  - Demonstrationis
    - Finis
      - vt verum à falso discernat connexusque in propositionibus subiecti & prædicati rationem assequatur.
    - Materies
      - Vnde desumatur vt loci
        - Axiomata
        - Sedes argumenti à classibus nõ nisi ratione distinctæ
          - Probabiles.
          - Necessariæ.
            - Logicæ.
            - Metaphysicæ.
          - Sophisticæ.
      - Ex qua componitur, velut integrum ex partibus
        - Antecedens
          - Maior vel assumptum.
          - Minor vel subsumptum.
        - Consequens.
    - Forma omnis in applicatione medij ad extrema consistit.
      - Modo
      - Figura
      - De quibus Dialectici plus satis.
    - Efficiẽtiæ diuersitas
      - Ab intellectu metaphys.
      - A ratione logica
        - Vt sunt legitimę demonstrat.
          - τὸ ὅτι
          - διότι
          - oĩs vel
            - Analogistica ab vniuers. ad particul. à caussis ad effectus traditioni commodior.
              - Syllogistica.
              - Enthymematica.
            - Epilogistica priori opposita ad inuentionem aptior
              - Inductiua.
              - Exemplaris.
      - A sensu & phantasia vt sunt magna ex parte probabiles demonstrationes.
    - Classes & exemplaria
      - 1.
      - 2.
      - 3.
      - vt supra.

Digitized by Google

In quo potissimùm vis diſcurſus logici ſtatuatur.

Sed quia vis omnis axiomatis quinti non tam ſpectetur in inſtrumentis ſingulis, quam in eorundem collatione mutua, conandum eſt maximè vt hiſce perceptis primum velut diſcurſionis logicæ elementis primis, paulatim in orbis totius aſcenſu deſcenſuque & peripheria teipſum exerceas. Quod vt quàm dexterrimè conſequaris, Primum Erotematicam methodum ſemper ante oculos habe. illam plerique ſic diuidunt, vt primum inquirant an ſit, deinde quid ſit, quæ cauſſæ, qui effectus rei, quæ partes vel ſpecies; hæc omnia ad ſubſtantiam propius ſpectant: vt iſthæc ad naturam magis accidentariam, quantum, quale, quomodo, quando, vbi ambigui generis videntur proprietates, cognata, & repugnantia. Nos hæc vniuerſim ad 6. redegimus, ſunt enim duo quæſtionum genera de rebus abſtractim & per ſe ſumptis, An ſit, Quid ſit: 2. rurſus de rebus in oratione complexim ſumptis, An conueniat, Cur conueniat: 2. poſtremò de rebus ad actionem inſtitutis, vel de his quæ actionis nomine copulantur, An fieri poſſit, & Quo modo. Ad hunc ſenatium pulchrè feruntur quæſtionum ſpecies omnes, quanquam ſint aliæ quæ ad accidentariam magis pertineant tradendi formam, quàm eſſentialem ac principem, vt cùm in operis cuiuſque auſpicio primum de nomine & ſubiecto negotij diſputatur, de ordine partium, operis vtilitate, &c. Vnde ſic luſimus:

Methodi communis ſiue erotematicæ ratio per quæſtiones in ſtirpa.

Prima 6. quæſtionum genera.

In operis cuiuſque auſpicio quæ primum ſint vrgenda.

Membra decem ſubeant animo tradenda docentis,
Subiectum, ſeries, nomen, finitio, cauſſa,
Effectus, ſpecies, partes, cognata, remota.

Erotematicæ methodi curſus ad illam diſcurſionis Phyſicæ officinam propius ſpectat, paulatim tamen ad rationalem & metaphyſicam vſque prorogatur, vnde & illam hoc potius loco breuiſſimè comprehendi, quod & ratio facultates cæteras in ſe quodammodo referat atque contineat: illud verò huc propius ſpectat, vt cùm ſcientiam tibi ex demonſtratione peperiſſe videaris, pedem non ilico figas, ſed progreſſu in ſyntheſim vel analyſim vlterius facto, effectus effectuum, principiorum principia, rationum rationes altius inueſtiges, dum ad extrema ferè pertigeris. Iſtic quoque fiat ſubinde regreſſus & digreſſio frequens, vt liquido conſtet num ordinis vniuerſi œconomia ſit optima, & in ſymphoniam inconcuſſam cuncta conſentiant, nec tali vel tali poſito alterum ſequatur inconueniens vel impoſſibile, quod pluribus ad pauca reſpicientibus vſuuenit, dum rudiuſculæ rerum ſpecies ſub alia ſæpe, atque alia figura ſe repreſentat: non minus quàm ille marinus Proteus vinclis capiẽdus, vt omnem expediat morbi cauſſam. Eius allegoriam longè pulcherrimam vberius alibi proſecuti ſumus, & ſi nuſquam non præterire commodè poſſim, cùm locus patitur, quod huius ſub inuolucro doctrina ferme hæc vniuerſa claudatur. Non enim ceſſandum, prius quàm ficta hæc ſimulachra deponat, vultumque naturæ proprium abſque vlla metamorphoſeos lubricitate commonſtret. Multùm huic rei artis præcepta conferent, magis tamen vt vſus & innatus animo vigor, qui ſæpe percurrit citius, quàm ipſa currentis veſtigia vel ſumimus artifex deprehendat. Pro ſcalæ iſtius ſoliditate cogitabis inſuper occurrere

Diſcurſus Logici præcipuum ante ſignandum.

Præceptum alterum.

Proteus verè natura enim allegoria populchra ratio vberrimè poſt explanatur.

Digitized by Google

currere passim breuissimum quēdam, sed summè admirandum noti cuiusq; & ignoti, prioris & posterioris circulum, quem nisi natura reperisset, discurrēti animo passim progressus in infinitum foret. Cùm enim semper à notiori sit auspicandum, quæretur sæpius vtrum prior sit conceptus animi quàm simulachrum sensibile, vtrum resolutio diuisionem præcedat, an hæc illam rectius: Iterū nū definitio sit diuisione prior, num definitione diuisio. Apparet enim nihil rectè subdiuidi posse, nisi definitum prius: nec rursum definiri cōmodè absque diuisionis præuiæ adminiculo. Idem hic vsuuenit quod fabricando malleo solet, primum enim procuditur malleus rudis, inde elaboratior alter, cuius subsidio rudiusculus prior denuo ad incudem reuocatur. sed intelligēti pauca. Postremò id quemque in istis monitum volo, ne logicorum horrescant peruulgatas voces, sunt enim arti cuique sua vocabula, vtque in prouerbio est, loquendum vt plurimi, sapiendum vt quàm paucissimi. Idcirco in omni compositione, diuisione, cautè circumspice quid per se, quid per accidens; directè, obliquè; abstractim, concretim; primariò, per consensum; positiuè, priuatiuè; in esse dicatur, in fieri; actu, vel potentia, necessariò, contingenter; sub huius, illius, vel alterius ratione; quæ voce in quantum, eatenus, quatenus, proferuntur. Sunt enim hæc ipsa quibus non modo rebus vel summè dubiis, sed & earum obscurę periphrasi quàm facillimè medearis. Nunc postquam discursus triplicem scalam iuxta animorum partitionem instituimus, contextus omnium optimè sic assequeris.

Prioris & posterioris circuli admirandi in collatione instrumentorum mutua occurrentes.

Solutio difficultatis per similitudinem.

Limitationes logicæ plurimum obseruandæ.

Digitized by Google

COMPLEXVS PARTICVLARIVM ORBIVM TRIVM IN VNO EPICYCLO RATIONALIS ANIMÆ



1 A Cauſſarum proxumarum examen Logicum.
2 B Cauſſarum præcedentium examen Logicum.
3 C Cauſſarum extrinſecarum examen Logicum.
4 D Inſtrumentorum fabrica.
5 E Inſtrumentorum mutua collatio.
6 F Conuerſio totius Analogiſmi & epilog. circa idem.

Partium collatio in Epicyclo.
Longit. Scala

Vnicuique diméſioni ſuus aſcenſus, ſuus deſcenſus, & ſua peripheria, ſed longitudinis ſcala ſimplicior cæteris, atq; epilogiſmo ſæpius fulta facit circuitum lineæ circumductæ, vel circumferentiæ circuli comparabilem. Diſcurſus in

Latitudinis ſcala.

latitudinem areę circuli magis vel ſuperficiei orbiculari quadrat, vnde & compoſitior paulo eſt huius conuerſio, alteram prętequirens vt ſuperficies lineam.

Diſcur-

Discursus tertij scala inter reliquas absolutissima in longum, latum, ac profundum ductilis figurã corporis sphærici plenius representat. Quod si diuulsa istius triplicis scalæ extrema reduxeris, vt quæ spectaculi commodioris gratia in planum sunt exporrecta, ad sphæræ natiuæ effigiem denuò innectantur, habebis animi rationalis circuitum plenum,

Altitudinis scala.

Scala triplicis coaptatio in orbis vnius effigiẽ qua Epicyclum pia se ferat.

Qui patet in præceps tantum, tenditque sub vmbras,
Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum.

Sed vt in cæpta semel similitudine persistamus, quandoquidem in orbe hoc sublunari animam statuimus velut erraticam stellam, imò velut orbis totius præsidem, qui res in multitudinem lapsas ad naturæ simplicioris ideas summa pernicitate componeret, interque tot fluctus, tam varios fortunæ lubricos flatus,

Anima velut erratica stella.

Qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas
Ni faciat maria ac terras, cælumque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.

Proinde & Mathematicos imitati pro motuum diuersissimorum ratione diuersos orbes affinximus, qui tamen omnes sic coaptantur, vt sphæram Epicycli vnius integram repræsentent implexam circulis tribus ὅσπερ καθ' ὀρθόγωνον sese intersecantibus, qui tamen rursus orbes particulares tum intra se continent, tum (vti monstrauimus nuper) ad normam exterioris seu deferentis duplicis attolluntur, sic vt hi communes duntaxat orbitas & confusaneas prodant, paulatim altius exarandas per Epicyclum. Verùm age præcedentis schematis extremæ Coronides mutuò sic inserantur.

Epicycli summa tia compositio.

Tres itaque sint Epicycli motus, prior per deferentes externos, alter proprius toti in long. lat. et alt. postremus plane intrinsecus qui propriã quoque longu. sibi et latit. & altitudinem vendicat iuxta collationis instrumentariæ sectem lib. 2. capite 3. demonstratam.

SPHÆ-

Digitized by Google

SPHÆRARVM OMNIVM ET CIRCVLORVM EXTREMA ΣΥΜΠΛΟΚΗ.



Tollimur in cœlum curuato gurgite, & iidem
Subducta ad manes imos descendimus vnda

Huius sphæræ encomium.

Mirum adeò tot extitisse hactenus præclaras ingenij faces, quæ non abyssos tantum maris & terræ, sed & cælorum infandos aditus perrumpere potuerũt, quæque tot pinxerint arcus & gnomones, tot spiras & circulos, pro inextricabili motionum percipienda diuersitate: Orbes autem pulcherrimos in animo suo anfractusque difficiles, mundo tamen huic exteriori conformes vel animaduerterint nunquã, vel supini prætermerint: nisi quæ fortè repererint, mortalibus cæteris inuiderunt. Quid autem hoc aliud est, quàm foras prospicere, circa seipsum maximè cæcutire; videre quæ supra nos posita sunt, nescire quæ ante pedes: ponderare velle res exteras, ipsis ponderibus ante non exploratis. Absit inuidia verbis, Ego me absque huius cognitionis præsidio præclari nihil vel discere vel vnquam efficere posse semel sic mihi persuasi, vt inde nũquam ab eius inuestigatione destiterim, quam vt prosequerer, principia quidẽ auxilio ex veterum monumentis habuisse non nego: artem tamẽ & compositionem nulli vnquam nisi Naturę opifici acceptam fero, cuius imitatrices animas *Deserta per ardua dulcis*

Raptat amor, iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Ne verò futilior quisquam ad huius doctrinę integritatem frustra tot ante præmissas tabulas, rerumque classes & schemata suspicetur, quasi nimirũ vel adau-

adaugendæ moli vel exornandæ maiorem quàm perficiundæ operam demus: oportunum hic ideo duxi ad hosce extremos discursionum quarumcumque circuitus tres, trium illarum classium iuxtaque relationis triplicis vsum velut exemplo breuissimo commonstrare, sermonem alioqui de singulis vberiorem differens in operis istius alterum tomum. Propone tibi curãdam phrenitidem vel inflammationem cerebri in particulari homine quouis, sitque imperfecta phrenitidis ratio in causarum necessitudine posita, actionem sanè in singulis absque vniuersali methodo non assequeris. Partimur ilico propositam quæstionem in suos fines siue conceptus, quibus se ingerit animis nostris: nam quia hæc omnis ad actionem pertinet, sintque actionum differentiæ duæ, id quod in cerebro sanum est conseruare, morbum sanitati infestum profligare. Idcirco actionis vtriusque non modo subiectum inferius, sed & instrumentum agens, mediumque, siue proportio inter agens & patiens ordine sunt vestiganda. Erit itaque & duplex forma passibilis, & actiua duplex, inuentionis gratia per analysim examini subiiciẽda, Cerebri sanitas scilicet, & morbus eiusdem sanitati contrarius à parte passibilis rei: conseruatrix cerebri virtus, & profligatrix altera à parte obiecti principis vel actiui. Et hic quidem ascensus seu resolutio quæstionis ad illum spectat deferentem circulum primum, cui iam secundus alter siue eccentricus succenturiatus accedit, qui quoniam à quæstionum ordinibus ad res paulatim trahitur, rectè vt centri alterius in animo fulget, eò contendens, vt simplicissimos resolutionis prioris terminos paulò excutiat altius, rerumque examinandarum simplicitatem vel multiplicitatem, etsi adhuc rudi dũtaxat spectaculo prodat, quale fortassis sufficiat ad vlterioris excursus constituendos carceres primos ceu signa in littoribus posita, vnde proretæ excussas naues recta transuersim, sæpe & in circulos agant. Hæc signa tot numero fecimus, quot fermè sint rerũ partes vel species, aut subiecta denique specie differentia, sub compositioris illius (quod resoluendum proponitur) ambitu comprehensa. Eius itaque subiecti rudem imaginem ante discursus determinatiores vt assequamur, sumendum est aliquid à sensu protinus, aliquid à ratione, & intellectu, confusum id tamen omne, suamq; limam siue incudem denuo poscens. Cum de humano tantum cerebro malè affecto sit quæstio, cuius affectionis interdum ne nomina quidẽ sunt manifesta, cõstituam primo humanum cerebrum velut subiectum sanitatis aut morbi, cuius scilicet affecta portio morbo contrarium postulet, sana verò altera simile sibi quo conseruetur. Idem itaque fermè subiectum est cõtrariorum, si genus consideres vel totum aliquod, vt medicamentum, cerebrum humanum: sed differunt eadem subiecta secundum speciem vel partem, vt tale medicamentum vel tale, hæc vel illa cerebri portio. Quare cum prior sit quo ad nos cognitio rudis & confusanea, à genere ad speciẽ, à toto ad partes: conuersus iterum ad illas quadruplices formas ex prima resolutione propositas pro morbo & sanitate cerebri, statuam promiscuè subiectum vnicum resoluendum, quod sit humanum cerebrũ, vel caput, si maior de loco affecto sit dubitatio. hæc stabunt

Totius discursionis cyclognomicæ exemplum in Phrenitide vel inflammatione cerebri.

Quæstio agẽdarũ rerũ proponitur vti primarius finis.

Finis resolutio in conceptus multiplices procuranda phrenitide.

Curationis obiecta triplicia.

Duplex passibilis forma, et actiua duplex per resolutionem subiecti cuiusq; emergens.

1. Motus per deferentem circulũ in vestiganda curatione phrenitidis.

2. Motus per eccentricum.

Exẽplaris deductio per Eccentricum.

Idem subiectum contrariorũ si genus consideres.

In curatione phrenitidis à parte passibilis rei quid statuatur.

Digitized by Google

A parte agentis obiecti quid statuatur.

à parte passibilis rei. Similiter pro forma conseruatrice partis sanæ, & profligatrice contrarij, ad resolutionem statuemus medicamentum in communi vel purgans vel diuertens, vel excalfacta refrigerans, vel aliud præstans pro indicationis ratione, ex analogia subiecti tum resoluti, ad illud obiectũ actiuum, quod actionis gratia priori sit committendum. Prior ergo sit resolutio humani capitis, quod quia secundem speciem simplex in substantiarum ordine collocatur, sui quoque analysin simpliciorem præbet, quàm si de toto agas humano corpore, vel inflammatione, vt pluribus æquè conueniat. Sed rursum quanquam humanum caput nõ minus quam homo sit specialissimum quiddam, & eadem ratione in inferiora specie differentia non dirimatur, multiplex est tamen propter structuram, & quatenus eius communis imago in partes integrales plurimas est diuisibilis. Video enim tum sensu, tum ratione, & intellectu hoc ipsum dirimi primum in formam atque materiem velut principia, deinde in partes heterogeneas, homogeneas, vsque ad elementa. Faciundi sunt igitur resolutionum ordines plures, iuxta conspicuam primò & virtute Eccentrici motus in rebus occurrentem multiplicitatem. Ante formarum seriem insensibilem euidentis materiæ figuram in membra diducam, ponens formarum accidentalium ordines duos, totidemq́ue formantium siue essentialium, quarum vnaquæque scilicet in sua qualibet parte sensibiliũ partium singulis correspondeat, sic tamen vt omnes ad vnã simplicissimam naturaq́; indiuiduam referantur. In hoc Eccentrici puncto defixus Epicyclus discursionis reliquum peragit, paulatim à rudi & indeterminata analysi magis magisq́; ad accuratiorẽ alteram versabundus. Quin & huius motus auspiciũ ab intellectu occultam orbitam pro longitudine signans ex motus prioris velut confinio in rectum atque continuum exporrigitur. Nã simulac subiectum passibile in formam atq; materiem separaueris, vtrãque deinceps adhuc sub multa caligine in quosdam continuos causarum ordines duci conueniet,

Humani capitis resolutio multiplex.

1 Dissolutio capitis humani in sua principia prima.

2 In partes heterogeneas & similares.

Formarum materialium ordines 2.

3. Progressus per Epicyclum in curãda Phrenitide.

1. Epicycli raptus in longitudinem.

Penitusque necesse est,
Multa diu concreta modis inolescere miris.

Nam licet totius scalæ protensę in lõgitudinem ductus ab intellectu profluẽs ab eodem maximè dirigatur, hic tamen immersus corpori facit hæc omnia quodam corporeo modo, per signa videlicet externo quidem sensui manifesta, sed minùs certa, quàm quibus Physici in suis discursibus vti consueuerunt. hi etenim & à substantia sæpe argumentum trahunt, à quantitate, qualitate, & generibus cæteris; cum Metaphysicus ex classe sua duntaxat tres habeat communes sedes, quibus res referat ad vnum eundemq́ue finem siue principium. Sunt autẽ eiusmodi signa, quæ partim à quantitate, partim ab illa æquiuoca similitudine depromũtur, quorum hæc sublimior paulò ad primæ illius ideæ Metaphysicæ priorẽ typum propius spectat, reliqua verò indicia cum à quãtitate, vel penes loci, vel tẽporis mutuã necessitudinẽ ad idẽ ferme similiter trahant, relationis speciẽ intellectui debent, examẽ pressius phantasiæ, quæ rebus vel summè intelligibilibus (nedum materiei) locum perpetuo obtrudit & tem-

Obserua primarum classium 3. vsus præcipuos in particulari negotio vel artium praxi.

Crassa nobis est ratiocinatio per classem metaphysicam solam absque aliarum adminiculo.

Locus & tẽpus rebus intelligibilibus perpetuo cõplicata.

Digitized by Google

& tẽpus. Videmus hoc ipsum vel à natura insitũ nobis, vt ante indicij firmamenta sic sæpe de rerum causis vel effectibus sententiam crassiusculè proferamus: Sumpsit æger hoc medicamẽtum, deinde desiit febris, ergo febris ex eo medicamẽto est profligata; vel, Caput alligatum est vasis, vasa ex corde & hępate proficiscuntur, ergo vel cor, vel hæpar afficit caput. Crassa est omnis eiusmodi demonstratio ad errorem facile ducens, nisi penitius per sensum & rationẽ illustretur; Sit tamen crassa vt volet, nobis certè discentibus primum est necessaria, cum illa per notiones quasdã infusas ab intellectu discursionis ceu longitudinem pręstet, quæ progressa paulatim in latitudinẽ, vt linea in circulum; & hinc in altitudinem, vt circulus in solidam sphęram, totius tandẽ scientiæ caput absoluet. Quare ab intellectu phrenitidis causas si vestigare propositum est, prius vt dixi ex metaphysica classe signandus est ordo, totam distribuens obiecti passibilis rationem in dependentiæ continuæ gradus partim ab ipsa æquiuoca similitudine, partim à loco & tempore consignandas. Quare in particularibus multis eiusdem speciei dissecto humano capite, partes primum instrumentarias contemplabere, maiores, medias, vsq; ad munitissimas; vbi statim occurrent connexus secundũ locum, dũ aliæ sint afficiendæ primario, vt cerebrum ipsum, aliæ afficiant per consensum vt mẽbranæ, vt sensuum circunfusorum organa, aliæ demũ extrema connectãt, vt venæ, arteriæ, nerui. Posteà cum instrumentarias partes absolueris, rapit te altius sensus cum intellectu, sensus quidem vt partes illis priores & similares inuenias continentes primum, inde contentas, vel si mauis compositiores primum, inde paulatim & simpliciores vsque ad simplicissimas: per intellectum verò in illis quæ continentur maximè (vt sunt humores & spiritus, seu impetum facientia quælibet) occurrunt nexus perpetui, iuxta tres temporũ differentias, dum alia quidem sunt in affecto loco & actu iã influxerũt, alia influũt quidẽ, actu nõ obsidẽt tamẽ; alia influxũ eminus atq; expeditionẽ parãt. Postremo cũ depẽdentiæ gradus ex quantitate deduxeris, restat ab intellectu superior inquisitio tertia, per æquiuocam similitudinem in causis extrinsecis magis conspicua, vt cũ humorum perturbationem in cerebro ab elementis sublunaribus quis velit deducere, & horum rursus ab illis æthereis atq; cælestibus, dum ad Mathemata fere & formas incorporeas vsque conscenderit, idq; penes apparentẽ velut in superficie formarũ similitudinẽ, lucis scilicet, abyssi, atq; proportionis medię, vel penes participationẽ vnius, veri, boni, pulchri, ex radij illius cõtinuo ductu ab ente principe ad non ens siue materiem. Peregrina nõnihil hæc rebus medicis ratio est, & quasi supra facultatis limites cõstituta, illis tamẽ nõ omittẽda, quot quot scientiã solidã quærunt, & nõ duntaxat rerũ proximas rationes, sed & rationũ rationes vsq; ad extrema principia, quorum gratia discẽda est & Medico, non tantum facultas rationalis cũ Physica, sed & Geometrica elementa cũ Astronomicis rebus, cum ipsa denique Philosophia prima, vt plenũ ingressus scientiæ circulum (Græcis ἐγκυκλοπαιδείαν. Homericum illud epithetum mereatur ἀνδρῶν ἀντάξιος ἀλλῶν. Illis ergo Metaphysicis signis paulisper

Vulgaris hæc ferme discurrẽdi ratio est, vnde infinita penitus errorũ atque opinionũ scena.

Rudis hæc argumentatio quid Methodo cõferat

Summaria ratio discursus Metaphysici ad vestigandã phrenitidis curationem.

Expressius multo hæc per discursus Metaphysici adhibitã scalam intelligũtur. Vide principiũ Canonis 3.

Partiũ instrumẽtariarum contẽplatio & connexus secundũ differentias loci.

Partiũ similariũ resolutio vt sunt similares tantũ.

Nexus in singulis ratione temporis.

Nexus tertij consyderatio propter equiuocam similitudinem.

Vsus mathematũ & Metaphisice in medicina & particulari scientia quauis.

Digitized by Google

adhuc in lubrico positis, statim congenitas notiones, primorumque conceptuum auxiliares copias mens adiungit, perque analogismum rudiusculam in communi statuit, quæ tandem à quibus in humano capite affici queant, formam quoque affectionis variæ in iisdem deprehendens iuxta materiæ sensibilem extensionem, vtpote quia cerebrum videt connexũ organis sensuũ externorum per venas, neruos, & arterias, ratiocinatur more quãprimum suo externa hæc instrumenta à cerebro affici posse, & hæc vicissim ab illis. Ratiocinatur influxum fieri posse vel ab hæpate ad cerebrum, feruentis sanguinis & crassi, qui inflammationi gignendæ sit habilis, similiter defluxum humoris pituitosi à cerebro per neruos ad oculos, aures, ventriculum, omnesque subiectas capiti partes, vbi per neruorum sympatheiam sint colligatæ. Hactenus fere procedit vis intellectus, cuius confusa dimanatio magis profecto in vniuersalibus pollet per propositionem disiunctiuam (vt sic loquar) quàm vbi suscipitur de particularibus sermo, vbi & inter disiũctiuæ partes quæritur exceptio definita. Proinde mens ipsa diuisionis instrumentum sibi familiarius habet, quemadmodum cõpositio facultati est imaginatrici, cuius proinde influxus etsi cum priori altero in idem continuum fermè æqualiter extendatur, fertur tamen opposita via. Cumque sit vnum vtrisque spacium, motus tamen ordinibus & terminorum ratione assiduè velitantur: cumq; suas particulatim habeant scalas & dimensiones singuli, miscent se tamen in singulis variè, alterq; in alterius ditionem tacitè repens, serit ceu falcem in alienam messem, sic tamen vt penes illum possessio maneat & principatus, qui discurrenti peculiarem relationis speciem subministrat. Postremò quantumuis sensus potissimum cum phantasia in particularibus; intellectus robur in vniuersalibus elucescat: sunt tamen & in vniuersali methodo & particulari qualibet necessaria semper vtriusque subsidia, vt se mutuò elaborent. Nam vbi de re communi quæstio est, mox & notiones vniuersales suggerit intellectus, quibus tamen & à sensu quippiam inoleuit. Partitur deinde idipsum ratio, & rursum sensus auxilio per diuisionis membra se singula confert, & ab eodem accepta primum per eundem rursus examinat. Vbi de singulis quæstio est, similitudinem sensus per indiuidua plurima lustrat, hæc operationis & intellectus in vnitatem colligit, vnde cum rursus doctrina emerserit vniuersalis, redit ad singularia cætera, quodque ex particularibus ante composuit, particularium denuò velut amussim facit. Vides vbique potentiæ triplicis conuersionem mutuam, & circulos admirandos.

Exemplũ discursus per intellectũ solum in phrenitide.

Intellectus magis circa vniuersalia viget.

Diuisio intellectui familiarius instrumentum.

Compositio familiarior virtuti imaginatrici.

Cõplexus occursusque mutuus extremorum sensuum in anima rationali.

Extremorũ sensuum vbiq; mutua necessitudo vt se mutuo elaborent.

Docetur idem exemplo.

Sic tota passim regione vagantur
Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.

2.

Progredere demum ad classes Physicas, & relationem à facultate imaginatrice præstitam, videbis quid animæ hæc quoque singula conferant in Epicycli latitudinem excurrenti. Quandoquidem scilicet naturam obiecti propositi soluere in partes continuas primum, deinde & in externos alios dependentiæ gradus, quorum censuræ ab intellectu suffecerat loci & tẽporis notio

Progressus animæ secundus per Epicyclum in latitudinẽ excurrẽs per scalam Physicam.

Epilogus discursionis prioris facta per intellectũ

Digitized by Google

notio cum analoga quadam similitudine referente cuncta ad idem indefinito modo, succedit altera mox discursio à phantasmatibus oriunda, quæ scalam transuersim subrigit rebus consideratis secundùm idem, vt signum, vel signatum scilicet. Vtque in scala Metaphysica, totius relationis tres erant communes loci, quorum sublimior vnus huic facultati familiarior, reliqui cum sensu magis vel imaginatione communicent: ita & in discursu Physico vna est relatio secundum idem, vnà transuersi circuli latitudo, diuisibilis tamen in partes eiusdem rationis, vt & harum prior siue sublimior rationi fortassè plus debeat quàm phantasmatibus ipsis, dum penes naturæ substantialis communionem expressam sæpius sub nomine generis, speciei, proprij, vel differentiæ, rerum spectandarum transuersos ordines ducit, earundem captans indicia passim nunc obliquè paululum ex apparẽte communi similitudine, (quam ex affinitate vnius speciei vel generis trahunt) nunc ex communione caussarum, effectuum, accidentium, subiectorumúe cõsideratorum semper sub signi nomine vel rei significatæ. Sunt itaque triplices ferè relationum differentię secundum idem, vti ad idem in Metaphysicis, atque harum prior rationis vt plurimum semine fermentata vix inde diuellitur, ad phantasiã nihilominus spectat, tum quia res refert vt dixi, tum quòd scalam optimè in latitudine struat, cuius intuitu si resolutionis partes singulas ante in lõgitudine factas rursus examines, omnemq; signorum exercitum voces inter substantias & accidentia, futurum est nihil effugiat, sed rerum immensam seriem spatio quàm breuissimo comprehendas. Earundem relationum secundum idem posterior altera est secundum idem subiectum: postrema secundum accidens, quæ quidem vniuersim effectus atque principij rationem in Metaphysicis obtinent, hic verò vt signi vel rei signatæ. Et harum vtraque rursus discursui Physico magis sunt propria, magis determinata propter maius commercium sensus, sed lubrica tamẽ atque nonnihil æquiuoca, nisi intra prioris illius relationis, quæ secundum idem essentiale sit, ambitum refrenentur, quæ firmius paulò (vtpote sub nominibus entium rationis) & scalæ transuersæ continuitatem efficit, & naturæ res ante dispersas in vnitatem vocat atq; coërcet, non minus quàm in intellectus scala loci & temporis continuitas quiddam magis instabile præ se ferebãt, quod ad sublimiorem continuitatem alteram rectiùs referatur: quæ quamuis cõfusior, multò tamen augustior cæteris, habet per se quippiam quo caussæ effectusque necessitudinem mutuam monstrat; habet & cõmune alterum, quo locis atque temporibus continuitatẽ in longitudinẽ præstet, totamq; sese vt gubernatrix per tota diffundat. Ergo cùm iuxta confusas & loci & temporis differentias, iuxtaque continuam seriem analogæ similitudinis humanum caput resolueris, formamq; affectuũ à limine videris multa adhuc indagine circumseptam, Mox hominum genus in classe substantię constitutum ita proponito, vt sub se habeat plurima, sed duntaxat numero differentia, ad quę sola huius scalæ pręsidio descẽsus patet. Suprà se positum animal habet, deinde & corpus animatum, postremò corpus atq; substantiam. Quo magis à specie sursum conscen-

Discursus Physici ratio in phrenitide per potentiam imaginatricem.

Comparatio relationis Physicæ et Metaphysicæ.

Latitudinis Epicycli particularis subdiuisio cum totius idea vbique consentiens.

Cõnexio 1. penes naturæ substantialis cõmunionem. 2. penes idem subiectum. 3 secundum accidens.

Secundum communem substantiam.

Secundum subiectum.

Secundum accidens.

Collatio mutuæ nexuum singulorum in scala Physica.

Exemplum discursionis Physicæ in latitudinẽ raptu Epicycli.

1 Secundum communem substantiam.

ditur, ſigna magis indefinita ſenſui ſunt æſtimanda: vigor enim phantaſiæ (vt diximus nuper) magis eſt circa particularia tanquam ſuæ cognitionis exordia, quorum compoſitione vſque ad ideam communiorem facilè ſcandit. Quin ſi de valdè communibus quæſtio eſt, vt de morborum cura in vniuerſali, tum magis iſtorum omnium ratio per aſcenſum ex morbis particularibus innoteſcet, quàm ſi deſcendens quiſpiam ex natura affectionis de morbo volet diſſerere. Operæpretium tamen exiſtimo, ſcalam totius generis ſemper ante oculos ſtatui, ne quid effugiat, quemadmodum quoque in Metaphyſica ſcala nobis eſt inſtitutum. Neque enim vbique examen ſcrupuloſum eſt neceſſarium, præſertim quando præceps vrget occaſio, quæ citiùs interdum diffluat, quàm plenos hoſce circuitus omnes animæ ratiocinantis admittat. Verùm etſi res penè ſit inimitabilis, nec ipſe vt velim perpetuò conſequi poſſim, ad perfectionis tamen imaginem vel exemplar optimi aſpirare quis prohibebit? Nec dubium, quin fuci plurimi hæc velut petita longius & extra Methodi ſepta reijcient procul, quando nimirum ad comparandas opes non tam hodie referat quid quiſque ſciat, quàm ſcire vt videatur; quibus ſanè vel lingua venalis ſufficit, vel aſſentandi ſola peritia. verùm aliud eſt ſophiſtam vel paraſitum agere: aliud ſanè artificem vel philoſophum: aliud lucri compendium quærere, quod norunt vel improbiſſimi: aliud viam ad bene beateque viuendi ſtudia, ad ipſum inconcuſſæ felicitatis cumulum affectare. Sed ne digrediar longiùs. Curandum eſt Phyſicè diſcurrenti, primùm vt rei propoſitæ in quæſtionem habitudo ſpectetur, nunc ſecundum idem commune genus ſupra ſe poſitum, nunc (quod ipſi familiarius multò eſt) ſecundum particularia plurima ſubter degentia, ſiue ſint ſpecies, ſiue eiuſdem ſpeciei indiuidua. à ſuperiori genere nonnulla pro ſignis inueniet, quæ tamen ad rationem propius attinebunt quàm ad facultatem imaginatricem, etſi iuxta figuras ſecundi libri, altera in alterius ditionem quandoque tranſcendat. Sic enim natura inflammationis confuſe apprehẽſa à cæterorum corporum ſimilitudine, quæ inflammantur; formalem quoque inflammationis cauſſam in humano cerebro craſſiuſculè nobis inſinuat, docens confeſtim quæcunque ſint pinguia, quę obſtructa, quæ putrefacta faciliùs inflammari ex ignis afflatu, qui ſibi materiem prædiſpoſitam faciliùs apprehendit. Ab inferiori ſpecie vel ſingularibus multis multò faciliùs infert imaginatio velut per Epilogiſmum, aſſumptis ſimul partitionibus factis per intellectum, vt ad colligendam ideam phrenitidis vniuerſalem ſic primò incedimus: Diuiſum eſt humanum caput in oſſa, muſculos, cutem, membranas, cerebrum, neruos, venas, arterias. ſunt autem in ſingulis ſui ſpiritus, ſui humores velut contentæ ſubſtantiæ: Rurſus, connexum eſt cerebrum per venas hæpati, per arterias cordi, per neruos partibus ferè corporis vniuerſi. Ergo & per ſe laborare poteſt pro partium ſimilarium diuerſis locis, naturaque humorum qui actu poſſint incumbere. Horum pituita pigrior minus inflammari potis eſt, calidior ſanguis, calidiſſima bilis, præſertim ſi craſſiori ſanguini complicetur, vnde & in vaſis obſtrui queat, paulatimque putreſcere,

Idea perfecti artificis.

Exemplum quomodo ſecundum commune genus ratiocinemur in diſcurſu Phyſico.

Quomodo per ſpecies in idē genus contendentes ratiocinemur.

Rurſus aſſumpti primi exempli vberior illuſtratio à diſcurſu Metaphyſico ſuum trahens.

Digitized by Google

treſcere, & inde calorem induere peregrinum: per conſenſum ſimiliter affici poteſt facta euaporatione à corde, hæpate, ventriculo, cæterisque partibus ſimili modo colligatis. Hæc ab intellectu ferè ſunt ſingula, qui diſiunctiuè labitur vſque ad rationem, notiones quidem à ſeipſo poſſidens vnà cùm relationis ſpecie, ſed limam à facultate media poſcit, à ſenſu & phantaſmatibus, vt experrectus eorum quæ nouit in patria reminiſcatur. Tranſuerſim denuo tendens imaginatio per huius diſcurſus ſe confert ſingulas partes, ſimulque naturæ vniuerſitatem relatione vniuoca in concilium vocat, expendit & genera & ſpecies cuiuſque, & indiuidua, cernit in Achille, Hectore, Aiace, Paride ſyndromen Phyſicam non admodum differentem: læſa etenim ſit eadem actio mentis, vt Ratiocinatio, Memoria: præcedat in ſingulis animorum intentio vehemens, labor, vigilia, & quæ vehementer excalfaciunt: coniuncta ſint alia ſigna innumera, vt oculorum fulgor, præpoſteræ voces, ſudor in vultu frigidus, maxillarum rubor, inſomnia turbida, & clamitet ægeri ignem ſeſe videre ſæpius, pugnas, laruas, aut dæmones: poſtremò inter concomitantia per criſim erumpat ſanguis è naribus biliоſus, vel pus per os & aures, vt ſæpè à nobis eſt obſeruatum. Nónne his omnibus per imaginationem à ſenſu ritè collectis inter particularia plurima, ſuccurrit protinus & reſolutio prior ab intellectu, quando nimirum mox propioris cauſſæ ideam in animo fabricamus? Quia etenim dictat id intellectus, ſimilia facilè ſimilibus affici, præſertim quæ ſibi conſentiant affinitate loci, temporis: rurſus ſi quid poſito altero quouis ſic ponatur, vt eo ſublato vnà tolli ſit neceſſarium; conijciam ilicò argumentatione adhuc inæquabili ſatis, intraque diſcurſus dimenſionem duntaxat duplicem conſtituta, ex illis infuſis notionibus partim, partim ex ſenſibilibus ſignis, morbi iam obſeruati materiem proximam eſſe feruétem ſanguinem craſſum, atque inflammationibus opportunum: Colligam & locum in ventriculis cerebri vel in membranis proximis, vel in ipſa ſubſtantia. Quod ſi materiem ex qua cum loco affecto iunxeris, patet obſcurè & morbi formalis ratio, cerebri nimirum vel membranarum eiuſdem inflammatio à ſanguine calido ſeu biliоſo altiùs ingruente, & ibidem vehementer obſtructo: Non enim hoc aliter melius, quàm per cauſſarum concurſus exprimi poteſt, à quibus nimirum ſit comprehenſa. Docet has cauſſas Epilogiſmus à ſenſu, Analogiſmus ab intellectu: viſum eſt enim in pluribus euacuato pure, vel ſanguine calido ſiue per artem, ſiue naturæ beneficium, continuo & morbum deſiſſe: illis autem perſeuerantibus ægros vitam morte commutaſſe. Accedit illis indicijs quod colores efflorescunt ſimiles ſuis humoribus, vnde cum in pluribus ſimiliter affectis oculi & maxillæ rubeant, lingua ſæpius ſit biliоſa, vix dubium quin de materie firma vtcunque ſit demonſtratio, niſi fortè quid aliud nobis imponat determinandum altiùs modo per orbem ſcilicet abſolutiſſimum mediæ rationis. Ita profecto ad normam diſcurſus gemini indeterminatam morbi cómunis rationem inueniſti, cui vel à ſymptomate vel cauſſarum aliqua, vel extrinſeca quadam ſimilitudine iam nomen imponas licet, Græci

Diſcurſus Phyſicus ſecundum communem ſubſtantiam.

Signorum exegetatio in Phrenitide ſecundum communē ſubſtātiam vel accidens.

Cauſſarū adhuc indeterminata collectio in Phrenitide.

Materies morbi quomodo inuestigetur.

Locus affectus vt colligatur.

Morbi formalis ratio quomodo ſit colligenda.

Forma quo pacto optimè exprimatur.

Morbis nomina vt imponantur.

ab

Præceptũ aureũ eo spectans, vt pauciores discursuum circuli nobis sint pelagrandi.

Experientia rerũ ante omnia veneretur.

Priuatæ experientiæ defectum supplet auctorũ expertissimorum lectio.

ab affecto loco Phrenitidem appellarunt. Meminisse verò in harum discursionum singulis operæpretium eius quod dictũ est suprà, quo pauciores vbique circuitus fiant, nec toties alternandæ ascensuum descensuumque vicissitudines, vnum id esse ad veri compendia velut momentum præcipuum, & Mercurialis digiti loco, Vt cuncta quæ possumus in omni quæstionum genere primum sensibus ipsimet exploremus; quòd si id non datur, ab alijs omne id accipi debet, cum delectu tamen, ne quibusuis temere, sed exercitatis maximè, maturoque iudicio præditis assentiamur præcipuè postquàm & tempore & doctorum plurium iudicio sint approbata. Sed nunquam ex alijs proficitur melius quàm si instructis Methodo sua nobis exempla siue historias prodant, deinde & breues sententias, atque ex diuturna obseruatione collecta apotelesmata, vt in re medica summus Hippocrates fecit. Quanquam & hæc, & quicquid considerationis reliquum est, suopte ingenio quiuis, & absque labore inquirere per Methodum possit: Quòd eò dico, ne semper aliena industria freti velut inter edentulos vescamur, solido nunquam nisi præmanso cibo.

Ex vniuersali Methodo, quomodo ad singularia proficiscendum.

Quare cum ideam morbi cuiusque vel alterius rei repereris vniuersalem, si nunc de singulari quopiam sit ineunda ratio, hic sane oportet & ante discursum particularem Methodus communior illa præcedat, tanquam amussis optima ex vsu multo & axiomatibus ante iam confirmata, quę cùm tibi caussarum seriem atque effectuum omnium inuentam analyticos per synthesim ob oculos constituerit, vt perstes in illam defixis oculis vide. Nam disiunctiuè tradita ab intellectu, per subsumptionem denuò imaginatrix virtus excipiet, sic tamen vt in particulari hoc phrenitico ita dispositas cerebri partes, omnemque capitis resolutionem intelligat, atque in multis hominibus ante per experientiam est definitum. Excipiet mox omnis generis signa, quæ si collecta cum vniuersali Phrenitidis descriptione consenserint, nihil aliud superest, quàm circumspicere ne quà imponat falsitas personata sub specie veri, cuius gratia ad rationis vrnam plusquam Minoïam aut Rhadamantinam, ad orbem instrumentarium tu te conuertes, incipiens primo accuratiùs componere singula, diuidere, definire, eiusque quod præcedit ad id quod sequitur necessitudinem altiùs explorare per demonstrationis solidæ vim, quæ nos à vulgi errore fædissimo vindicabit, ne temerè semper ex continuitate fluxili, ex consequentia prorsus instabili, & vanioribus spectris elusi iudicium proferamus, vt viles duntaxat animæ solent, effectum continuò reijcientes in non caussam velut caussam,

Axioma Methodicum maximè obseruandum.

3 Digressio ad Epicycli tertium ductũ in altitudinem, qui propter vim rationis præsidem rationalis est appellatus.

Vsus discursus Rationalis.

Longum hic maris æquor arandum,
Longa procul longis via diuidit inuia terris.

vt cum poëta loquar, nam qualis in toto fuit circuitu triplex dimensio, eadem fermè vniuersa vel in vna hac animi parte principe designatur. Perrumpenda tamen est acies, & cùm pro quæstionum varietate de rebus varijs vbique noua sit difficultas, omnis vel sub ignoti simpliciter, vel sub multiplicis nomine, vel analogiæ mutuæ inuestiganda ratione, aptanda sunt singulis inuentionis,

Orbis rationalis totius sphæræ ideam omnem in se complectitur, vt supra est demonstratum.

Discursus Logici norma.

a tque

atque iudicij instrumenta necessaria, ac resoluendum insuper toties quot sunt cuiusque intercidẽtis quęstionis obiecta, vt in Phrenitide cum difficultas suboritur an cerebri substãtia sit pinguis propriè, discenda est ilico natura pinguedinis accuratè per resolutionem nouam, deinde & cum natura cerebri penitius vniuersim hæc definita atque distincta est conferenda, spectandumq; sedulò num tali vel tali hypothesi data absurdum aliquod vel impossibilè consequatur. Vides vt quæstio quæque quæstionem alteram trahat progressu vel in infinitum, vtque vno dissecto velut hydræ capite, septena regerminent, quę tamen ex illis ordinibus antè signatis intra vnius orbis instrumentarij machinam, si probè nectantur, tantum ex illa infinitudine præsecabitur, vt confectis velut præcipuis, reliqua emoriantur, parteque victoriæ inuictus animus vt acquiescat. Quare hic tibi circuitus solidus cuncta in altitudinem rapiens, magnam à seipso vim possidet, magnam quoque & à sensu, & intellectu; vnde non sua duntaxat instrumenta explorat ratio, illa nimirum circa eandẽ conclusionem seu veritatem voluens velut sphæræ totius vnicum centrum, sed & alas sursum deorsum explicans, ad simulacra sensuum sese demittit, iterumque ad notiones infusas vsque sublimis assurgit, *Et tantum vertice ad auras*

Aethereas, quantum radice ad tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra, nec imbres
Conuellunt, inuicta manet, multosque per annos
Multa virum voluens durando sæcula vincit:
Tum fortes latè ramos & brachia tendens
Huc illuc media ipsa ingentem sustinet vmbram.

Exemplũ discursionis logicæ in vestigãda phrenitidis natura.

Rationalis virtutis impetus varij et potestas admiranda.

Itaque cum morbo correptũ delirare quis viderit, non ilico inflammationẽ esse fatebitur, si probè examinet per distinctionẽ accuratã affectus, qui per se sint, quique per consensum, quare ad partes cõsentientes cerebro quamprimũ se transferet, expendẽs sedulo num ab hepate, num à corde per exhalationẽ & sympathiam, nexusq; venarũ, arteriarũ, idẽ quandoq; accidere rationi sit consentaneũ. Conferet deinceps instrumẽta diuersi generis, postea & instrumẽti easdẽ species, inter se; postremò & instrumẽtorũ singulas partes quæstioni subiiciet, dum totũ cõpleat orbem. Sed velle hęc demõstrare in partibus singulis, negotij prorsus est infiniti, nedum superuacaneũ, pręsertim cum paucis probè cõceptis reliquũ multo celerius mẽs absoluat quàm vel doceri exẽplis, quàm scribi calamo, aut voce exprimi possit. Illa modo dũtaxat adiicimus, diuersam esse longitudinis, latitudinis, & profunditatis rationẽ in Epicyclo, si ratio à facultatibus cæteris separetur, vti nũc facimus: tũc enim penes illarũ differẽtias tres, tria quoq; dimensionũ genera definiuimus. Alia rursus est harũ acceptio cum vis rationalis ita concipitur, vt potestate sit totum quiddã, & aliarũ vires in se contineat; tunc enim vel ipsi soli sua est longitudo, latitudo, atque profunditas ex instrumentariæ collationis diuersitate, vt & superiore libro, capite de materie methodi satis est demonstratũ. Nos vt dispersa quàm maximè traheremus in vnitatẽ, vtrasq; dimensionum effigies, simulq; ipsius rationalis animę

Exemplũ superioris illustratio.

Instrumentarij circuli ratio.

Dimensionum Epicycli orbis duplex consyderatio.

1 Rationis potentia à cæteris distincta.

2 Rationis potentia sic concepta, vt intellectum et phantasiam in se complectatur.

Digitized by Google

motus omnes & circulos vno exprimere præcedenti ſchemate conabamur, vt & ſuperius tradita nequaquam temere quis exiſtimet, ſed cuncta in ſcopum vnicum & ſphæræ vnius fabricam optimè conſentire. Accedit alterũ dignum vt obſeruetur, quemadmodum ſcilicet in relationibus cæteris tres erant tanquam cõmunes ſedes totius ordinis architectrices; ita & hic cum inſtrumentorum diuerſæ ſpecies inuicem comparantur, quiddam eſt magis rationale. Ad Phyſicum magis deuergit, cum eiuſdem ſpeciei ſunt inſtrumenta, quippe accidentaliter tantum ſubiectiũque communioris aut minus cõmunis nomine differentia: ſed & illa quid Metaphyſicum redolent, quæ inſtrumẽtum quodlibet ſoluunt, vt totum in partes integritatem conſtituentes. Itaque vt & facultatum animæ trium miſturas ſiue occurſus mutuos paſſim, & ſedes particulatim ſingulas in ſingulis ſcalis ſiue dimenſionibus animaduertas; idcirco & hanc figuram nolui præterire: ita enim paulatim ſphæræ vniuerſæ & operis noſtri ſtructura membratim vſque ad minutiſſima ſcrupula dirimi debet.

In ſingulis diſcurſibus tribus tres eſſe totius nexus vel ordinis vultus communes laros.

Oſtenditur idem in orbe rationali.

1 Sub diuerſarũ ſpecierũ notione.

2 Sub magis minusque communis notione.

3 Sub partis atque totius habitudine minima.

Diſtinctio ſingulorum vbiũ velut in gradu atque minima.

QVADRANS SVPERIORIS SPHÆRÆ PER OMNES *ſui dimenſiones 3. in minora ſegmenta diuiſa.*

Ex relatione potiſſimum Metaphyſ. ad idem.

6 Modũ conſiderãdi ratio, in quo nimirũ ſtgenda ſit acies animi ad veſtigandas Endeixes proportionesque rerum æſtimũ ad paſſibiles illas, circa quas hactenus dicta eſt ratiocinatio.

Medium Paragogum.

CANON SEXTVS, DE INDICATIONVM SIVE *ἐνδείξεως claſſibus conſtituendis, & mediæ proportionis characteriſmo.*

OMNI itaque in Dimenſionem triplicem pro veſtigandis obiecti Pathetici cauſſis animi diſcurſione perfecta, ſuccedent leges axiomatis ſexti, cuius potiſſimum virtus circa mediũ Paragogon, & in eodem circa *ἐνδείξεως* ſiue Indicationis ordinem occupatur. At quodnam eſt medium hoc Paragogon, in quo duorum ſit extremorum ſcrutanda proportio? Myſterium ſanè pluſquam magicũ in naturæ abdito

Digitized by Google

abdito ſinu delitescens, infandum ſtupido vulgo fucisque ignauissimis pro ventre atque libidine prius quàm veritate rerum aut pulchritudine contendentibus prorsus imperscrutabile. est enim totius occultæ proprietatis virtutisque specificæ fomes & index longè certissimus, qui tamẽ sub primos intuitus non extra essentiam terminorum videtur subsistere, sed in vtriusque cõgressu positus nobis vix aliter quàm cogitatione deprehendi potest. Signandæ sunt igitur pro resolutione quædam occultæ viæ, ductusque discursuum triplices, eodem penitus numero partiumque concentu, atque in obiecto pathetico fieri decreuisti. Quare & interordiniis singulis communem adiicies nominum rationem, vt sint futuri conciliabuli velut vmbratiles sedes, quarum theatro amplissimo Natura passibilis rei iuxta & agẽtis ingenium ad lancem pendeat, ad amussim solidam exploretur. Sed quid verbis opus est? metemur rursus hoc modo proportionis ex parte formarum duplicium ordines duos, & horum singuli in particulares alios continuè dirimentur.

Medij consyderãdi vsus vbertimus et in omni negotio maximè necessarius.

Medij delineãdi ratio.

Pro Resolutione medij Paragogi, formētur sic loci cōmunes & Indicationū Characterismi.

1

Analogiæ formarum materialium in agēte subiecto conceptarū per hypothesim ad formas materiales rei passibilis ante determinatas, Vt exempli gratia ad formā capitis salubrem tuendam, cuius simile quæritur in materie Medica.

2

Analogiæ formarum essentialium in obiecto agente conceptarum ad formas essentiales rei passibilis ante repertas & solidè definitas.

	1 Analogiae princip. proximorum.	2 Analogiae princip. præced.	3 Analogiae principiorum externorū & remotiorum à natura subiecti.
Similarium analogia secundum formas materiales.	Partium communium compositiorum. 1 2 3	Part. communium simplic. humorumque. 1 2 3	Vt naturæ inferioris 1
Instrumentariarū partiū analogia mutua secundū materiē magis vel formas accidēt.	Partium organicarum Maioris compos. 1 2 3	Partium organ. minoris vel mediæ compositionis. 1 2 3	Vt cęlestis influuij 2
Similarium proportio essentialis mutua.	Partium commun. compositiorum. 1 2 3	Partium communiū minoris cōp. & humorum. 1 2 3	Vt rerū quę supra naturam. 3
Instrumētorum proportio essentialis mutua.	Partium organicarū mai. comp. 1 2 3	Partium instrum. min. composit. 1 2 3	

In his quęretur frequētius Tēporis Proport.

In his spectanda magis Loci atque figuræ Proportio.

& Temperam.



Quod ad naturam ἐνδείξεως ciuſque ditionem longè vaſtiſſimam ſpectat, ne plura conſecter quæ penè ſunt innumerabilia, iſtthæc pro tanto aceruo cõprehendimus breui: Primum Indicationis vocabulo paulo aliter vſos veteres, & eorundem aſſeclas Neotericos, quàm vſi nos hodie ſumus. Eſt enim ἔνδειξις propriè dicta (quo potiſſimum nomine acceptam Galeno atque Hippocrati reor) ſimilitudinis quædam vel diſſimilitudinis notio inter ſubiectum actiuũ, ſubiectumque patheticum, vim nobis futuræ actionis inſinuans ex analogia ſiue proportione vnius ad alterum. Vt cùm naturam partis affectæ, cùm vires ęgroti ac morbi indolem vniuerſam in cauſſas ſuas ſiue principia reſolutam, ad cibi vel medicaminis in ſua ſimiliter membra diſſecti ſeriem comparamus, iſthic ſecundum ſubſtantiam formaſque accidentarias ſpectata proportio rationis endeicticæ nomen optimè promeretur. Hanc eius acceptionem vti legitimam & quæſtionibus practicis familiarẽ laudamus oppido, ſed nolim perpetuò his ſolis limitibus coërceri, quando & ἐπιδείξις Ciceroni dicta, omniſq; adeo vel de duorũ in propoſitione copula, vel de rei abſtractim cõſideratę natura per extremorum analogiam in ipſo medio ſuſcepta demonſtratio ab huius ambitu remoueri non citra iniuriam facilè poſſit. Cedendum eſt itaque ſubinde pauliſper ab illa nominum (ne dicam & rerum, cum vſus poſtulat) peruulgata conſuetudine, etſi hodie ſcriptorum plurimi in veterum verba iurantes, de ſe ſic planè deſperent, vt omni iam veiut natura prorſus effœta nihil inuentis adiiciant nouum, ſed cuncta concedi velint abſque vlla in poſterum priuati iudicij ac ſtudiorum ſpe. Sed tardi ingenij eſt (vt ait Cicero) ſectari riuulos, fontes rerũ non videre, & iam ętatis eſt vſuſque noſtri à capite quod velimus arceſſere, & vnde omnia manent videre. Equidem in hoc negotio meo auctoritatem cuiuſuis nec ſuſcipiendam leuiter, nec cauilládam temere duxi, quin prius naturæ viuum vbique exemplar intuitus rationum mearum vim vniuerſam, opes, & copias (quantum in me fuit) ex legum conſenſu, ipſiſq; ordinibus partium & totius harmonico filo infractam aduerſariis ſtruere meditabar, non tamen vbique tam ea quæ vellẽ perficiundi ſpe, quàm experiundi voluntate: ſed prima conantem honeſtum eſt in ſecũdis tertiiſque conſiſtere. Nos itaque priores indicationum differentias penes materiem fecimus circa quam occupentur: ſuccedent iſtis poſteriores aliæ penes naturæ diuerſitatẽ cuius eſſe dicuntur: poſtremò ſubiungi & tertia poteſt ab ipſa ſignorum varietate ſumpta diſtinctio, quanquam eiuſdem ſint rationis fermè quæ indicantur, & illa à quibus ſumi indicatio ſolet. Quare & indicatarum & indicãtium rerum fieri communes locos iuxta ordinem ſcilicet claſſium 3. ſed præcipuè Categoriarum decem.

Endeixis vel Indicatio in medio contemplanda.

Nominum accepta.

Indicatio quid Galeno & Hippocrati.

Endeixis Ciceroni.

Indicatio nobis quàm latiſſimè accipitur pro omni proportionis demonſtratione inter extrema vt & ad quæſtiones ſimplices & problematicas eius vſus extendatur.

Non ſemper ab auctoritate pendendum.

Quod optima probationis ratio in operis totius ordinibus ordinumque conſenſu tacitè includatur.

Indicatorũ diſtinctio triplex.

1 Penes materiem et quæſtionis differentiã.

2. Penes naturã eorum quorum eſſe dicatur.

3 Penes ſignorum differentias per quas fit indicatio.

Indicantium & indicatarũ rerũ communes loci.

Digitized by Google



Vniuersum verò Indicationis ſyſtema, vt formam ſolidam ſpectáti melius præ ſe ferat, ita depinximus.

Cum



D Natura effectus inter res abſtractim conſideratas.

E Proportio ſimpliciſſima principij ad effectum naturalem.

F Natura principij vel cauſſę inter res abſtractim cõſideratas.

● Subiectum Propoſitionum.

H Medium extremorũ in propoſitione.

I Prædicatũm vel extremum maſculum propoſitionis.

K Natura termini vel ſubiecti paſſibilis.

L Proportio agentis obiecti ad paſſum.

M Natura termini agentis vel maſculi.

● Loci communes rerum, de quibus & ex quibus ſumitur Indicatio.

Cum ergo omnis Indicationum ratio in Analogia vel proportione cõſiſtat, eſt enim iuxta appellationem communiſſimam Indicatio proportionum demonſtratio inter extrema duo; quotcunque fuerint ſanè proportionum differentiæ, totidẽ & ἰνδιξεος ſtatuantur, ſed proportionũ differentiæ tot ſunt quot comparationes inter extrema, tres ſcilicet iuxta quæſtiones nuper diuiſæ ſeriem primam. Erunt ergo & Indicationũ ſpecies tres, quarum & ordo & compoſitio cum antè dictis ſeruat vbique progreſſum parem. Primò etenim iuxta Analyſim in quæſtione practica proportio quæritur inter agens & patiens, fitque in horum examine continua quædam collatio materiæ ad materiam, formæ ad formam, efficientis ad effectricem cauſſam; rurſusque in ſingularũ ordinibus proximioribus cauſſis proximæ, mediis mediæ, & remotiores quæque remotioribus in arenam committuntur, poſtremò & pro minutiſſimis ſcrupulis ſpectabis tum loci in ſingulis, tum tempotis adæquatas analogias, vbique conſenſus diſſenſuſue neceſſitudinem quærens, identitatis vel diuerſitatis no mine inter ſubſtantias, æqualitatis inæqualitatis in quantitatis genere, ſimili-tudinis vel diſſimilitudinis in qualitate, cõformis diſformiſue naturę in generibus cæteris. Et quãquam non omnibus ſint omnis generis cauſſæ vel in cauſſarum reſolutione progreſſus pares, eò quod aliis rebus alia principia deſint, vt materies, finis, atque in pleriſque ad illa externa vſque principia productæ analyſes ſint ſuperuacuæ, vt ſæpe in ipſa materia rei medicę, vbi vel effectrices proximas velle inquirere minus emolumẽti quàm negotij parit: Conandum eſt attamen

Indicationũ natiõ in quo conſiſtat.

Indicationis ſummaria definitio.

Indicationũ primæ ſpecies 3. 1 Quæſtionis practica Indicatio quomodo ſit inſtituenda.

1
2
3
4

Reſolutiones aliæ aliis ſunt perfectiores.

Reſolutionis exẽplar optimum ſemper præ oculis ſtatuendum.

Digitized by Google

attamen, vt resolutionis passim & compositionis optimæ, qualis potissimum in Medicinæ subiectis vsu venire solet, præ oculis habeamus, non secus quàm Iouis pictor aut Mineruæ contemplatus alterum, è cuius vultu similitudinem duceret. Insidet enim in animis nostris interdum species optimi, in quam defixi licet inimitabilem ferè, ad eius tamē similitudinem artem & manum dexterè dirigamus. Quin ipsa formæ essentialis resolutio (si amputari negotium magis & circumcidi voles) non tam vbique ad discursionis circularis necessitatem, quàm pulchritudinem confert, cum passim licuerit formæ rationem in ipso constrictam materiæ sinu tacitis præterire, eiusq; tum synthesim tum analysim vniuersam vna discursus linea simplicissima (à materiæ scilicet ad effectrices vltimas causas) penes syndromis accidentalis seriem inclusam imaginari, vel ex hac ipsa colligendam cæteris dare. Nam licèt propter essentiales formas syndrome accidentaria resoluatur, ex huius tamen consp icuo vultu interna illa & abdita cognoscetur, ad cuius vnius & indiuisæ nutum auscultant velut pedisequę cæteræ. Has enim ipsas concipiens sensus partibili modo diuisas & multiformes transmittit ad intellectum, qui proinde formam etsi simplicissimam necessario vt diuisibilem cernit, cum omnia sint in ipso recipiente per recipientis modum, vt habet axioma Metaphysicum. At vt vnde digressa est reuertatur oratio, Inter Endeixes omnes illa compositissima est & veræ Indicationis nomen maximè promeretur, quæ pro agendarum rerum quæstione susc ipitur, causas actiuas rerum passibilium causis ordine & veluti in aciem instructas pulcherrimè comparans. Illi succedit altera multo simplicior, ad rationem propius spectans, quàm animi cæteras facultates in propositionum terminis, in subiecti & prædicati comparatione consp icua, quæ tamen Endeixeos species non necessario semper priorem hanc compositissimā & simplicissimam alteram intercedit, vtpote cum nulla problematum resolutio vel compositio mediam se repræsentat: Vnde sæpissimè à quæstione practica statim ad rerum simpliciter vel abstractim cōsideratarum syntheſim vel analysim, ætiologismum & indicationem properamus. Sed in hac simplicissima fit rursus vel duorum diuersorum ordinum collatio mutua, vt formarum materialium ad accidentarias, vt singulis respondeant singulæ catenatim, vel vnius ordinis partium inter se, vt cum materiales proximas seu continentes remotioribus aliis, effectrices interiores extrinsecis cæteris ordine comparamus; sic vt omnes licet caussarum nomine ad vnum effectum referantur, eædem tamen effectus particulatim atque principij rationem obtineant inter se.

Resolutio essentialis ordinis pulchra magis quā necessaria, vbi materies satis continua est & ordinata.

Propter formam materiei passim̄ sit resolutio.

Formæ rei indiuisibilis propter intellectū tamen sensibus aliquatum quadāmodo fit diuisibilis.

1 *Endeixis practica.*

2 *Endeixis problematica.*

3 *Endeixis simplicissima.*

Endeixeos simplicissima comparatio maximè composita.

Sint



Sint itaque coordinati trianguli plures A. B. C. in quibus collatio ab A. ad B. analogiam agentis ad paſſum repræſentet; A. verò ad C. vel B. ad C. ſubiecti ad prædicatum in axiomatibus artium quarumcunque: poſtremò A. 1. ad A. 2. vel B. 1. ad B. 2. effectus cuiuſque ad cauſam rei abſtractim in animum ſubeuntis. Iſthic quadratum A. 1. A. 2. B. 1. B. 2. continebit omnes triangulos A. D. & B. D. proportiones quoque A. 1. ad A. 2. item B. 1. ad B. 2. Quadrato ſimplicior trigonus A. C. vel B. C. continebit tamen proportiones A. 1. ad A. 2. item B. 1. ad B. 2. Similiter concurrant inuicem pyramides 2. vna ex parte agentis, altera paſſibilis rei, erit proportio compoſitiſſima totius pyramidis A. G. ad pyramidem B. G. cuius indicatio per omnem C. E. lineam eſt comprehenſa: continet enim hæc ipſa proportionem C. G. ad D. G. item E. G. ad F. G. lineam: C. D. baſis ad baſim E. F: ſegmentorum D. H. ad H. I. & I. G: rurſum I. G. ad G. K. & H. I. ad K. L. poſtremò D. H. ad L. F. Secundò ſit illa ſimplicior proportio C. G. ad D. G. lineâ, vel E. G. ad F. G. terminorũ in propoſitione analogiam repræſentans, continet hæc tamen proportiones priores alias atq; omnium ſimpliciſſimas D. H. ad H. I: rurſus H. I. ad I. G. indicationibus illis optimè com-

Demõſtratio per triangulos.

Altera illuſtratio per pyramides.



mè comparabiles,quæ rebus in naturæ efficientia nudis inter effectũ & cauſſam ſcilicet, vel inter prius principium atque poſterius adhibentur. Huius indagationis vlterior via eſt per illum diſcurſum triplicem,cuius iam frequẽs à nobis facta eſt mentio. Diſcurſionum verò carceres primi ſunt ſenſus experientia notiones ab intellectu(quo non ineptè autorum receptæ ſententiæ & artium quarũq; axiomata communiſſima referuntur) & in ratione poſiti cõpoſitionis diuiſioniſque rudes characteriſmi. Atqui vt doctrinæ totius ſummam expedias breui,eiuſdem negotij dicam collatis duobus corporibus ad mutuæ proportionis examen ſoluere in partes ſuas proportionales,inq; principia,dum ad puncta peruenerit,atque ſit reſolutio in agentis cuiuſuis & paſſi comparatione vſque ad rerum ipſarum cauſſas extremas & elementa. Nam in corporibus comparatis ſoluitur altitudo in partes corporeas primum, mox & in principia proxima, vt ſuperficies: comparantur deinde partes corporeæ partibus,ſuperficies ſuperficiebus: ſoluitur iterum ſuperficies in partes minores latitudinis totius;in principia quoque eiuſdem dimenſionis, vt lineas: conferuntur tertiò ſuperficiei partes partibus conſimilibus,& lineæ quoque lineis: reſoluitur poſtremò linea in partes longitudinis & in puncta velut principia vlterius indiuiſa:comparantur partes partibus lineæ,ſiuntq; excurſus varij vel à primò puncto ad poſtremum,vel hinc ad primum,vel à medio quouis ad extremorum alterum. Eadem prorſus ratione ſi rerum duntaxat analyſim ſpectes,confertur agens paſſo,vtrumque dirimitur in formarum ordinem duplicem, comparantur deinde ordines maiores agentis maioribus paſſi,forma agentis formæ paſſi, materies materiei. Soluitur rurſus materies in ſimilarem inſtrumentariam,forma conſimili modo ſpectatur ilicet & inſtrumentorum habitudo mutua & ſimilarium inter ſe. Poſterior ſectio eſt maiorum partium inſtrumentariarum in minores ſimilarium, proximarum in extrinſecas & remotas.conferuntur poſtremò proximiores agentis cauſſæ proximioribus paſſi,præcedentes præcedẽtibus,extremæ extrinſecis, & tandem quoque inter eiuſdem longitudinis partes cauſſæ proximæ agentis rei eiuſdem præcedentibus cauſſis, præcedentes extrinſecis. Similiter & in excurſu paſſibilis rei, cuius ſuprema inquiſitio in illa conſiſtit mentis agitatione triplici,à ſenſu,ratione, & intellectu . Quod ſi magis ad artium conſtitutionem aptanda ſit huius ſimilitudinis ratio, videbis non alio ductu ſuſcepti negotij ſummam in duas primum partes diſtribui,vt tertiam æſſequatur,quarum prior circa materiem paſſibilem, circa actiuam poſterior nos exerceat; ſoluitur itaque in ſuas demonſtrationes & comparantur ſingulæ ſingulis; ſoluitur denuo demonſtratio in ſua principia,& hęc in propoſitiones, quæ rurſus in terminos, dum hi poſtremò in ſuas diſſiliant cauſſas & elementa; eſt & vbique collationum æqualis norma. Nec magni artificis duco, eidem ſimilitudini ſyſtema alterum applicare,miſtum videlicet ex rerum & inſtrumentorum diſſolutione, cuius proinde ideam (ne nimis prolixi ſimus) ex an-

Quæſtionum cõpoſitiſſimarum analyſis ſim. diſſolutione corporũ vbique in partes analogas eſt quàm ſimillima.

Applicatio ſimilitudinis.

1.
Si rerum duntaxat quæſtio ſit.

2.
Si magis ad artium conſtitutionem rationalem quæſtio referatur

3
Si permiſſi de rebus vt ſunt in animo vtique in naturæ quæſtio ſit.

Digitized by Google

ex antedictis videre qui volet poteſt. Vis itaque Indicationum vniuerſa in hoc conſiſtit ex parte rerum, vt rei actiuæ ratio ex paſſibili colligatur, formalis ordinis ex materiali, & poſtremò in ſingulis lineis Maiorum partium ex minoribus, proximarum ex præcedentibus, præcedentium cauſſarum ex cauſſis extrinſecis. Vbique ſit veſtiganda proportio ſympathiæ vel antipathiæ ſecundum ſubſtantiam vel accidens, indagationis loci ab iiſdem ferè ſumantur, quibus ipſa rerum natura diſpeſcitur, & reſoluta in cogitationem cadit. Huius demum velut antes extremi in animorum ſeminio triplici in trina diſcurſione figuntur. Ex parte inſtrumentorum ſimiliter compoſitionis cuiuſque notio quò ad nos ab alterius ſimplicioris notitia pendet, magis communis ex minus communi, interim vt communiſſimorum finium communes ſunt indicationes paſſim, ita & membratim diſcerptorum diſcerptæ magis ac definitæ; vtque actionum noſtrarum naturalis actio velut amuſſis & regula, ita & in reſoluendis affectibus præter naturam naturæ congruus ſtatus vbique proderit exemplaris loco. Transirem ad canones cæteros, niſi me ingens hic ſcrupulus occuparet de differentiis rationum ſcilicet, quæ tum res indicatas, tum indicantia loca diſterminant. quorum omnium, vti diximus, prima ſunt genera duo, ſubſtantia nimirum vel accidens. In accidentium genere ordo potiſſimum & quantitas difficultatem hactenus pepererunt & pariunt nobis. Quod ad ſubſtantiam, illa me fatigauit plurimum Medici ac philoſophi ætate noſtra clariſſimi ſententia, quæ in tractatu de abditis cauſſis, rei cuique genitæ alias à materie, alias à qualitatum temperamento, alias à forma vires ineſſe definit. Nolim hic ego Fernelij placita argumentis multis inceſſere, quæ ille forſitan etſi prolixè tradita vel non explicuit ſatis, vel alio quouis acceperit ſenſu, quam vt à nobis percipi queat, mihi tamen magis ſit veriſimile, vim prorſus eandem & vnicam ab accidentariis formis connexis inuicem atque ab ipſa ſubſtantia proficiſci (niſi per rationem dirimi voles) Deinde & illud violentius iuſto eſt, vt qualitatum temperamentum quò ad actionis ἀπέργειαν à nuda materie ſeparemus, vel (vt ipſe conſtituit) qualitates actiuas calorem frigus, ad nomen qualitatis ſolius, paſſibiles cæteras alijs à paſſibilibus ortas ad vnam materiem relegemus. Nam vti ex claſſe Metaphyſica ſatis oſtenſum eſt, diuiſa eſt quidem à forma materios, & ab vtriſque qualitas: is tamen eſt omnium in natura connexus mutuus, vt quamuis ſupra materiem magnitudini iunctam ſyndrome ſit accidentaria, ſupra qualitatem ſpiritus, ſuperior ſpiritu forma vel anima, poſſitque forma quid agere interdum abſque commercio corporum vel qualitatum, quoties inuicem actu ſunt ſeparatæ, ſic tamen quoties natura inuicem complicantur, actiones ſuas coniunctim produnt, vt omnium vnica vis, ſcopus vnus, atque conſenſio videatur. Ac ne in verbo ſit difficultas, diuerſis partibus vnius

Concluſio ſummaria de indicationis vi.

1. *Ex parte rerum.*

2. *Ex parte inſtrumentorum.*

Axioma ad indicationem pertinens.

Quæſtiones difficiles de differentiis rationum in diſterminandis rebus indicatis & indicantibus.

1. *An alia à forma alia à materie vel qualitate vires totim compoſiti eſſe dicatur.*

Authoris opinio.

Ratio.

compositi diuersa quidem munia viresque contrarias inesse vel sensus docet: nam & qualitatũ in singulis quædam est oppositio, & actionum opposita ratio quamdiu inter se mutuo conferantur; non tamen si vires formæ superioris cũ inferiorum viribus compares actiones diuersas diuersis principiis fluere rectè colligimus, quando nimirum vbicunque miscẽtur tota principia totis eorum & vires implicitas nunquam se mutuo deserere sit necessarium. Nam quod à forma & spiritu defluere quicquam in continuũ velint absq; hoc vt de subiecta substantia quippiam defluat vnaque sit resolutum, id ne in sole quidẽ concesserim corporibusque cælestibus cæteris summa virtute concretis. Quod cum sit παραδοξότατον libro sequenti vberius demõstrabitur. Nunc profer si placet ipsius Fernelij ab artificialibus rebus sumptã similitudinem, vbi aliam ait fabro, aliam securi vim inesse (quanquam non sit eadem vbique ratio formæ ad materiem, cui semel immersa est, quæ fabri ad securim, cui totus ipse toti non complicatur, sed vt gubernator assistit solum.) Potest quidem faber extra securis præsentiam struere quodcunque in animo velit, actu tamen efficere nunquam potest, quin & ideã actionis institutæ absque instrumentorum conceptu vix communissimam assequatur. Pro particulari negotio sanè nõ securis tantum figuram vt meditetur, sed & quantitatem, qualitatem oportet, atque vtendi modum: quin si viuidius instituenda sit comparatio rei factitiæ, scilicet cum naturali, formam securis vniuersam potius ad particulares compara, totius enim id ratio postulat, vt aptè diffindat, penetret, quanquã sit particularis à forma manubrio vis vt ab agente regatur, fronti securis acutissimæ vt dexterè secet, dorso eiusdem crassiusculo vt obnitenti solido cõtra insistat, nec ad singulos ictus facilè diffringatur. Omnes hæ vires priuatæ atque oppidò differentes secundum figuram particularem distinctis partibus tribui solent, ad communissimam tamen atque ante dictam vnicam velut multarum præsidem, velut quę cunctas ambitu in se contineat, appositissimè referuntur. Sic sanè inest & animali toti, imo & partibus singulis sua quædam communis ratio, formaque cæteris eò latius patens, quantò pars vnaquæq; in plures alias membratim dirimi possit: insunt & singulis vti sunt partes distinctæ quædam seu propriæ vires particulatim rursus formarum accidentaliũ nomine discrepantes, quæ tamen si cogitatione iungantur, vnam totius actionẽ semper absoluunt, quemadmodum & qualitates ipsæ dum coëunt, syndromen materialem vnicam reddunt, & temperamentum eiusmodi quod ab informi materie si quis abstrahere per intellectum volet, nihil reliquerit præter non ens merum, ens in potentia tantum per se rebus gerendis inefficax. A forma totius itaque actio est generalis, vt à securis forma incisio, sed actionis eiusdẽ pugnantes inuicem sunt differentiæ plurimæ, quarum essentiales quidem ceu penetrans, resistensque facultas à partium diuersitate resultant: Accidentales autem, vt penetrandi celeritas, robur, commoditas, ordo, à partium quoq; quantitate dependent, ab ordine, situ, figura, & modo. Quemadmodum itaque magis commune quodlibet minùs cõmunium rationem in se complectitur, actu

Tota totis misceri in compositione naturæ.

Contra Fernelij rationes obiter. A simili in rebus artificialibus.

Particulares figuræ vires particulares obtinẽt, quæ tamen in formæ vnius virtutem vnicam planè consentiunt.

Similitudinis applicatio ad naturalia.

Syndrome materialis seu qualitas.

1. Qualis fit virtus à forma potissimum.

2. Qualis à partiũ differentia fit actionum diuersitas.

3. Qualis ab accidẽtium differẽtia actionũ diuersitas in partibus singulis elucescat

Axioma per conclusionis modum ex antedictis

Digitized by Google

actu tamen ad hoc vel illud sit indefinitum: ita & forma communis siue essentia rei cuiuslibet formarum particularium & actionum ideas optimè nouit, particulatim differentes tamen penes essentiam absque partium diuersitate non exequitur, vti nec accidentariam in iisdem actionibus differentiam explet absque illa quæ sit in singulis accidentium quoque natura diuersa. Quid igitur dicent si alias à forma, alias à qualitatibus vires inesse constituant? Nam quod à forma præcipua sit actionis essentia, quodque à qualitate qualitas, à quantitate robur, rationi est consentaneum, vnde & totæ subsantiæ totas tribuunt vires, partes & accidētia magis determinant, enimuero pugnant in motus genere extensio, contractio: item vtriusque celeritas, tarditas, sunt & sua cuique particulatim organa & organorum propriæ formæ, non tamen idcirco aliud est inter principia quod membrum extendat vel cōtrahat, aliud quod moueri hominem facit, aliud quod sese mouere celeriter, licet de partibus singulis vel qualitatibus collatis mutuò dici id merito possit. Nec aliud rursus in animalibus est vegetatrix anima, aliud quæ chylum aut sanguinem coquit. Nec in cerebro diuersa est cognoscendi virtus, & quæ imaginatur, cum sic se habeant tantum, vt magis minusue commune, nec quicquam possit communior virtus extra particularium opem siue subsidium, nisi vnum excipias hominem, cui quædam est anima immersa corpori, quam & brutis sanè communem volunt: quædam ab hoc diuidua, eique solummodo vt clauo gubernator assistens. Isti (me Hercule) illud concesserim lubens, quod vires suppeditet homini inter cōposita naturalia soli, solas à sola forma meritò nuncupandas ab omni commercio corporis alienas. Sunt huius generis vt intellectio, diuinatio, quæ tamen præstat sic rationalis anima, vt forma separata nequaquam in corpus demersa, quemadmodum & corporeas actiones cæteras subit, vt & corporeis organis alligatur. Nam inter formas semper abstractas, vt Angelorum, dæmonū, proportionis ratio est simplicissima, quanquam & has se mutuò trahere vix aliter senserit Plato, quàm magnes ferrum, vnde huius nomine videntur ad plenam orbis totius Musicam ita illarū substātias effinxisse, vt quamuis respectu nostrum omnis sint compositionis expertes, respectu tamen superioris opificis penitus indiuisi, tanquam in plura principia diuidantur, vt sit in singulis sua quædam cunctis superior forma, sua deinde spiritalis essentia, sua postremò qualitas atque materia, quorum proportio vniuersim infandam illius ordinis hierarchiam pro captu humanæ mentis absoluit. Cùm enim à Deo per Angelos animasque gradatim inferiores idearum omnium & rationum seminalium sit vnus continuus ductus, in quo nimirū & formę & spiritus & corporeæ qualitates, & singularum denique proportiones ordine depingantur, eundem sanè nec abrumpi in Angelis ipsis, sed cohærere perpetim (suo tamen & inexplicabili modo) rationi est consentaneum. Quanquam ista licentius forte quam par sit, iuxtaque veterem magis Theologiam, à qua si vspiam fides Christiana dissenserit, flectendum ocyus monco, ne argumētis lubricis freti imponere Pelio Ossam; & more Gigātum

Redit ad quæstionē ante propositam cū illustratione veritatis.

Exempla.

Exceptio in hominis cōpositione

Solus homo vires à forma profert, quæ materia non debentur.

Proportionis ratio inter formas abstractas.

Formis abstractis sua tamē est compositio iuxta Platonicos.

Idea series continuus ductus à Deo ad res inferiores.

Non temere cum ethnicis philosophisse nos decet.

Digitized by Google

bella cum diis gerere videamur. Est tamen & inter composita naturalia magnum aliquid prorsus & admirandum, cuius occulta ratio vix habet quo referatur, nisi iuxta opinionem vulgatam maximè id formæ principi soli virtutique specificæ tribuamus: Etenim animalibus cæteris terribilis leo ad cantum gallinacei pulli protinus expauescit. Infinita sunt animalibus odiorum vel amicitiarum semina, paruus pisciculus Echeneis pulsa vi venti nauigia sistit vel medio mari, trahit ferrum herculeus lapis, interdum abigit, trahunt festucas & surculos electrum, adamas, quodque nec aquæ nec olei capax est aurum argento viuo inebriatur. Taceo sanè marini torpedinis tactum, venenatorum morsuum plagas, vim fulminis admirandam, vim tot liquorum, gemmarum, & stirpium; stupenda penitus est fascini ratio, ipsarumque imaginum, quæ prolem in vtero matris sæpe transformant. Quid autem de Catablepha animali constituas, deque tot facultatum internarum externarumque consensibus, quos antequam numeres, prior deficiat dies? Tractantur doctissimè & ex professo infinita pene exempla eiusmodi, tum à Fernelio ipso & Fracastorio, tum à pluribus alijs illustribus viris, quos inter amicitia coniũctissimum mihi præterire non possum Antonium Mizaldum, qui præter alia præclara maximè in omni philosophia præstita, hanc partem vel solus absoluit libris Arcanorum pluribus, lib. de simpathiis & antipathiis rerum. Effectus eiusmodi velut naturæ sublimioris oracula videmus oculis, haurimus auribus passim, effectionis principium tamen vix cogitatione consequimur. nam quod virtutẽ vulgo dicant à specie proficisci, dicere id cuiuis & semper licet, quodque sit forma quędam occulta interior virtus & abdita, ne hoc quidem malè, præsertim si referatur ad sensus. Verùm quid aliud nobis responsa eiusmodi, quàm ignorantiæ meræ, ineptarumque descriptionum circulos nectunt, atque in scientiæ professione de rebus nil sciri posse demonstrant: vnde non alios tantum à veri sedula inquisitione deterrent, verùm & supinos struunt ignauiæ pontes, omnique his vestigandis methodo interclusa, nos in æternum chaos noctemque præcipitant. Sed cum diuinæ Methodi vis circa proprietates occultas non secus ac fuluũ spectetur in ignibus aurum; deducam hæc latius sequenti tomo, quo cuncti tantorum operum fructus nunc affatim gustent, simulque comprehendant præcipuum totius negotij caput, vt demum allecti discursus istius similitudine velut exemplo imitentur idem in particularibus cæteris. Nunc autem id agimus tantũ, vt omnem abstrusæ scientiæ vim in ætiologismo atque indicatione positam scias, vtriusque columen rursus in analogia rerum ad inuicem in proportione mutua contineri, quam quia plurimi vel inter classicos (fortasse animorum modestia magis quam torpore vel hebetudine (non tantum sensibus, sed & humanis mentibus inaccessam, linguæ inexplicabilem dicunt, conandum amplius duxi, num ope diuinę methodi, velut alis sublati Platonis atq; Hippocratis, mortales oculos istos in tantam lucem figere valeamus, alioqui periculum rati, ne maior pereat nostræ cognitionis & felicitatis portio, eiusque simpli-

Obiectio aduersus ea quæ hactenus sunt tradita de forma vi atq; materia.

Occultæ proprietatis exempla infinita.

Authores varij de proprietate rerum abdita pertractantes.

Quam sit inepta neotericorũ plurium ratio de rerũ abditis caussis.

Methodi vis præcipuè in rerũ abditis caussis apparet.

Digitized by Google

ſimplicioris ætheræ, quam cauæ incluſam ferulæ clam Ioue ſuſtulit illa mens opifex προμήθευς ἀγκυλομήτης, deductamque cælitus terræ penetralibus impertiuit. Omiſſis itaque hoc loco prolixioribus argumentis, ſtatuam liberè & vnius tantùm demonſtrationis ſubſidio fretus, quod omnis & virtus occulta & manifeſta à toto compoſito proficiſcatur: nihil autem à qualitate ſola, nihil à ſpiritu ſolo, nihil à ſola forma; cum nulla fiat extẽſio in rebus compoſitis, nullaque ab interiore principio ſit dimanatio, quæ accidentalis ſiue extrinſecæ formæ multiplici vultu non obruatur, vnaque (ſi compares ad actionem occurrentibus rebus) non ſpiritalis effluuij ſimul corporumque minutiſſimorum proportiones efficiat. Vis enim à forma quidem præcipuè in ſpiritum tranſit, ab eodem in qualitatem atque materiem; in forma quidem vt ſimplex, communis, & indiuiſa: In materiali gremio vt multiplex, ſingularis atque diſperſa, non minus quam vna ſit luminis virtus in ipſo vt calefaciat ſole, quæ tamen progreſſu in multitudinem effectrix eſt ſæpe contrarij, dum hæc indurat, ea liquat & fundit; alia viuificat, alia rurſus exhaurit & labefacit, eiuſdem vbiq; caloris influxu. Quod ſi has actiones ratione materiæ contrarias eſſe contendis, non repugno: attamen hæc contrarietas ipſa non tam ſpectanda eſt inter principia ordine copulata ſecundum lineam rectam, quantum inter principiorum ſingulas partes partiumque oppoſitas qualitates velut in latitudinem exporrectas. Quare & inter agens paſſumque quodlibet formarum, ſpirituum, totius denique ſyndromis accidẽtarię vna eſt & indiuiſa proportio: ſi ductus longitudinem ſpectes. eadem rurſus diuerſa & multiplex, ſi partium quarumcunque figuras ſingulas, & in his nonnihil diuiſam totius ſyndromis effigiẽ, vnaque & ſpiritalis vehiculi partes velut pro latitudine contempleris, vti in ſubnexis triangulis liquet. Sit enim ſuperior agẽs quodlibet, inferior autem rei paſſibilis loco, A. quidem vtrobiq; ſupremus apex, & angulus formæ ſit indiuiſę, quæ tamẽ progreſſu fit diuiſibilis, primò ſecundũ lõgitudinis radiũ, in B. ſpiritibus ſeſe communicat, In C. ſyndromi accidẽtarię, In D, corporeæ moli ſiue materiæ. Ita enim & B. ſpiritus trãſit in C. & D. vti C. dũtaxat in D. iuxtaq; hanc habitudinem proportio ſimplex eſt penitus, A. ſuperioris ad A. inferius, ſimiliter B. ad B. & C. ad C. & D. ad D. totius deniq; triãguli vnius ad alterũ totũ. Sed ſi nũc & latitudinem ſeces E. I. in partes proportionales vtrimq; E. F. G. H. I. vt E. quidẽ ſit & F. à dextris cuiuſque principij: H. & I. ſint à ſiniſtris poſitæ; G. autem in medio, mox & totius ſyndromis, totius ſpiritus, atq; materię diſtinctę formę diſtin-

Breuis demõſtratio eius ſententiaque ſtatuit vim omnẽ à toto compoſito proficiſci: ſiue ſit manifeſta ſiue occulta.

Nihil à forma ſola vel qualitate proficiſci.

Virtutũ tranſitus vbique à forma per ſpiritum ordine & qualitatum in materiẽ vſque.

Virtus omnis in forma vnitur, in materia gremio diſperſa conſpicitur.

Simile.

Obiectionis ſolutio.

Virtutũ progreſſus in longitudinem trianguli vnus et indiuiſus.

Virtutũ progreſſus multiplex in latitudinem ſeu baſim trianguli.



Demõſtratio per triangulos.

Longitudinis ſectio.

Latitudinis ſectio.

Digitized by Google

distinctas efficient proportionum species in K.L.M. N. & O. iuxta radiorum occursus ab vno in multitudinem dissectam ordine confluentium. Vnde si A. angulo prioris trigoni æqualis fuerit A. postremi,& lineæ continentes angulum A. erunt æquales iuxta doctrinam theorematis tertij, primi lib. Eucl. Conuersim si partes E. F. & F. G. quæque deinceps fuerint mutuo correspõdeant,correspondebit & tota basis E. I. vnius trianguli,cum E.I. alterius,quare si vtrinq; accesserit æqualitas A.E.lateris vnius ad A.E.alterius,& A.I.vnius, ad A.I. alterius trigoni latus, confestim per propositionẽ octauam primi Eucl. respondebit & A. angulus superioris trigoni cum A. secundi. Vides vbique vt forma sequatur materiẽ, & è conuerso materies formam, proportioque vnius proportionem alterius principij,vt si materies tota vnius alterius toti respondeat,non sit necesse aliam à forma analogiã quærere, vel ab ipso spiritu,quod fuerat demonstrandum. Solus enim trigonus A.E.I. continet cæteros omnes, & non continetur ab alio: contrà triangulus I. D. E. situs est intra priores omnes,alium non comprehendit. Horum medij sunt B. E. I. superior & sequens,inferior C.E.I.qui tum subiectos trigonos continẽt,tum à supernis cõprehenduntur,interim licet superioris anguli sit illa potestas,vt inferiores quilibet suam vim omnem velut ex vnitate collectam habeant, est tamen & inferioris cuiusque trigoni ea potestas conuersim indita, vt propter augustiorẽ basim superiorum ideas in se recipiant promptè, nihilq; possit superius quodlibet absque eo,vt per proportionales partes infernæ basis siue trianguli non transfundatur. Vnde neque ab A. dimanat quippiam quod fugiat lineã E. I. nec in E. I facultas est aliqua ab A. non comprehensa. Si quis morosior rerum analogias ineptè nos putet per trigonos ostendisse,illud cogitet moneo, figuram quamlibet recti lineam resolui in triangulos,vt prima quædam omnium principia vel elementa. Quin si & arcus circuli lineæ rectæ commensurabilis sit,vt in doctrina sinuum liquet, possintq; mathemata assignare quadratum vel trigonum æqualem circulo dato, (licet eiusdem nulli,quod sciam, hactenus inuenta sit demonstratio) constabit sanè & rerum proportiones omnium figuris trilateris primario demonstrari. Nunc vt à Geometricis denuo ad naturalia reuertamur, dicant ex ante traditis esse & in Magnete vim vnicã,quæ ferrum mouet, quæ partus accelerat, quæ amorem ferat atque concordiam (si fide res digna est) quæ crassos humores educat,quæque (vt hæmathites) ex vlla corporis parte ruentẽ sanguinem sistat, quin etsi in eiusdem partibus vna sit quæ ferrum abigat,& quæ trahat altera, concludam sanè pugnantium maximè facultatum eandem esse & vnicam formam,quæ per spiritum agat, & qualitatem,vt instrumenta coacta inuicem in vnitatem virtute principis formę ac velut in longitudine solum,dispersa denuo in latitudine propter materiem velut externam atque sensibilem totius trianguli basim. Nam vt alia virtus à forma,alia sit à materie,necesse foret vnius rationem intra alterius nõ contineri,& per consequens non vnum esse compositum naturale,sed diuersorum laterum & angulorum quasi triangulos plures. Loquor autem nõ sem-

Forma vis atq; materia se mutuo consequũtur.

Superioris anguli vis magis in actione.

Inferioris cuiusque anguli vis magis in passione posita.

Rerũ analogias optimè per triãgulos demonstrati.

Quadratura circulinondum demonstrata.

Geometrica demonstrationis ex placitis in naturalibus. Vires Magnetis.

Angulus quid sit,et quotuplex an esse dicatur.

per

Digitized by Google

per de angulo, vt ipſum partibilem docet Euclides ; ſed pro contactu ſæpius puncti indiuiſibilis cum indiuiſibili altero: alia enim in definitionibus ferè, alia in theorematibus eiuſdem acceptio eſt; illic nimirũ vt punctus planè inſectilis eſt, hic vt infinitum penes ſpatium, ſcilicet quod à lateribus angulum cõprehendentibus eſt interſeptum. Eſto nunc idem iudicium in rebus naturalibus cæteris, vt in lactuca, quæ eadem menſes mouet & ſiſtit ; in plantaginis radice quæ eadem refrigerat & calefacit, aperit, aſtringit, denſat & rarefacit. Vbique ſanè ex rerum ſenſibili baſi nata eſt multiplicitas primum eò cõfuſior ſcilicet, quantò ab angulo magis & vnitate receſſerit, idque ita natura rectè eſt comparatum, vt mundi res omnes hac ratione ſimplices ſimul atque multiplices orirentur: ſimplices quidem propter actionis robur atque eſſentiam; multiplices magis propter paſſibilem vim ac pulchritudinẽ, quæ tamen ceu medium in vnitatis & multitudinis compoſitione magis apparet velut diſperſorũ antè concentus multorumque reductio in vnitatem. Sed vt omnes enumerem breuiter cauſſas, propter quas vnumquodq; natura vel multiplex fiat vel propter analogiam exteram quaſi multiplex videatur.

Lactuca vires.

Multiplicitas rerũ & pulchritudo ex baſi, vnitas autẽ atque eſſentia robur ex angulo magis dependet.

Mundi res omnes ſimplices ſimul atque multiplices.

Cauſſa diuerſæ penes quas res omnis vel multiplex ſit vel eſſe dicatur.



Digitized by Google

De caussis extrinsecis plena est vniuersa natura. propone tibi vel simplicissimum ignem,

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis,
Siue inde occultas vires, & pabula terræ
Pinguia concipiant, siue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor,
Seu plures calor ille vias & cæca relaxat
Spiramenta, nouas veniat qua succus in herbas,
Seu durat magis, & venas astringit hiantes,
Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia Solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Confer te ad cælestia, ad stellæ eiusdem effectus propè infinitos, in sublunaribus ad energiam lapidum, herbarum, & metallorum, tota doctrina Optices sufficere potuit vnius exẽpli loco. Verùm inter multiplicitatis intrinsecas caussas, quod illa structuræ diuersitas ad actionis multiplicitatẽ plurimũ possit, rerum similiter vsu atq; exemplis assiduè demonstratur, quanquã in apertè dissimilaribus ea sint frequẽtissima, minus frequẽtia in similariũ genere, vbique tamẽ si multiplicitas distincta est ratione loci, necesse est tam in homogeneis quàm heterogeneis ipsis structurã esse organicã quandã hic sanè distinctam, & loco magis & qualitate conspicua vel ante effectionẽ; illic non prius quàm actione se manifestet. Spectandũ tamẽ in horũ singulis dexterum, & sinistrum aliud, anterius posterius, sursum deorsum, quæ oẽs positionũ differẽtię quantumuis promiscuè contento & cõtinenti cuilibet adaptentur, in rebus tamen instrumẽtariis vt sunt instrumẽta diuersarũ quoq; facultatũ ab vno principio dimanantiũ sedes multiplices docẽt. Sed difficultas maior in illa mistura substantiæ similaris occulitur, à qua sæpissimè mistorum corporum facultates & actiones contrariæ fluunt, situ non ita distinctæ, quo ad sensum: Ratione temporis distinctæ sæpius, sæpè & sic permistæ, vt quæ prius agat, quæúe posterius, ignoretur. Ita enim vis argenti viui sub occursus primos ea est, vt summè refrigeret; quod si altiùs insederit illius portio, aperiet se paulatim & virtus extremè ignea, qua partes corporis solidæ colliquescant, quæ neruos, ligamenta, & ossa exedat, atque conficiat. Idem & in Cicuta, Opio, vel gustantibus est manifestum. Acetum eodem ferè tempore incendit cutem atque refrigerat, quod & in flatu Boreæ patet, rebusque cæteris, quando particulis frigidis æquali proportione subtiles & calidæ sunt temperatæ. Istorum sublimis ratio est; ex illa mistionis natura imperscrutabili pendet, quam nos pro virili nostra inter exercitamenta Methodi ab origine deducemus, cum absque illius cognita forma actionum ratio nũquam percipitur, nec si actionis naturã prius examines de proportione loqui sit consentaneũ, quæ tamen vel sola est omnis endeixeos siue ætiologismi finis, & per consequens Methodi huius vniuersæ.

1 *De caussis extrinsecis.*
Ignis actiones viresque diuersissima ratione materiæ.
Cælestium corporum diuersissima vires ratione materiæ.
Sublunariũ rerũ pugnantes vires ratione materiæ.
Optica doctrina fundamẽtum in analogia visus ad rem visibilẽ.
2 *De intrinsecis caussis actionum pugnantiũ ab eodem cõposito naturali.*
Etiam in similaribus structura quædã organica est, sed minus manifesta quo ad positionem ipsam, licet partium diuersitatẽ & loci tempus ostendat, et cum ipso actionum vicissitudo.
In heterogeneis.
In homogeneis partium diuersitas inuentione difficillima.
Argenti viui cõtrariæ facultates.
Etiam Galenus qualitatem aliã aut vim in superficie, aliã magis intercutaneã docet lib. Simpl. Medic.
Cicuta opij contrariæ facultates.
Borea venti effectus contrarij.
Parasceue ad quæstionem alteram difficillimã de mistionis natura.
De natura mistionis quàm sit medico necessaria quæstio.

Nam omnis cognitio & actio nostra est circa id quod est per naturam, essentia autem rerum per actionem nata est, in eandem vt potest perpetuo tendit & terminatur. Nunc illud suffecerit quasi τὸ ὅ τι, vt corpus mistum ex pluribus vnum & potestate multiplex fiat, concurrere inuicem elementa partim contraria, partim conuenientia, vix aliter sanè quàm per appositionem quandam vnius substantiæ ad alteram, intercedente sectione mutua substantiarum simul & qualitatum, sæpè vsque ad particulas minimas secundum sensum, sæpè propter subiectæ materiæ contumaciam, diuisione tam inæquabili, vt in similaribus multis ipsas quoque substantiarum & qualitatum diuersas sedes vel sensus ostendat. Lac enim hoc nomine similare est, quod omnis sit eius diuisio in partes eiusdem rationis, videt tamen in illo sensus alibi serum, alibi butyrum, & caseum. Ligni pars quæuis lignum est, interius tamen in vno cortice mollius quiddam & rarius perstat; in exteriore superficie durius quid atque crustaceum. Similiter & in lapide, partes internæ subinde sunt rariores, extremæ densiores magisque compactæ, vna tamen dicetur lapidis forma, vnumque totius temperamentum, in quo neque materiæ, nec qualitatum adeò exacta commistio est, vt tota totis perfundi sit necessarium, licèt Plotinus misceri quoque substantias inuicem & corpora sit arbitratus: Fernelius & eius asseclæ dici id quidem de qualitatibus velit, de earundem substantiis non patiatur: Mihi vbique id absurdissimum est, vires aut qualitates latius propagare, quàm forma se possit extendere; formis autem extensionem tribuere vltra quàm sibi subiecta materies sinat. At neque de mistione hæc hodie vt demonstranda suscepimus, quippe quæ nunc ceu theses tantummodo sibi vt confirmentur proprium quendam & augustiorem postulent locum. Illud silere non possum, erroris occasionem pluribus extitisse, quod naturalis misturæ speciem ab artificiali nostra tantopere velint disiungere, vt appositionem dici in mistis naturaliter minimè ferant, cum tamen vtraque mistio perfectionis duntaxat maioris minorisúe nomine differant, possitque artificialis quælibet successu temporis in naturalem maximè terminari, cuius nimirum inchoamentum siue auspicium primum sit ab artifice, res diuersas rudi quadam appositione inuicem copulante, quam mox excipiés natura tum rebus mixtilibus insita, tum assistens extrinsecus vlteriore dissectione perficiat vsq; ad atomos seu partes insectiles quo ad sensum. Nã etsi vel ea sit vera sententia, Substantias non posse confundi qualitatibus inuicem tẽperatis, necesse est penitus vni substantiæ alium assignare locũ in corpore misto quàm alteri, vnde saltẽ substantiarũ naturalis est appositio, & non perfecta vnio, ad quam natura quidẽ assiduè contendit vt optimã, nunquam peruenit tamen propter materiæ inequabilitatẽ processusq; in infinitũ, dum citius in eodẽ cõposito vna substantia conficiat alterã, quam formæ contrariæ eidẽ insint secundũ eandẽ vltra indiuisibilem partem. Quare quęcunque formarum fit vnio perfectissima in orbe hoc sublunari, non tam videtur mixtio, quàm vnius in alterã transire volentis absumptio, quàm formæ potentioris victoria,

Natura mixtionis obiter explicata.

Mistionem naturalẽ esse quandã appositionẽ cõtra neotericorũ ferè omnium & veterum plurium opinionem.

Tota totis ad minimas vsq; particulas cõplicari vel ipsi natura est impossibile.

Docetur idẽ exẽplis primum.

Plotini opinio de natura mistionis.

Fernelij opinio de nat. mistionis.

Auctoris opinio.

Erroris occasio circa naturam mistionis.

Artificialis mistio à naturali vix aliter differt quàm secundum maiorem minorémque perfectionem.

Artificialem misturam sæpè & naturalis perficit vbi ingenitum mutationis vlterioris principiũ minimè deest.

Natura quidem ad perfectam vnionẽ in mistibilibus tẽdit, sed nunquam assequitur.

Ratio.

Formarum vnio perfectissima quid sit propriè.

Digitized by Google

ctoria, minus potentis ruina vel interitus. Omnis itaque & humana & naturalis miſtio quamdiu ſubſtantię durant, cum qualitatibus eſt imperfecta, quippe ad vnionem perfectam ſemper aſpirans, nunquam abſoluens, miſtiliú altero per ſectionem aſſiduam priùs abſumpto, quàm penetrare vniuerſim ſe mutuo queant. Nunc vt eò te quò volui ducam, cum in perfecti cuiuſque vel imperfecti genere ſint plurimi gradus, neceſſe eſt penitus infinitam naſci mixturæ varietatem, quæ tamen omnis diſcurſu facto per ſingula, ac velut per epilogiſmum ad communiſſima quædam capita reducuntur, hoc modo,

Concluſio ſummaria de natura miſtionis naturalis & artificialis.

Infertur ex ante dictis miſturæ infinitam eſſe varietatem.

Miſturæ multiplicis prima capita.



Dimanationes corporum eiuſdẽ rationis cum ipſis compoſitis ſiue corporibus.

Omnis à corpore dimanatio eiuſdem rationis à nobis eſt conſtituta, cuius eſt ipſum compoſitum, eò quòd forma quęlibet ſuo ſe ſemper vehiculo ſiſtat, ſpiritus autem nec formam neque materiem deſerat aut qualitatem, ſed permiſtæ omnes ſeu connexæ maneant, ſeu reſolutæ in continuum proferantur, quam reſolutionẽ & formę extenſio ſequitur extra cõpoſitũ naturale, vt planè ſit neceſſariũ eandẽ & mixtionis ideã perſiſtere in toto effluuio, quæ intra ſines ipſius cõpoſiti fuit. Similiter & in toto cõpoſito quæcunq; eſt inæqualitas ſiue occulta, ſiue ſenſui manifeſta, eandẽ reperiri & in particulis minutiſſimis ſeminalium virtutũ cõmunis ratio cuncta permeans atque perrumpens facilè docet, quantumuis ſenſum id ſubterfugiat. Quod ad inæqualitatis modũ, omnis hæc demũ à mixtionis potiſſimũ effectrice cauſſa dependet: eſt autem duplex, primũ toti cõpoſito infuſus ſpiritus, qui rebus intrinſecus earũdem velut portio eſt indiuidua, nouit hic rerũ agendarũ ſpecies omnes, fœcundus actionum ideis à ſuperiore forma, fœcundus idẽ paſſionum quarumlibet ſpeciebus à qualitate ſubiectáque materie. Sed quia vis propria cuique à mouente externo principioque communiore dependet, eſt & pro ſingulis cõmunior quidem ſpiritus ſiue mens opifex auguſtiore ambitu vel communiſſimas rerum

Inæqualitatis ratio in omni miſtura potiſſimum ab opifice ſpiritu proficiſcitur.

Opifex ſpiritus duplex intra cõpoſitum et ſupra compoſitum naturale.

Infuſi ſpiritus diuerſitas.

Externi & communioris ſpiritus vis.

Digitized by Google

Obserua obſcero prima totius cæli tonum elementa, ad cuius ideam ferme & Cyclognomices diſcurſus ratio ab auctore primum eſt inſtituta.

ſpecies in ſe complexus, pro cuius impulſu ſcilicet vel orbiculari penitus, vel à medio ad extrema, vel ab extremis ad medium ſpiritus ille ingenitus ratiatur, vnaque in naturalibus imago perſiſtat, molem primo vniuerſam exagitans ſemper, deinde & particulas ſingulas, dum quaſi ex diuturna ſectione inſectiles videantur. Petita ſunt iſthæc longè principia, quæque, qui non intelligunt, mox etiam pro abſurdiſſimis ſint habituri: quare quod reliquũ eſt, differam in alterum tomum, hiſce confirmandis ſingulis illuſtrandiſq; maximè dedicatum: tantum de triplici motionis ſpecie nunc illud compendio dicam, quod cum ille formator ſpiritus gradatim incipiat ab indeterminata principiorum compoſitione ad compoſitionem alteram magis magisque abſolutã, noritque in omnibus ad quem potiſſimum finem mixturæ ratio debeat concinnari, habet idcirco ad ſimilitudinem animę noſtræ tres motionum ſpecies neceſſario cohærentes, iuxta conceptum & finis triplicis rationem, cui comparando illorum motuum vnuſquiſque vice ſit inſtrumenti. Nam quia omne quod eſt, motu indigeat, quo ſe cõſeruet, motu quo ſymmetriã foueat in ſuo toto, motu denique quo rebus externis vt agens ſeſe communicet. Priori quidem, motus ad medium à circumferentia magis eſt conſentaneus: ſecundo is qui in orbem trahitur: tertio qui quaſi à centro ad peripheriã explicatur. Hinc ſanè (vt ad innatos ſiue infuſos ſpiritus reuertamur) materialis ſpiritus lineæ cõparabilis per gluté materiale diffuſus motu ad extremorũ alterũ aſpetitatis efficiens cauſſa, motu ad mediũ materiem æquabilẽ præſtat. Conuerſione ſimpliciſſima qualitatis materialis vtriuſq; vt ſymmetron facit, ita formalis ſpiritus ſuperficici cõparabilis diffuſus per formæ aream indefinitã, qualem Phenomenon appellaui, motu quidem à medio ad extrema lucem procreat, vti & opacum. Vbi in oppoſitũ fertur, vtriuſque ſymmetrum cum circulariter eſt agitatus. Poſtremò & tertij principij gubernator ſiue analogiæ ſpiritus, corporeę moli vt magis eſt comparabilis, ita & motu ad centrum proportionẽ maioris inæqualitatis extrudit, minoris cum fertur ad circumferentiam, æqualitatis exactæ cum ſphæræ totius plenum circuitum luſtrat. Tandem ab indeterminata principiorum compoſitione, vt ad definitam alterã ſe recipiat, poſteaquam ex antedictis motionibus mundi elementa prodierint, ex luce caldum, ex opaco frigidum, ex aſpero ſiccum, ex illo æquabili fluxum vel humidum: non ceſſat ſpiritus opifex, quin tandem ex elementis 4. compoſitiora quæuis efficiat, vbi rurſus pro ratione antedictorum finium trium vnius elementi molem maiorem quam alterius mouet, nec iam de qualitate aut quantitate duntaxat rerum miſtilium ſatagit, verũm & quis cuiq; conueniat ſitus, vt iam non tantum certa ſit actio vel actionis modus, ſed & agendarum rerum locus & tempus. Quare non temere in aliis ignem magis ſuperficiarium fecit, in aliis intercutaneum magis atque intrinſecum, nonnullis conuerſim frigent vehementer extrinſecæ partes, internæ magis inflammant, cui illud Maronis alludit:

Vnus ſpiritus opifex communis in productione cõpoſiti naturalis actionis formã atque neceſſitate ſemper vt finem prædictis habet, vnde ita demũ ſi diuerſitas etiã *in ſubſtantia materiæ ſimulat. Concluſio ex antedictis.*

Vrunt lætheo perfuſa papauera ſomno.

Hæc

Digitized by Google

Hæc motus communioris idea non ſolum in toto compoſito eſt, ſed vel in ſingulis partibus, licet quàm minutiſſimè confringantur. Quanquam illa exterior virtus aut ſuperficiaria, non ita ſincerè influat prius, quin de intercutanea qualitate paululum ſeſe inſinuet paſſim ſic ſui contrarij ſepta perrumpẽs, vt illi non tam obſtaculo, quàm adiumento ſępius eſſe credatur, non enim cõmodè vel Opij, vel Argenti viui ſuperficiarium frigus agit in corpus noſtrum, quin ille internus calor alas huic frigori ſubminiſtret, ante prolicitus & experrectus à calore noſtro, cuius nimirum ſimilitudine cum inuitatur ruptis carceribus, parat ſe iungere iners primum & inſenſibilis corpori noſtro, vnde & obiectam qualitatem frigidam altiùs promouens, eandem tamen paulo poſt incremento ſui euincens etiam atque conſumens. Similiter in ſulphure externæ partes meræ ſunt igneæ, internæ terreſtres & frigidæ, non defluit tamen à toto compoſito ignea portio, quæ eadem & terrenis particulis ad firmamentum ſui non miſceatur. In violis, roſis, atque plantagine humiditas quædam eſt ſuperficiaria, interior ſiccitas, ſed quæ humiditati frenum iniicit, nimiumque ne diffluat interdicit. Cõuerſim in Cinnamomo aut Garyophyllis, aut Citri cortice occurrunt ſiccæ particulæ prius, quibus ſuccedit occultius pingue ſeu ſubhumidum quiddam ne nimis friabile fiat, vicem coaguli ſupplens, etſi hanc qualitatem denuo ſequantur partes internæ magis multoque feruentiores cæteris, quas guſtus vix percipit, niſi attactu longiuſculo & diſſolutione pauliſper facta priores cum expirarint. Videtur & in ea radice Smilacis aſperæ, quàm hodie delatam ab Indis antidoto contra venena maximè & luem gallicam, vulgus Zarſam parillam vocant, videtur (inquam) & huic ſuperficiaria quædam ſiccitas cum tenuitate partium coniuncta, quam mox conſequitur lenis humiditas, emolliendi facultatem maximè ſeruans vſque in venas poſteriores, vbi denuo ſeſe aperit tertiò vis inciſoria quædam in extimis partibus tum ad mundificandum ſanguinem, tum ad ciendas vrinas atque ſudores oportuna. hos partium diuerſarum ſitus virtuteſque loco & tempore differentes oſtendit non tantum actionum ipſarum viciſſitudo, ſed & guſtus prodit ſaporum ſeries, ſi lingua ſenſus ſit exquiſiti, radix ſelectior, & diutius immoretur. Hæc habui quæ de rerum ſubſtantia dicerem, prout illius inter agens & patiens primo ſit veſtiganda proportio, quam quia ex Methodo poſſe per ſigna ſat manifeſta colligi demonſtratum eſt, conficiam paucis & difficultatem alteram, quæ pro rerum analogia in quantitate vertitur, quam & Neoterici omnes & ferè Galenus ipſe præ cæteris quaſi imperſcrutabilem cenſet. Certè ſi vſpiam in rebus medicis etiam inter peritos maximè ſibi fortuna quid arroget, quod verè ſit ſuum, id omne fortaſſis in numero & magnitudine non iniuria ſtatuetur, cuius illa potiſſimum ratio eſt, quod rerum quantitas licet formis quibuſlibet implicetur, earumque virtutes exaugeat, firmet ac ſæpè permutet, ſic tamen materiæ ſit coextenſa, ſimiliſque propter inefficaciam, quam ex ſe poſſidet, vt cum materie

Argenti viui miſtura admirabilis per naturam.

Sulphuris miſtura.

Violarũ, Roſarũ & plantaginis miſturæ inæquabiles ratio Cinamomi, Garyophyllorũ, Corticum Citri miſtura inæquabilis.

Smilacis aſperæ occulta vis per miſturã inæquabilem. Zarſa parilla.

Summaria concluſio quæſtionis prioris de occulta proportione ex Methodo poſſit inueſtigari.

2. Quæſtio altera de quantitate rerum inueſtiganda per Methodum.

Quantitatis ratio difficiliſſima.

Cur quantitas egrè per Methodum explicetur.

materie in infinitum diuisibili vnum perpetuo videatur. Quare cum imaginatio nostra circa non ens merum velut quædam intelligentiæ orbitas sit (vt verbis Plotini vtar) possitq; materies nulli nisi adulterina percipi ratione, quæ scilicet infinitudinem negatione simul & affirmatione cōcludat; erit & quantitas in omni inuentione atque iudicio præ cæteris indefinita. Quod tamen eadē ad formā magis quàm ad materiē spectet, hinc manifestū est, quantitas vbi metitur aut numerat, magis determinantis obtinet rationē; materies autē vt pura maximè est, habeat rei determinabilis locum, vnde si loqui propriè voles, materiæ naturali quantitas quiddam posterius æstimetur; non tamen vt huius ratione formarum susceptio fiat, sed ratione materiæ per quantitatem actu iam differentis: simulatque enim materiæ quantitas accesserit, mox vel semotis formis cęteris, corporalis ratio est absoluta, vnde Corpus definiūt substantiam tribus dimensionibus absolutā. Sed Corporeitas ratio quædam Plotino existit effectrix dimensionum & qualitatum. Ratio est seminaria, in cuius virtute specifica familiares speciei suæ dimensiones & qualitates sunt comprehensæ, quas in eadem cōtineri voluit, cum sic ait: Corpus est quiddā compositum ex materie & ratione. Tangit idem & triplicem rationem, summam sanè & exemplarem in intellectu, cuius nec esse, neque actio sit in materia: Posterior in animæ ipsius natura sit seminalis, cuius non tam esse, quàm actio in materie est; formalis est tertia, cuius & actio, & esse simul in materie viget, vnde concludi fas est formarum qualitatumque robur, distinctiones & gradus minimè ex materie proficisci; sed cuncta hæc ipsa velut formalia ad formæ virtutem redigi non minus quàm conditio materialis quælibet ad materiem referatur. At cum formæ potestas omnis externis sensibus vel abdita sit, vel manifesta, quod autem in abdito est ratione per sensibilia colligatur; idcirco neque de quantitate sic penitus est desperandum, vt nulla vi Methodi hanc comprehēsibilem arbitremur: quod si enim omnino nos subterfugeret, nō tā sollicitè noster Hippocrates ad duos semper respiciēs scopos, vires ęgroti scilicet, & morbi magnitudinē, victus plenioris aut parcioris regulā tēperaret, nec tā prudēter alibi partim ex afflicti corporis crasi, partim ex circuituū successiuis incremētis, ex ipso deniq; expulsionis impetu, ex cretorū cōcoctione celeri subinde & copia, nū morbus sit futurus breuis, num diuturnus, ostēderet. Sed pulchrè Galenus comm. in aphor. 12. lib. 1. Vires quidem sub primo statim ingressu comprehendere Medicus potest, ex pulsibus scilicet, alijsque indicijs, quæ lib. prognost. latiùs sunt explicata. Vnde nemo (inquit) rectè virium magnitudinem incomprehēsibilem dicat. At si non possumus earum quantitatem exquisitè cognoscere, posse nos tamen artificiosa quadam coniectura ad veritatem proximè peruenire nemo inficiabitur. Eandem sententiam paulò post ad vestigandas morbi particulares accessiones successusque reciprocos ad cognoscenda tempora principij, augmenti, status, declinationis visus est extendisse, sic vt istorum nomine præsagire medicum sæpe scienter asserat, sæpe verò coniecturaliter, non tamen inartificiose, sed via ad veritatem proxima per

Materies nō nisi adulterina ratione percipitur.

Quantitas ad formam magis quàm ad materiem spectat.

Per quantitatem materies actu iam differt.

Corpus quid.

Corporeitas.

Corpus Plotino quid sit.

In corporis definitione quid sit Ratio & quotuplex.

1

2

3

Cōclusio ex antè dictis quantitatē magis ad formam quàm ad materiem pertinere.

Formæ vis abdita per externa et sensibilia exploratur.

Non desperandū Methodicis in quātitatis inuenienda ratione.

Hippocratis Methodus in examinanda quantitate.

Galeni sententia de vestiganda quantitatis Methodo.

sensum

ſenſum ſcilicet ac rationem. Vides vbique vt exquiſitum illud naturæ pondus ſupra captum humanæ mentis admittant, cum tamen (quoties ad prima venire non liceat nec ſit neceſſe) conandum moneant, vt proximis potiamur. Idem profectò ne quis negotio duntaxat Medici proprium putet, velim & in artibus ſcientijsque cæteris vſuuenire, vt cuncti intelligant cum in plerisque ne ſenſibilium rerum magnitudinem iuſtam ſenſus exhibeat, vel in definiendis ſyderum locis cum horum Epochæ indefinitæ maximè breui annorum curriculo errores ſecum ſenſibiles trahant, quantum & in prædictionis tempore aberretur, nemo non videt, in gubernanda rep. in decernendis cauſſis iudicialibus domi, foris. Quis ita prudens aut perſpicax, vt cum equi ſpeciem viderit, menſuram tamen exactam vel plenitudinem aſſequatur? Manauit hinc illud (quò nihil verius) nihil nos ſcire firmius, quàm quod nihil ſcimus. Quòd cum reputo gnauiter cùm animo meo, tædet fermè laboris antecacti, ac pœnitet vehementer, optoq; ſæpius quod olim in votis Euripidi fuit, vt miſſis procul ſermonibus artificioſis, res ipſæ ſe quales ſint explicent, & cùm hominibus colloquantur. Ne tamen erga beneuolos deos ſimus ingrati, maturè à quærimonijs abſtinendum, vt quod conceſſum eſt hactenus etiam ceu malè demeritis non auferatur. Ergo ſi quantitatem explorare ſit animus, eius conſiderationem ſic priùs diuidito.

Concluſio ex ante dictis.

Quantitas rerũ non Medicinæ modo, ſed & artes ferè cæteras atque ſcientias coniecturales facit.

Nihil nos verè ſcire propter vel ſolam quantitatem rerũ incomprehenſibilem.

Quantitatis inueſtigandæ Methodus.



Locum

Digitized by Google

Locum, tẽpus, & ordinem, sub quãtitate reuinximus; non quòd secundum hęc propriè res quãta dicatur, verùm quòd numero aut magnitudine definita mẽsuram aliò transferant, sibiq; res subditas quãtitate, quam possidẽt, ad sensum optimè circumscribant. Cùm enim essentiam tria potissimùm comitentur, motus, status & copula; rerum magis mobilium tempus existit, stabilium locus, prout nimirum sunt stabiles; ordo stabilium pariter atq; mobilium, discreti atque continui, sub ratione qua iunctis singulis propter concentus harmonicos explet mensuræ vicem. Est itaque quantitas omnis vel in materie, vt forma indefinita, connectens cuncta vel copulans. In formis est eadem tum substantialibus siue intrinsecis, tum externis vel accidentarijs cæteris, partim vt roboret, partim vt cogat easdem atque protendat. Formarum exterarum ordo, discretio, & continuitas, externis sat sensibus sunt manifesta: Materialis connexio partim à sensu est propter coextensionem sensibilis formæ, partim quoque à ratione, quæ res latentes sub mole conspicua ex apparente foris magnitudine deprehendit. Magis multò vis formæ intrinsecæ latet sub sensibilibus signis & vestiganda methodo est, quòd per hanc, ex hac, propter hanc vnam ferè sint omnia; sed colle tam arduo sita est, vt, nisi superatis gradibus multis, eò pertingere nobis sit impossibile. Nam, vt rerum quælibet genera ad vnum quiddam in suo genere indiuisibile tendant, cuius simplicitate consistant, vtpote motus tempusque ad momentum, figuræ inæquales omnes ad æqualem vndique circularem, circularis ad indiuisibile centrum totius æqualitatis initium, figuræ rursus polymorphæ ac multilateræ ad trigonum simplicissimum, corpus ad superficiem, superficies ad lineam, linea ad punctum, numeri omnes ad vnitatem vltra insectilem referuntur. Ita & mens humana quotidie à particularibus formis ad vniuersales absolutasque se confert; ita formæ accidentariæ diuisibilesque ad substantialem ac diuisibilem formam, forma rursus eiusmodi ad substantialem & indiuisibilem reducatur. Ita demum supra naturales formas certis astrictas materijs per mathematicas (quibus incerta materies subdita est) ad metaphysicas planè subuehimur, quæ neque certæ neque incertæ materiæ desponsantur. Quare, vt robur intimæ formæ vigorem & impetum promptè perspicias, ab illa te rursus externa conuertito, quæ pro ascensu eiusmodi,

Locus, tẽpus & ordo quomodo sub quantitatis genere comprehendantur.

Rerum mobiliũ mensura, tẽpus.

Rerum stabiliũ mensura locus.

Ordo rerum mobilium simul atq; stabilium.

Quantitas in materie quid sit.

Quantitas in forma quid præstet.

Formarũ exteriorũ quãtitas sensui manifesta.

Materialis quantitas vnde spectetur.

Forma interioris quantitas, quomodo sit vestiganda.

Formarũ essentialiũ dignitas.

Formarum quantitas & robur inuentione difficillimum.

Infinitum omne potentia ad infinitum actu reducitur, dispersumque omne ad vnitatem simplicissimam.

Animorum ascensus.

Conclusio ex antedictis de formarum indaganda quantitate.

Dent manibus virgam, & pedibus talaria nectant,
Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portent.

Formarũ itaq; essentialiũ gratia materiem contẽplamur, propter materiem syndromen sensibilem ac manifestam, vt huius mensura exterior internam illam atq; abditam repręsentet; cui certè non aliter q̃ lux perspicuo, quàm vmbrę suis corporibus adhęrescit. Inuestigandi ratio partim in cõstitutione medij posita est, quo propter adhibito, velut amussi aut regula, recessus defectusúe ordines expẽdantur; partim in ipsa signorum specie, quîs rerum substantiæ vel caussæ à nobis antea sunt deprehensæ. Quod ad medium spectat, vti in rebus

Præcepta.

1

2

3

Medij considerandi ratio in omni genere quantitatis.

Medium quantitatis triplici relatione distinguitur. 1 2 3

caducis, nihil absolutè bonum malum, magnum paruũ, paucum vel multum dicitur, ita nec moderatum nisi sub relatione definies, quæ ferè sit triplex: vèl enim ad res eiusdem generis ſpecie differentes : vel res eiusdem ſpeciei numero diuersas: vel ad idem numero, quod à seipso ratione differat accidentali. Statuantur excessus defectusue gradus vel octo, vel quatuor, vtcunque libitum erit, mihi satisfactum existimo, si cum in ordines septem virtutis latitudinem distribueris, vno ad medium, tribus ad latus vtrinq; constitutis, iuxta istorum imaginem rerum quoque magnitudines vel veras vel veris proximas æstimare possumus. Nunc cum definienda sit quantitas respectu medij ceu cuiusdam symmetri, eius quoq; naturam ante omnia non minus quàm Polycleti Canonem exploraſſe conueniet. In vno quidem particulari homine vel indiuiduo (vt cum Logicis λογικῶς loquar) sic aptè fit comparatio, vt tépus obserues, quo actiones necessarias pro modo, quem illi peculiaris natura tribuit, dexterrimè visus est absoluisse. Sit enim adolescens vel bilioſus maximè respectu hominum aliorum, dicetur illi quidé maior bilis copia in iuuentute, quàm adolescentia; fieri tamen poterit vt inuentus ipsa sibi sit maximè temperata, quod actiones & animi, & corporis tũc multò dexterius præstet, ætate interim adolescente, quæ cæteris ferè sit temperata ipse propter adhuc oppressam spiritus vim, quam ab initio traxit, eadem naturæ munia nõ æqua facilitate commõstret. Forma enim interior sata cæleſti semine in seipsa profectò nunquam neque augescere, nec decrescere potis est, sed magnitudinem habet respectu aliorum inter res naturales; respectu eiusdem compoſiti nullam intensionem vel remissionem suscipit, nisi quo ad virtutem vel à forma dimanantem radium, qui pro subiecti sui alteratione vel aduentitijs formis nunc magis comprimitur, nunc latiùs propagatur. Idem penè censendum de spiritu inter formam & qualitatem medio, qui quatenus cæli est particeps, diuinus quoque est ab origine, & iuxta ideam formæ communissimam, idem & æqualis sibi toto vitæ curriculo perseuerat; quatenus verò ad corpus est inclinatior, animæ velut aura simplicior nutritur, augescit, atque decrescit, iuxtaque imagines plures partium singularum formarumque accidentalium multitudinem infinitam sit ipse partibilis, numerique, magnitudinis, temporis, ordinis, loci, vel mille discriminibus implicatur. Ita me herculè cum victum febricitantibus humidum conuenire statuissẽt Hippocrates, præsertim pueris, ait, ijsque qui tali victu vti consueuerunt. Nam si iuuenis maximè sit calidus siccus, febris similiter affectio maximè siccans & excalfaciens, nónne hic diceret quispiam, vel duplici nomine conueniet victus humidus frigidus? nequaquam, nam etsi tangentibus cæteris febris in iuuene sit fortè feruentior quàm febris in puero, non tamen eadem febris tam feruens est ipsi iuueni, quàm olim puero fuit, cùm esset vel toto genere præter naturam. Quòd si iam comparatio fiat inter ea quæ numero differunt, pro medio quærendus est ille inter tot singulares sub eadem ſpecie comprehensos, qui actiones ſpeciei toti necessarias quam dexterrimè possit absoluere, etsi fere hoc ita na-

Excessus defectusque gradus vel 4. vel 8. vel 7.

Septenarius gradum numerus in definiendo quantitate in primis cõmodus.

Medij considerati.

1 Medij considerato ad eidem numero relatione facta.

Temperatum maxime in rebus accidentaliter tantum a semet ipsis differentibus.

Forma primeeps nec intensionem neque remissionem suscipit.

Virtus formarũ augescere atque diminui potest.

Spiritus media tationis inter corpus & animam.

Victus febricitantis puero qualis debeat exhiberi.

2 Medii considerato relatione facta ad ea quæ numero differũt.

Quis temperatus maximè in sua ſpecie.

Digitized by Google

tura sit constitutum, vt qui in vno genere sit pręclarus, in alio claudicet, quantumque accesserit animi viribus interdũ corpori detrahatur, vel è conuerso, vt habeant singula manes suos, suamque felicitatem, nec sub sole sit vspiam omni ex parte beatum. Idcirco inter res omnes eiusdem speciei vel cogitatione potius tale quid statui debet, vel definiri temperatum, non quod in vna facultate vel altera cæteris præstet, verùm quod iuxta facultatum sygygiam siue concentum sit optimum, quo scilicet totius ordinis atque misturæ ratio æqualitatem maximam præ se ferat, ab hoc velut medio infra supraque siqua recesserint intemperata meritò nuncupentur per plurimos gradus, prout syntagmatis vniuersi vel minor vel maior ęquabilitas apparuerit. Verùm quod & in respectibus cæteris vsuueniet, siue res conferantur eiusdẽ generis, seu idem ad seipsum accidentaliter differens, vbique licet excipere totius indiuidui scilicet speciei vel generis partẽ peculiarem aliquã, cuius faciunda sit cõparatio, licet postremo partis qualitatẽ & quãtitatis speciẽ, qua gradus inuicẽ dissidere velimus: ita enim in eodem homine confertur stomachus hæpati, cerebrum cordi, vtrum sit firmius scilicet vel infirmius. Confertur deinde vtraq; pars secundum certam qualitatem, vtpote vtra calidior frigidiorúe, siccior aut humidior sit æstimãda. Postremò secundum certam mensuræ rationem, vt cum pulsus pulsui nunc in magnitudine, nũc numero, rhithmo, & tempore comparantur; vbique enim est suum medium, suus à medio excessus atque defectus. Quare cum hominem vniuersum homini comparas, non nisi de tota humana specie quæstio est, in quo nimirum vt symmetro eius idea maximè efflorescat. Quod si pro accidentariis differentiis quantitatum sit ineunda ratio, vnam vel alteram semper excipimus, deinde non tam in toto quàm partibus, non tam indefinitæ quantitatis nomine, quàm penes certæ mensuræ speciem, numeri, magnitudinis, ordinis, loci, temporis. Sic cũ in Socrate quęstio est quantum habeat innati calidi, spectamus eiusdem speciei indiuidua non tam vti sub homine sunt comprehensa, quàm quatenus omnes humana specie natiuum calidum habent, cuius caloris mediocritas in illo appareat, qui aliorum respectu in functione calidi sit maximè temperatus. Nec valde dissimilis ratio, si quisquam comparet diuersas species sub eodem genere, vt canem homini, lupo, sub animalis idæa: cornicem psittaco sub auis ratione. Vbique spectabitur medium, vel in toto systemate quod generis conuenit rationi, vel particulatim rursus cum exceptione secundum partem, formæ speciem, atque mensuræ. Verùm euitandæ confusionis gratia sic ante dicta recolliges.

Eiusdem tẽperati definitio explicatior.

Intemperata.

Eiusdem singularis vel cõmunis rei rursum relatio multiplex vel partiũ exceptiõe vel mẽsuræ specie vel formæ quã mensuremur.

1 Partium exceptio.

2 Formæ aut actionis.

3 Mensuræ.

Conclusio cũ demonstratione exemplari.

3 Comparatio Medij inter res eiusdem generis specie differẽtes.

In comparatione tertia similiter exceptio triplex.

Digitized by Google



- Quantitatis comparatio fit vbiq; ad mediũ inter res
  - Easdem numero à seipsis accidentaliter differẽtes
  - Easdẽ specie numero distinctas
  - Easdem genere specie diuersas
  - Eademque omnis vel est
    - Vniuersalis totius systematis specifici
      - Partis vel actionis
        - Communioris.
        - Minus cõmunis.
      - Qualitatis aut formæ accidentariæ
        - Numeri.
        - Magnitudinis
        - Loci.
      - Mensuræ
        - Tẽporis.
        - Ordinis.
    - Particularis cũ exceptione

Digressio à medii contẽplatiõe ad signorum seriem pro vestigãda quantitate.

Et hæc de medio satis, in quo constituendo labor primarius fuit, cui fecimus secundum alterum in illa signorum specie infinitaque diuersitate ponendum, sed vestigandi ratio ab ea non differt, quæ nobis naturam per

Axioma.

1. causas ex indicationum methodo demonstrauit: sequitur enim formarum robur materiei quantitas, sicut ad vtriusque magnitudinem vis spiritus &
2. qualitatis assurgit, potissimum tamen exterior multitudo ceu pondus virtutum interiorum robur & copiam monstrat, inopiam paucitas molisque
3. defectio. At diffusio molis non semper virtutis magnitudinem monstrat, sed diffusionem consimilem, vti & contractio eiusdem compressionem.
4. Quare si cum pondere iuncta est contractio, maius ad vires momentum
5. afferet, iuxta communem versiculum, *Maiore in exiguo regnabit corpore virtus:* sin cum extensione lenitas sit, virtutis quidem protensio, sed minus
6. efficax sæpissimè demonstratur, similiter temporis interualla raritatem actionum atque frequentiam metiuntur, ordo consensus atque dissensus ἐνέρ-
7. γειαν. Sed conferenda sunt varia variè, ne ad pauca respicientem contingat facilè παραλογίσεσθαι. nam quod ad signorum speciem pertinet, nõ æquè singula ab externis rebus ad intimas formas necessariam consequentiam trahunt: aliæ enim qualitates aliis sunt magis intrinsecæ, sed & ipsa qualitate interius quiddam est actio naturæque proprietas formam principem velut è

Actionũ consyderatio pro quantitate formæ & facultatis definienda.

vestigio consecuta. Ergo vti ex actionibus proximè naturas partium indagamus, ita & ex earum robore, intensione, remissione, formarum quoque & ipsorum spirituum quantitatem rectè coniicimus, potissimum verò ex communibus actionibus cõmunium robur & copiam ex propriis instrumẽtorum.

Figurarũ consyderatio & sensibilis qualitatis

Quod si actiones sese cum velis non exerant semper, figuram inspicimus cæterasque sensibiles qualitates. ita enim ex odoris acumine, saporum acrimo-

monia

Digitized by Google

nia, colore ſplendidiuſculo, calore ad tactum protinus occurente, de vi innati calidi, de ſpiritus magnitudine, formæque præſtantia vaticinamur.

Inter ſigna certi incertique ordines.

Sed ſunt inter hæc ipſa denuo ad ſignificandam quantitatem certi incertique ordines plures. Quin vna forma accidentaria iuxta demenſum ſuum alterius comitis ſuæ ſiue pediſſequæ quantitatem oſtendit, eò commodius ſanè, quo ſit externis ſenſibus obuia magis ac manifeſta. Ita enim figura ſæpius naturalem potentiam indicat, ita & ſapor, & odor, color, ſonus, atque tangibilis qualitas qualitatem primam; ſic tamen vt propius hanc doceat ſapor quàm color, aut ſonus, prout nimirum ſignorum vnumquodque rem ſignatam penitius ſpectat, velut cauſam aut fomitem ſui; nam quia ſaporum differentiæ ex analogia calidi in ſubiectum humidum paulo definitius fiunt abſque intermediæ cauſæ cooperatione: proinde & Galenus exactius multò naturam ſimplicium guſtu quàm alio ſenſu vult indagari. Color enim etſi fiat ratione lucis vel calidi in corpus opacum atque perſpicuum; quia tamen cauſarum altera multiplicitas intercedit per tranſmutationes plurimas, idcirco & firmam inter extrema oppido diſſidentia analogiam quærere non tantum inane & ſuperuacuum duxit, ſed & pro fidei lubricioris argumento à vera demonſtratione reiecit, qualis ſit maximè per cauſas proximas, nec adeò longè petita principia. Nam etſi calor in luce habitans nitatur omnia vertere in ſimilitudinem ſui, propter tamen ſubiecti multiplicis vel ſimilaris vel diſſimilaris immenſam varietatem, neceſſe eſt vt modò ex aduſtione nigreſcant corpora, modò ad ſplendorem atque albedinem magis deuergant. Vnde & idem ignis carbones aduſtione primo nigerrimos reddit, procedente magis actione eoſdem conuertit in cinerem, donec albeſcant. Idem innatus corpori calor Æthiopum cutim facit nigreſcere, dentes autem diuturniore incendio ſic coquit, vt ſuo fulgore aciem pene perſtringant. Itaque cum inter efficientem cauſam atque effectum vltimum ſint actionis ordines plures, diiudicare difficile eſt, num abeſt agẽtis robore magis, num potius ex actionis diuturnitate eiuſmodi proficiſcatur. Atque cum tam longo ſpatio rei agentis cum paſſibili & medio concurſus ſit infinitus, quopacto (ni ſingula circumſpexeris) vel prima ex vltimis vel ex primis vltima rectè coniicies? eſt tamẽ & huius methodus, ſed valde in arduo ſita, penes totius ordinis ſeriem inconcuſſam ſemper & ſtabilem, cuiuſmodi & loco ſuo referetur à nobis, cum inter exercitamenta methodi de conſtituendis colorum cauſis & differentiis mentio fiet. Inter ſenſibiles qualitates ad quantitatem exprimendam quantitati affinis figura ſedem non infimam tenet, ná vel hæc vnica & magnitudinẽ, & numerum, locũ, & ordinem vnius formæ vultu cõmuniore in ſe complectitur, quare tum robur tum impotentiá primo ſignificat, mox & celeritatem, tarditate, frequẽtiam, raritatem, contractionẽ virtutis ad centrũ, diffuſionem ad circũferentiam, *σύνταξιν καὶ ἀταξίαν*, quæ non tam quátitates q̃ earundem paſſiones meritò nominentur.

Figura naturalẽ potentiam indicat.

Sapor ratio atque ſignificatio.

Colorum ratio.

Colores agẽtis facultatem demonſtrant.

Lux caloris ſedes ad cuius imperum præcipuè colorũ omnis ſit tranſmutatio.

Effectus indicia lubrica ex ipſis remotioribus cauſis.

Figurarũ vis & conſenſio cũ formis intrinſecis.

Ex

Physiognomica doctrina fundamenta.

Ex digitorum concinna disposítione & horum agilitas patét, ex magnitudine virtus comprehédi, ex teli acumine motus celeritatem colligo, ex arteriarum densitate pulsus frequentiá, sæpe ex amplitudine earundem robur soliditas adest, diffusionem & imbecillitatem si vna substantia flaccida est nec tangenti admodum reluctetur. Quantum verò figuræ concinnitas ac pulchritudo ad formatoris spiritus monstrandam efficaciam præstet, tum ex Hippocrate, tum vsu quotidiano satis est manifestum: ita enim in Epidemicis virtutem cerebri ex ipsa palati concinna disposítione aptisque ordinibus dentium visus est sti masse; propensionem quoque ad tabem ex scapularum structura πτερυγοειδῆ. Ita partus ærumnas miserrimas, eiusdemque facilitatem ex ossis sacri depressione, cóuexitate, ex ossium sedis structura vel amplitudine rectè prædicimus, si causæ signaque cætera ritè consenserint. Ex amplitudine pectoris cor quoq; calidius, ex quantitate capitis prudentiam quoque Galenus cóncludi, sed probabiliter voluit, eandemque certius, si magnitudini iuncta concinnitas erit.

Doctrina Physiognomica axioma præcipuum.

Scatét exéplis eiusmodi liber de Arte parua, scatet & tota fere doctrina Physiognomicæ, cuius id veluti axioma precipuum est, Naturaliú propensionum species & quantitates per figuram insinuari vel communissimam rebus quæ

Exépla plurima.

specie aut genere dirimuntur. Ita cum suem videris immundam, fidelem canem, rapacem miluum, crudelem taurum & furibundum, concludes verisimiliter ex figurarum affinitate mores quoque consimiles, vt quibus sint nares simæ vna cum porci imagine secum & immunditiem trahant, nisi repugnent

Exceptio Physiognomica diuinationis.

signa in diuersum vel plura vel firmiora, nisi & educatio, & parta de vitiis per consuetudinem victoria hariolantibus quibus imponat, quod olim de Socrate proditum fuit. Consimiliter iudicabis quibus vngues incurui, quantú ad furta & latrocinia promptius ruant; cui frós quadrata, taurini oculi, quam istis & truculentus animus insit: Fidelis cui mentum instar oblógum. Quin & partis vnius robur & quantitas ex forma alterius etsi longiore circuitu sæpe colligitur, vt in illis vulgatis versiculis liquet: *Ex forma nasi, &c. cætera.*

Sed sit ioco venia inter res ſerias. Interdum verò & ex particula totum, velut leonem ex vnguibus nosse prouerbio est. Ita & substantiarum rudimenta & excretiones morbi quantitatem nobis insinuant, vt in hemoptonis ex pure vel sanguine, quanta pulmonis sit noxa, aut venæ anastomosis. Vbique igitur non tam signorum multitudine niti conueniet,

Physiologia alterum axioma.

quàm specie & nobilitate, quæ in hoc consistit maximè, vti signa signatis rebus, effectusque singuli suis principiis figuræ aptitudinem necessariam

Axioma postremum ad figurú distinctionẽ accuratam maxime pertinens.

semper, & in omnibus stabilem seruent, deinde curandum maximè, vt ea quæ actu dicuntur, ab his quæ potestate sunt talia, deinde & argumenta probabilia passim à demonstratiuis & necessariis, remotiora quæque à proximis in omni causarum, effectuum, signorum, signatorumque genere discernamus, quæ si præstiteris, iam non modo rei naturam vniuersam vt formam atque materiem cum quantitate te deprehendisse dicito per indi-

cationis

cationis Methodum, ſed & principia paulatim præcedentia vſque ad effectrices extrinſecas cauſas, vel ipſo à limine ſalutaſſe, donec progreſſu methodi ad pleniorem notitiam totius ordinis ordine transferaris. Ne quid verò ad lucem deſideres, quæ dicta ſunt hactenus ita depinximus.

QVADRANS DIMENSIONVM QVARVMCVNQVE
in diſcurſu animæ rationalis.



Ita in dioptra A. B. ea ſpectamus primo, quorum quãtitas ſit exploranda, hanc ſi ſtatueris ad latus quadrantis A. C. mox in antedictis ſingulis ſubſtantiarum & accidentium conſpicuam quantitatem elicies, quæ tibi ad inuentionẽ abditæ futura ſit ſigni vel argumenti loco. Quare & ex A. C. linea impreſſi gradus exceſſus omnis atque defectus in lineam A. B. facta reuolutione videbis tum in formarum ordine arque ſpirituum, tum in earum quã-

Quadrantis Geometrici explicatio vna cum Praxi.

litatum, quæ tanquam ignotæ quo ad numerum aut magnitudinem proponuntur, indicari primo menſuræ ſpeciem in inferiori quadrantis latere A. D. ſecundo exceſſus defectuſque differentiam à medio, in circulis areæ totius A. C. D. Poteſt ad tabulæ vniuerſalis exemplar in ſenſibilium qualitatum genere ſic altera fabricari, quæ particularis præſtet exempli vicem, vbi tamen non tam res ipſas ad amuſſim propoſitas ſcito, quàm propoſitionis modum ſiue imaginem rudiuſculam, cui ſi vacat, maiorem elaborandæ operam dabis. Parit hanc difficultatem mixturæ varietas, quæ in vnoquoque genere reperitur.

Alterius tabulæ tatio in quãlitate cõſyderãda particularis exẽ pli loco.

Tangi-

	3. GRA. Defectus	2. GRA. Defectus	1. GRA. Defectus	* MEDIVM	1. GRA. Excessus	2. GRA. Excessus	3. GRA. Excessus
Tangibiles qualitates Primæ	Frigidissimum	Frigidius	Frigidum	Temperatum in calore.	Calidum	Calidius	Calidissimum
Tangibiles qualitates Primæ	Humidissimũ	Humidius	Humidum	Temperatum in humido sicco	Siccum	Siccius	Sicissimum
Tangibiles qualitates Secundæ Tertię & quartæ	Grauissimum	Grauius	Graue	Temperatum in graui & leui	Leue	Leuius	Leuissimum
Tangibiles qualitates Secundæ Tertię & quartæ	Densissimum	Densius	Densum	Temperatum in dẽso & raro	Rarum	Rarius	Rarissimum
Tangibiles qualitates Secundæ Tertię & quartæ	Mollissimum	Mollius	Molle	Tẽper. in molli duro	Durum	Durius	Durissimum
Sapores	Acerbi	Austeri	Acidi	Dulces	Amari	Salsi & aromatici	Acres
Odores	Inodori Soporiferi	Frigidi Graues	Subtiles paululum	Tempetati	Amari & pontici	Aromatici	Acres
Colores	Opaci maxime vt niger	Opaco proximi vt huidi	Subobscuri	Læti, vt viridis cæruleus	Fulgidi vt luteus croceus ruber	Fulgidiores vt argentei	Fulgidissimi vt albus color
Soni	Graues maxime	Grauiores	Graues	Lenes & temperati	Acuti	Acutiores soni	Acutissimi

Perga-

Kk 2

Digitized by Google

Enarratur ad Canonem 7.

Pergamus porrò ad Canones cæteros, octauum, & ſeptimum ſcilicet: nam & in iſtis reliquum eſt quod ad doctrinæ Endeixticæ integritatem pro quæſtione practica deſideretur. Hactenus verò in ſimpliciore endeixi diutius immorati mur, tum quod poſterior illa & compoſitiſſima hanc prærequirat ſemper, tũ quod totius ætiologiſmi ratio, quod omnis doctrina atque ſcientia rei per ſuas cauſas hinc velut perenni fonte ſcaturiat, & ad eandem ductu reciproco non minus quàm ad oceanum quendam infinita flumina referantur.

Cur de indicatione vberius ſit ſcepta ſit demonſtratio. Endeixtica diſciplina vſus atq; præſtantia.

CANON SEPTIMVS DISCVRSVS TRIPLICEM SPECIEM IN veſtiganda natura agentis principij ſimilem docens cum ea quæ pro ſubiecto paſſibili ante eſt præfinita.

7

De inſtituendo diſcurſu triplici eiuſdem ſpecy-lici circa obiecti princeps, quod actionis præſcribendum ante conceptus. Cóſyderatio obiecti hypothetici & actiui, in quo differat in conſtituenda ante.

DISCVRSIONIS Methodicæ is erit ſeptimus Canon, vt indicationum conſtitutis claſſibus factoque diſcurſu triplici à primis cauſis ceribus medij (quod in actione paragogon fecimus) ad ſubiectum alterum conuertamur, cuius potiſſimum adminiculo ex quęſtione practica prefixam nobis metam attingere cupiamus. Huius analyſis facillima ratio eſt, ſi quæ tradidimus ſupra ventus non diſcerpſerit, non enim differt ab ante dictis alio pacto, quàm quod paſſibilis ſubiecti reſolutio rerum ſit magis abſtractim in quæſtione poſitarum; illa autem à parte medij ſit cum relatione quadam naturæ iam perſpectæ, membratimq; diductæ, ad naturæ alterius nondum perſpectam ſatis, perſpiciendam tamẽ & ad examen prouocandam, vt præſtituto à nobis actioni concentu prorſus harmonico quadret, iuxtaq; diuinam numeri rationẽ à Platone & Pythagoricis intellectam eidem præfici poſſit. Huius autem obiecti agentis apprehenſio tota ſub conditione vertitur, eodem poſito velut eiuſmodi quod formæ paſſibili per omnem cauſarum ſeriem reſolutam ſecundum ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem &c. vel ſimile ſit, vel diſſonans atque contrarium. Fluit hæc omnis interdum à ratione momentanea, interdum ab inſufficiente experientia, ex authoritate denique vel improba, vel male intellecta. proinde inſtabilis eſt paſſim, totieſque reiicitur, dum prodeat agentis alterius forma, quæ toto hoc

Obiecti actiui prima conceptio planè hypothetica. Confuſa hypotheſis confuſa principia ante inuentionẽ obiecti actiui vel principia.

Theorema 1.

analyſeos filo cum re paſſibili analogiam optimam conſtanter obſeruet. Dum taxat itaq; obiecti agentis effigies ſub hypotheſi in animum cadat, & tanquam

2. futurũ idoneum operis caput quæſtioni ſubiice; diduc rurſus in formas duplices, materiales nimirũ, & principes; eaſdẽ poſtremò reſoluito, inſtrumentarias quidẽ vt ſupra à cõpoſitioribus ad minus compoſitas, communium claſſem à proximis paulatim ad remotiora principia, quanquã perpauca admodũ reperiri poſſint, quę ſcopis pluribus cõſequendis ſola ſufficiãt. Proinde cũ intẽperie ſimul & cõpoſitione vitiũ eſt; plura interdum agentia ſunt veſtigãda, quorum ſcilicet alia peruerſam tẽperiem curent, alia inſtrumentorum vitiis medeantur, vbique per antipathiç rationẽ. Mirum igitur non eſt, ſi in prima illa analyſi obiectum vnicum ſæpius reſoluendum ſtatuatur, hic verò vel vnum natura multipli-

3.

In actione veri agentis pluralitas ſæpiſſimè neceſſaria, ſit tamẽ vt in actione & ſuo principem omnes cõſentiãt.

4.

multiplicis vſus,vel plura numero & poteſtate differentia,vel denique conflatum ex pluribus vnicum pro diuerſarum intentionum ſpecie in obiecto paſſibili per medium repreſentata. Conſiſtit in hoc potiſſimùm ratio,quod propter actionum diuerſiſſimarum neceſſitudinem ſtructura corporis noſtri ita ſit multiplex, vt non diſcurrentibus animis tantum faceſſat negotium, ſed & ſibi ipſi multis modis iniurium videatur, dum in miſturis oppidò differẽtibus in illa partium multitudine atque conſenſibus varijs vnà vix affici poſſit, quin compatiatur & altera, proinde nec alibi conſulas rectè, quin alibi rurſus impingas;vt,Cum refrigerare hepar quis inflammatum velit, quàm facilè offendit neruoſas ſtomachi partes? Cùm vel in Cerebri meningen aliquam, vel membranam pleuriticam cæpta eſt fluxio,quæ phlegmonem minitetur, materies partim influxit, partim in motu eſt parata,vt aliunde influat:nónne hic partim refrigerantibus opus quæ fluxum inhibeant,partim excalefacientibus ſeu diſcuſſorijs moderatis, quæ quod collectum eſt fundant, agitent, atque ſi fieri poſſit,per poros exterminent? Quis nobis hic vni ſcopo tam probè conſulet,vt conſecutionem alterius interdum non remoretur? aut quis ita repellet à capite bilis feruentis copiam ex venarum ambitu vndique profluentem, vt omnis quidem deorſum per exteriores propagines refluat, nec interim aliqua eiuſdem bilis portio per venas intimas caluæ eadem vi propulſorij medicaminis ad cerebri ſedem eiusque membranas incumbat? Rurſus cum inflammatio cerebrum actu iam obſidet, cui conſilium illud Barbaricum libeat experiri, vt Gallum recenter diſcerptum ſemianimem & palpitantem adhuc capiti imponamus, ſitque corpus quàm maximè purgatum antea,ſanguis ante ſubductus, vt vix aliud reſtet, quàm inflammationis materiem foras elicere vel expurgare: quis mihi promittet id ſeſe facturum,vt trahat quod ſedi affectæ proximum eſt,foras, ad ſedem affectam eadem vi attractrice fluxionem alteram non alliciat per venas arteriasque confines, quarum ſcilicet ductus ab hepate,corde, nunquam ſinet, quin quicquid humoris propè vel longè diſſitum eſt, quicquid ferè partium eſt totius corporis in ſympathiam capitis quàm celerrimè concitetur. Quare cum pro ſubiecti multiplicitate in vnum conſentiente ſint tam multiplices ſcopi, vt vno præſidio conſulere ſingulis ſubinde ſit impoſſibile, quærenda ſunt ſæpius & numero plura, vel vnum aliquod ex pluribus optimè concinnatum. Eſt & huius negotij neceſſitas altera, propter cauſſarum ſcilicet immenſam ſeriem & concatenatos ordines plures, quæ per diſcurſus totius longitudinem expanduntur. Etenim in curatione humani corporis,vel etiam in conſeruanda æquitate Reip. cauſſarum ingens eſt ordo, ſi vel corpus noſtrum reſolueris,vel ciuitatem, in cauſſas,principia, & elementa. Eſt & in ſingulis quidam perpetuus ductus & nuſquam interrupta cognatio, vtriuſque integritas ſumma velut in indiuiſibili poſita eſt, à quo cum receſſerit,labefactata continuò cenſeatur: Morbi autem & quicquid conſtitutionis aduerſæ eſt, ſimulatque vitiata ſit actio (more malorum omnium) vel in parte duntaxat vnica nomen obſeruat, Quare illud non modò vſuueniet

1 *Ratio ex rei paſſibilis vnitate & multiplicitate.*

Sympathia partium in toto.

1 *Exempla.*

2

3

Concluſio, Multiplici malo multiplicia adhibenda remedia.

2 *Ratio altera propter cauſſarũ ſympathiam, exempla.*

Bonũ in indiuiſibili poſitum. Mali ratio in infinita latitudine, vnde etymologia ex parte, Bonũ non niſi ex toto verè appelletur. Concluſiones ex antedictis.

Digitized by Google

1 In curandis malis etiam bonorum habēdam rationem.

2 In curandis morbis nō tantū ad proximas collimādum, sed & ad quasque remotiores ordine vsque ad extrinsecas.

Simile.

Malorū radicem penitus extirpandam ne corundem circulus fiat.

Exēplum circuli in Morbis non probè curatis.

Exēplum simile in Reipub. negotijs vt seditione submouenda.

passim, vt dum ægrotis partibus operam damus, saniorum quoq; & connexarum ratio habeatur, vt dum præsenti incumbimus morbo, impēdentes arcere simul atque auertere debeamus: Verùm & alter vrgebit plusquam herculens labor, vt posita vel sublata caussa continente & proxima, præcedentes ordine moueamus. Quod nisi fecerimus, scito non aliter nobiscum agi, quàm si relicta radice truncum & ramos excindere meditemur: si cùm naufragium imminet, inundantem fluctibus nauem continuè quis exhauriat, rimis aut foraminibus tabularum anteà non obstructis. Quòd si enim catharro afflictam cerebri regionem exiccare quis volet, hepar autem neglexerit siue ventriculum, à quibus potissimum fit exhalatio, necesse est morbi fomes vt relinquatur, & quales caussarum circuli fiunt, illi similiter redeat labor actus in orbem. Sit in Rep. vel ciuitate ingens seditio ac tumultus popularis, sint & ibidem magistratus vel principum corruptelæ, regnet libido, fastus, & auaritia inter magnates, flaccescat mutuus amor, manca sit Deum fides, sit & conuulsa religio, ruptisque legum repagulis opprimantur pauperes, & quò quisque sublimior, tanto securius insolescat; quæ cùm vulgus videt, paulatim obmurmurat, fremit amens arma, fit ira læsa sæpius potentia,

Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat.

Palliata Curatio & minus firma.

Facilè est malo tam subito lenimen subitum dare.

Nam pietate grauem & meritis si fortè virum quem
Conspexere silent, (vt ille cecinit.)

Radicis relicta pericula.

Facile est & seditionis capita violenter opprimere: sed si præcedens illa malorum occasio non auferatur, quid aliud, quam ignem carbonibus occulunt, quos cùm perruperit, & summa & infima pariter in exitium trahat

Magno veluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
Exultantque æstu latices, furit intus aquaï
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis,
Nec iam se capit vnda, volat vapor ater ad auras.

Conclusio summaria.

Indicationum ordines vnde maximè sint intricati.

Cùm itaque partim ex scopi multiplicitate circa subiectum vnicum, partim ex infinita caussarum serie indicationum quoque infinitus ordo consurgat, cui & multa insunt persæpe pugnantia, & plura quæ propter occultas maximè caussas falsa pro veris obtrudant, propterque effectus & caussæ reciprocos orbes methodum vel non expectent, vel prorsus inuertant; idcircò fieri tam difficulter existimo, vt morbo instrumentario cuipiam vnius medicaminis forma sufficiat. nam etsi natura sæpius vnica diuersarum rationum partes includat, earum resolutio tamen vix eo se prorogat, vt per caussarum ordines omnes indicationis arbitrio æquabili ductu pariqúe facilitate respondeat.

Canonis septimi præcipuum axioma.

Aptanda sunt igitur plura, & tantò sæpius, quantò subiecti passibilis ratio est compositior, eademque hac lege contemperes æquum est, vt suum singula in actione obseruent tempus & locum, iuxta analogiam subiecti in medio definitam; deinde curandum, vt vni cum prosis, non obsis alteri scopo; neque quod

vna

Digitized by Google

vna ex parte ædifices, ex alia dirvas atque conuellas: ſed vel ſe mutuò iuuent, vel defectus alterutris expleant, vel viam obſtaculis intercludant. Reſolutionis norma omninò eſt eadem quæ in ſubiecto paſſibili fuit, primò etenim examine rudiuſculo quale per orbem excentricum inſigniui, ſpectamus in omnibus, quanti ſit illa quæ vel intuentibus ſtatim ſe prodit in agente compoſitio. nam ſi reipſa eſt multiplex, ſtructuræ ſcilicet vel diuerſiſſimarum partium ratione, multos quoque hoc nomine & reſolutionis ordines obtinebit: ſin tantùm in animo quædam eſt multiplicitas, vt cùm vniuerſale proponitur, tum per præſcriptam Methodum Canone quarto, aſcendendum ac deſcendendum ſæpius, ſed oculorum acies maximè in ſingularia defigatur. Vt in Phrenitide ſi de exhibendo iure papaueris quæſtio, ipſum reſoluitur in formam ſuam atque materiem, forma per ſyndromen materialem inquiritur ex colore, odore, guſtu, & cæteris ſenſibilibus ſignis, per quæ medicaminis totius eſſentia diſtribuatur in partes, virtute, qualitate, loco, & tempore differentes. Si de venæ ſectione ſimpliciter dubitabis, præſtat commune genus ad particularia reſtringamus, idque petatur potiùs, num venæ cephalicæ ſectio quæ loco affecto ſit κατ' ἐξοχὴν in inflammatione cerebri præſidium ſit allatura. hanc ſanè abſque idea communi vix primum aſſequimur, quæ tamen conuerſim (vt diximus nuper) à ſingularibus multis per obſeruationem ſedulam ante ſit conſtituta. Poſtquàm de rei actiuæ multiplicitate obiter eſt conſtitutum, nil ſupereſt aliud, quam ipſam diducere rurſus in formam atque materiem, ac ſi reſolui vlterius poſſit aut debeat in cauſſas præcedentes externasque, deinceps & elementa, quærens in ſingulis ſedulò naturam ſimilarem omnem atque inſtrumentariam, vnde mox actiones tum communes tum propriæ & ſingularum modi, vires, ac magnitudines eluceſcant, per viam triplicem ante conſtitutam in Epicyclo, partim à ſenſu ſcilicet & phantaſmatibus, partim à ratione & intellectu. Verùm de reſolutione illa in formam atque materiem cùm de ſubſtantijs quæritur, nulla eſt difficultas, de formis tamen accidentalibus, actione, & paſſione qualibet dubitatur. Nam venæ Cephalicæ ſectio quomodo in illa principia reſoluemus, quibus non conſtituitur, ſed occupatur tantum ceu circa ſubiecta. Certè omnis illarum ratio, etſi per ſe ſit immaterialis, prout reſpectum tamen ad ipſam materiem ſemper obſeruet, illi quoque vt coextenſa diuiditur vt concreta vel per naturam vel animi diſcurrentis arbitrium. Ita cum venæ illius apertio loco præſidij loco materiei agentis eſt reſoluenda, ſpectamus formam negotij in aliquo definitæ materiæ ſinu, iuxta illius venæ exortum, progreſſus, & terminos, deinde vaſorum ſubſtantiam, contentos humores inquirimus, aliarum partium copulam atque conſenſum; poſtremò in ſingulis ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, figuras omnes & numeros, proportionesque geometricas, vt recti obliqui ratio, æqualis inæqualis, vtilis inutilis, oportuni & importuni prompte ſe manifeſtet. In his enim conſonantibus inuicem totius negotij

Reſolutionis ratio in obiecto principe ſine actiuo.

1 Orbis excentrici motus circa obiectū actiuū.

Exemplum.

Exemplum alterum.

Epicycli conuerſio circa obiectū actiuum per diuerſos triplices antea demonſtratos.

Quæſtio de reſolutione in formam atque materiem.

Quæſtiones de natura actionis aut formæ alterius quomodo reſoluatur in formam atque materiem.

Solutio.

Materiei conſyderatio etiam rebus immaterialibus quodammodo inolens.

Exemplum.

Digitized by Google

Exemplũ aliud à parte obiecti passibilis.

negotij vnà quædam stabilis & vniuersalis forma consistit. Idem à parte subiecti passibilis vsuuenit, quoties de forma sola aut qualitate mẽtio est, præsertim in morbis quibuslibet, vt cum febrem resoluimus vel inflammationem aliquam, affectionis etenim ratio vniuersa absq; subiecti cui inest imagine, nobis nec exprimi rectè nec intelligi potest. Verùm hoc differt formæ aduentitiæ resolutio (vt morbi aut vitij) ab illa ingenitæ formæ & naturalis (vt sanitatis) quod huius caussæ cum subiecti caussis eædem sint ferè, similiq́ue tenore perpetuò fluant: illius contra analysis partim se proroget iuxta amplitudinem loci, quem semel inuasit, partim ex circunstantijs varijs internarum caussarum & exteriorum particulares ordines trahat. Sic enim in cerebri sana constitutione vnus est ordo totius fabricæ, vnus & sanitatis: nam quæ compingũt seminales rationes, sanitatem semper præ oculis habent, idcircò & sanitatis forma in partium instrumentariarum compositione & cõmunium apta temperie posita est, & per eandem optimè declaratur. In inflammatione cerebri pingenda est phlegmones ratio primum ratione loci, humorisq́; proximi præcedentis & posterioris. Deinde est & caussarum proprius ordo, cum inflammationem ex caloris incendio præter naturam, idemq́ue rursus ex putredine natum asserimus, putredinis caussam deinceps in obstructione collocamus, vbique tamen sese materies implicat, cùm neque obstructio, nec fluxio, neque incendium quomodo fiat commodè percipiatur, nisi & locum & tempus substratamq́ue materiem omnibus vna cernamus. Postremò id etiam atq; etiam monitos volo circa subiecti principis resolutionem, siue sit forma nuda, siue substantia, quæ in quæstionem cadit, non tam curandum protinus vt resoluamus ipsa præsidia, quàm actionis formam vniuersam, quæ ita sit vnica ex pluribus temperata, vti penes indicationis regulas passim cum illa subiecti passibilis vnitate simul & multiplicitate respondeat. Non enim inquiram ilico, an rectè phreniticus decocto papaueris restituatur, sed vniuersam priùs phrenitidis formam animo comprehẽdam, qua resoluta per indicationes rerum quoque agendarum necessitas vnà & vicissitudo se prodet. Indicationis ordo mox & actionis totius ideam præ oculis ponit sibi simillimam, sed in hoc maximè differentem, quòd indicatio ex materie quidem passibili ad actiuæ materiei inuentionem iudiciumq́ue deuergat, sed actionis ordo etsi propter endeixeos necessitudinem sit constans & stabilis per sui curriculum vniuersum; propter tamen materiei commercium propius, (cui actu iam scilicet sparsimq́; & indefinitè per partes sui singulas complicatur) etiam instabilitatis est particeps, vbique incudem postulans, vt quæ principio lubrico sint per hypothesim data totius Methodi plena conuersione definiantur. Habet ergo rei actiuæ analysis supra eam quæ pro Indicationis ordine facta est, materiale quiddam confusum atque diuulsum, sic tamen, vt ex totius actionis forma & vnaquaque materiæ parte ad numerum proportionemq́; debitam temperata, fiat quid vnicum, vni subiecti passibilis formæ tuendæ, comparandæ, profligandæ (vt lubet) maximè necessarium. Propone rursus resolutam ante phrenitidem penes subiectam

Forma aduẽtitiæ resolutio à forma ingenita resolutione in quo differat.

Exemplum.

Præceptũ aliud circa rei actiuæ resolutionem non tam materiei ordinem, quam actionis animaduertendũ, vt agens passo per indicationem correspondeat.

Exemplum.

Nota seduso.

Ex obiecti passibilis cõsideratione indicatio surgit, ex indicatione actionis necessitas, ex hac demũ rei actiuæ vel obiecti principis inuentio.

Conclusio.

Rei actiuæ analysim diuulsam & discõtinuam per actionis propositæ formam continuã in vnitatem reuocari.

Exemplũ eiusdem præcepti altiùs repetitum.

Digitized by Google

ſubiectam materiem locique totius affecti rationem, aperiet ſe mox rerum agendarum ſpecies & ordo per Indicationem in extremorum medio conſtitutam: quare (vt rem in pauca conferam) occurret primum faciunda diuerſio eius quod influxurum eſt, mox & concoctio illius quod influxit, eiuſdemque rurſus euacuatio, cuius ante pars craſſior per vias craſſiores & proximas ſit educenda; tenuiores cæteræ vel altiùs immerſæ per vias inſenſiles magis latentemque perſpiratum: poſtremò quæruntur & amiſſi roboris reſtauratio, ſomnique conciliatio, & id genus alia. Neceſſe eſt igitur vt diuertentia primum aut repellentia medicamina ſeligantur, mox quæ euacuent, roborẽt, firment, ſomnum concilient. Totus negotij cardo in ſola Phlegmones cerebri curatione verſatur, ſed partes ſunt plurimæ, quarum ſingulis cum certa præſidia conſtitueris, naſcitur & compoſitius quiddam, quod loco actiuæ materiæ reſoluatur. Incipiam itaque à diuertentibus, etſi per hypotheſim rudiuſculam, ſtatuta eſt venæ ſectio è regione ſedis affectæ, hanc ita reſoluam, vti monſtratum eſt ſupra, ſimiliter in his quæ purgant, quæ roborant tandem, ſomnumque conciliant faciam, conſiderabo particulatim ſomni vigiliæque cauſſas & rationem omnem per methodum ante monſtratam, inde & papaueris vires expendam, facta totius analyſi, ac videbo tandem quę ſit vtriuſque proportio, ratione ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis, temporis, loci &c.

CANON OCTAVVS, EX ANTEA CONSTITVTIS *docens inuenire analogiam, ſiue proportionem principij, quod actioni præficiendum eſt, ad illud quod eidem ſubijcitur.*

8 *Quopacto poſt abſolutos ter diſcurſus triplices in ſubiecto ſcilicet paſſibili medio & actiuo extremorum in medio ſit faciunda cõparatio vt plenam artis inuentionẽ aſſequamur.*

IAm neque in Octaua Regula ad difficultatem operis quicquam expectes noui: hæc enim peracta in triplicibus terminis conſideratione triplici iubent duntaxat extremorum ordines in medio cõparari. Quare totius doctrinæ Endeicticę non tam pars altera quàm ſcopus primarius ac finis exiſtit, quàm forma perfectior ex terminorum trium reſpectu mutuo & actuali collatione compoſita. Hanc ita per partes ſingulas exaratam ita exhibui, vt velle eandem repeti vel refingi denuo inane prorſus & ſuperuacuum putem. Pauca tantum è multis quæ ad totius integritatem ſolidam ſpectent, hæc mente memori condes. Spectanda imprimis eſt extremorum illa proportio, Communium quidem rationum communis, particulariũ particularis magis & definita. Commune iam vnumquodque & ſingulare ſtatuimus vel propter naturam vniuerſalem particularem in animo compreprehenſam, vel propter partium ſtructuram magis minuſue compoſitam.

Præcepta particularia Canonis octaui.

Digitized by Google

In horum collatione mutua ſecundum ſubſtantiam ſcilicet, magnitudinem, numerum, ordinem, qualitatem, ſitum, connexum, locum, tempus, omnis agendi analogia conſiſtit.



Quantò

Quantò autem vnaquæque indicatio sit altera prior, & quo pacto proportiones rerum à confusis incedant ad determinatas, maximè ex subiecto schemate faciliùs assequeris.

De indicationū ordine circa proportiones agentis ad passum.



Cùm aptè singula singulis in ipso medio composueris; quod si proposito scopo sic agens responderit, vt pro consilij nostri ratione similis sit vel contraria secundum substantiam scilicet, quantitatem, qualitatẽ, &c. ipsum amplectere, habes enim negotio tuo non tãtum commodas caussas & media, sed & vtendi dexteritatem, occasionem & modum. Quod si minus conforme fuerit, vel reiiciendum est ilico, vel adiectione, subtractione vnius, aut plurium corrigatur, donec ęquabile fiat. Erit autẽ eius hypothesis bona iuxta rationem Regulæ falsi, quam Arithmetici tradunt, & inter cæteros disertissimè meus P.M. parens Gemma Frisius: nos quoque idem inter discursus logicos obseruandum ante notauimus: cõstabit inquam pro actionis successu semel suscepta sententia, si membrum aliquod resolutionis Endeicticę seriem non interturbet, nec vno vel altero posito maius sequatur absurdum vel inconueniens, erit optima, si caussas cooperantes adiuuet, si tollat obstacula, si rebus aduersis vel procul impendentibus aditum intercludat. Quod si quid horũ deerit, legenda sunt sæpius vestigia retro, sudandumque passim in rebus obuiis, vti in discursu rationali facere te docuimus, donec ad symphoniam quandam musicam quàm proximè totum hoc systema reduxeris. Exempli gratia, quod multi virtutis occultæ putant, radix plantaginis curat quartanã febrem, præsertim si cum vsus postulat & venæ sectio & atræ bilis concoctio vnà cùm euacuatione ante præcesserit: cõstabit methodo actionem hanc omnem non tantum à forma occulta proficisci, quantum ex proportione mutua agentis ad passum ratione substantialis simul atque accidentariæ formæ, nec non ratione quantitatis, ordinis, temporis, loci. Resolue affectum in caussas, in formam scilicet subiectamque materiem, atqui accidentia ipsa cum sint immaterialia per se, idcirco in horum resolutione subiecto vtimur vice materiæ: nã & accidentia sæpius per subiectum definiuntur. Constat in febre eiusmodi affectum ventriculum sæpius humore bilioso, acri, & ex adustione mordaci, similiter & mezenterium. in caussa est hæpar obstructum, atque idcirco amplius incalescens, vnde cum tanta humoris crassissimi copia per hæpatis angustias non transmissa partim hæreat in propaginibus venæ portæ, partim in regionem proximi lienis impingat, vbi profecto & adustionis assiduitate in limum degenerat visco quolibet tenaciorem, necesse est protinus dari medicamentum aliquod, cui non vna sit virtus, sed multiplex loci & temporis vicissitudine cum locis affectis analogiam semper obseruans. Oportet inquam labefactatum ventriculum modicè stringat, excalfactum temperet, fluxiones arceat, & quicquid affluxerit crudi simul exturbet. In hæpate & mezẽterio sunt indicationum ferè ijdem scopi, sed quæritur istis maior incisio, eademque potentior multò in remotissima splenis regione, vbi quædã vis discussoria primas obtineat. Omnes has actionum vires vicesque tum ex sapore iuxta Galeni methodum, tum viua eiusdem experientia in vna diuinæ plantaginis radice facillimè deprehendes: habet enim gustãti primò insipidum quiddam, vnde & propter aquei elementi dominium in superficie positum sub occursus

Regula falsi ab Arithmeticis sumpta.

Examen Hipothesis circa subiectum princeps siue actiuum.

Tertij præcepti vberior explicatio.

Exemplũ in curanda febre quartana per plantaginem, cuius author est Diosc.

Obserua finium multiplicitatem in vno particulari negotio.

Plantaginis mira encomia.

Digitized by Google

ſus primos refrigerat, poſt aperit quidam ſe blandiuſculus calor concoctioni bilis inſeruiens, cui & amplius exiccatæ ſubtilior altera vis emergit in alto hactenus deliteſcens, quæ cùm in penitiores viſcerum partes vel in venas extimas ſeſe inſinuauerit, potenter incidat, frangat lentiſſimos ſuccos, atque diſcutiat. Huius curationis exemplum vidi in Iuriſconſulto celeberrimo & mihi amico ſummo D. Doctore Elberto Leonino, deinde & in vxore mihi chariſſima Margareta; huic enim cum menſes antè duraſſet 3. illi cùm ſeptimanas ſex, ſtatim ab aſſumpto iure plantaginis, quartana penitus expiraſſet. Sed morborum hiſtoriam & obſeruationes penitus admirandas in Therapeutice pariter atque Chirurgicis, in Epidemiis quoque & Anatomicis ſtatim poſt huius operis editionem, ſuperis fauentibus, euulgabo. Quod ſi in facultate iuris exempla deſideras, etſi verear ne ſutor vltra crepidam non cuiuis palato faciam ſatis; cùm Iuriſprudentiæ domus ſit ciuitas pluriumque ſocietas (Cicerone teſte) excipiam ſanè illam ſocietatis ſpeciem, quæ natura inter humanas cæteras ſemper tum prior tum antiquior fuit. Vt ſi de conſeruanda coniugum tranquillitate ſit quæſtio, communis eſt ea & quàm latiſſimè patens, quippe quæ neque ad vllam perſonæ differentiam, nec loci, temporis, aut rerum aliarum circumſtantium definitur. Imprimis ad conſtituendam iuris vniuerſalis formam, quæ in omnes matrimonij caſus ordine proferatur, opus eſt acri ſpiritu, vſu cõtinuo, & laboribus inexhauſtis. Nam licet quàm maximè ad perfectionis ſpeciem ea trahatur, ſitque talis in rerum natura, qualem velimus maximè; neceſſe eſt tamen illius inueſtigãdæ methodum diuulſam in animis noſtris magiſque confuſam multo quàm fuit in negotijs merè naturalibus, apparere; cuius ſanè nec ſimplex, nec nimis abſtruſa ratio eſt: oriuntur enim difficultates plurimæ tum ex parte legum ipſarum, tum ſubiectorum circa quæ verſantur. Subiecti diſtinctio pene eſt infinita, proinde & cauſſalis illa connexio modis efferri pluribus poteſt: nam quæ effectus eiuſdem ſunt cauſſæ, interdum & cauſſæ effectuſque ſpeciem inter ſe mutuo gerunt. Nam in coniugij ratione cum ſit ſocietas animorum, formæ, & corporis, hic ſocietas animi interdum eſt cauſſa ſocietatis corporeæ, vel è conuerſo, interdum vtrumque proficiſcitur ab alia quauis extrinſeca cauſſa, vt ex parentum impulſu, & amicorum, rebuſque fortuitis cæteris, vt longè ſit difficillimum certum in rebus ita diſperſis ordinem conſtituere. Quin quod grauius puto, videtur forma neceſſitudinum humanarum totiuſque contextus ſæpe ſe promptius aperire, quàm ipſe materialis ordo, cui ſit coextenſus: ita enim facilius dicimus ſocietatem animorum & corporum ex rerum proximarum occaſione diduci, vt per contractus mutuos, per parentes, affines, deinde & parẽtum rerumque proximarum motiones ſiue conſilia à cauſſis præcedentibus mutari. Videtur hic quidem promptiſſimè ductus cauſſarum ſimplex & interruptus, dum partes ſingulæ totius ordinis ſub vniuerſali quadam abſtractaque formarum aut finium imagine proferuntur: ſed ſi materiẽ ſimul velut formæ coalitam intueberis, vt in ipſo contractu cõiuges primum,

Obſeruatio eruditorum in Platonis gine circa ſebrẽ quartanam.

Obſeruationum medicarum libri ab authore prodiẽ euulgandi. Exemplum alterum in iure neglectio. Iuriſprudẽtia domus ciuitas.

Reſolutio cauſſæ matrimonialis.

In iuris negotijs ordo conſeruandarum rerum maximè diuulſus.

Ratio perturbati ordinis circa ciuilia negotia.

Ex parte ſubiectõrum.

Proinde & huius difficultati medebitur maximè per methodũ ſim plicẽ ſimam qui ſequẽtibus paginis poſtea exponitur.

deinde parentes, dotem, atque affines proximos, postea & amicos externaque cætera, multa ex materiei ratione multiplicitas ilico, & totius caussalis ordinis perturbatio nascitur, quæ illud potissimum præstat, vt ex materie vel sensibilibus rebus de forma non facilè iudicemus, cuius contrarium in rebus mere Physicis vsuvenit. Quod ad Iuris formam siue animam spectat, vel eo nomine necesse est prorsus amethodos fieri, quod legibus ipsis ex circunstantiarum multitudine plus sæpe authoritas atque fortuna quàm ratio contribuerit, & idcirco mens legum vel sit expressa rarius, vel si expressa est olim, nunc hominum incuria sæpe, vel vetustate abolita negligatur. Quin desunt plerisque nomina, vt necessario ad communissimum reducantur, quemadmodum in crimine doli mali, in crimine stellionatus: sed sapiunt pulchrè, mea quidem sententia, vti & medici, cùm vel ad authoritatem, vel occultam aliquam proprietatem velut asylum sese recipiunt, vbi rationem rei non intellexerint, licet id faciundi Iurisperitis æqua sit magis occasio quàm Medicis in negotio suo. Sed præstat ignorantiam absque aliorum periculo profiteri, quàm se iactare temere, vel cum honoris vitæque discrimine inepta simul & falsa plurima comminisci. Est & difficultatis altera caussa non infima, potissimùm in illis principijs extrinsecis posita, quę tam sunt infinita supraque methodum caput attollũt, vt vel Oceanum lebete prius exhaurias, quàm species rerum & comprehẽdere nomina possis. Nam vti caussarum vna in alterius ditionem vndiquaque transcendit, ita & leges legibus permiscentur, fitq; hic merum chaos & indigesta confusio, vt cùm in matrimoniali caussa de hæreditate ac testamento quæstio est, quatenus contractus matrimonialis nomine delegatur. Item cùm in caussa testamenti quæstio criminalis exoritur, sua enim cuique ex priuata περιςάσει est & resolutio particularis: quarum, vt singulæ singulis complicantur ratione partium, rerum, personarum, quantitatis, qualitatis, loci, tẽporis; ita & intricata maximè est Indicationum species vel ordo Endeicticus; quem tamen ita necesse est consentire passim, vt cùm vni quod suum est tribuis, suum alteri non auferatur. Hæc ego pro Iurisperitis non vt à methodo deterream, sed difficultatis nomine magis impellam & incitem, cùm pulchri ratio sit in sublimi posita, nec sine labore transigi possit facinus magnum & memorabile. Neque verò exemplum eiusmodi à nobis suspicitur, vt cæteros doceã (sus Mineruam quod aiunt) in ea facultate præclaros, sed viam duntaxat digito monstrem: quam semel ingressi cùm simul negotio suo determinata principia addidicerint, eam perfectionis methodicæ speciem facilè consequãtur, quantam sperare humanis viribus licet. Age verò pro matrimonij resolutione ad normam resolutionis Medicæ, diagramma eiusmodi statuatur.

2. Ex parte forma Iurisperiti quo pacto sæpe amethodi fiant.

Mens legum sæpiùs occulta.

Rebus etiã deesse nomina.

Cautela & medicis & Iurisperitis ferè communis cùm rerũ nomina vel rationes ignorantur.

3. Ex parte rerum extrinsecarum.

Conclusio ex antedictis.

Authoris excusatio circa exemplorum particularium considerationem.

Resolutionis matrimonialis diagramma.

Quęri-


1. PROXVMAE
2. PRAECEDENTES
3 EXTRINSECAE CAVSSAE.
Quæritur conseruatio societatis matrimonialis: statuam
A parte passibilis rei ipsũ matrimonium, cuius ratio vniuersim posita sit in firma illa atque diuina penitus vnione animorum, corporis, atque fortunæ, proin deex definitione resoluam idipsum in
Materiẽ quæ per partes discerpta est, sic tamẽ vt in vnitatem consentiant: harum alia Est
Anima Resoluitur deinceps in sua principia, vt sunt
Amor mutuus Diuinus atque cælestis Consensus mutuus per verba de præsenti
Virtutes & mores Fides ac religio, Studia consimilia
Res petitæ longius, peregrinæ & numero infinitę, quæ tamen mouent, incitant, tardant, aut planè impediũt, vt consuetudines patriæ, edicta principum, & id genus alia.
Corpus
Forma Valetudo Liberorum procreatio & carnalis copula
Necessaria ad corporis sustentationẽ, vt dos & donatio
Fortuna exterarũ rerũ, cuius interim sunt ordines plures
Propinquior vt per Parentes & Affines proximos
Præcedens vt per cognatos atque amicos
Medium in analogia similiter positũ, vt in negotio medico, quæritur quele gum proportioad necessitudinem rerum humanarũ ratione substantię, quantit. qual. loci, temporis, &c.
In singulis habenda ratio rerum & personarum primo, inde & Quantitatis, Qualitatis, Ordinis, Loci, Temporis.
Formã quæ sit ipsa coniunctio, vt anima quædam totius cõtractus huius resolutio ad materiei instar incedit, sed vnita magis & stabilis
Rerum
Animi
Corporis
Fortunæ
Consensio interconiuges proximarũ caussarum, vt animi, corporis, parẽtum, &c.
Consensio principiorũ præcedentium, vt consensus morum, religionis, studiorũ, hæreditatis, dotis amicorum
Consensio rerum exterarum.
A parteactiuæ rei sit ipsa Iustitia, vel æqui bonique administratio, matrimonij integritatem conseruans. Est & huic quodammodo sua
Materies, quæ pene est eadẽ cum illa quæ fuit à parte passibilis rei, nisi quod hic concipitur magis sub actiuæ nomine & quatenus similia similibus vel cõtraria contrariis adhibentur. idẽ enim subiectum est legi atque humanis negotiis, vnde & similis resolutio
Res diuinæ vel humanæ quę matrimonij cõcernunt proximas caussas, possunt; eędẽ similiter tribus generibus cõprehẽdi
Animo
corpore
fortuna
Res diuinæ vel humanæ præcedentes ordine quæque secundas magis respiciũt matrimonij caussas, siue rursus sint
Animi
corporis
fortunæ
Res remotæ & extrinsecæ penitus diuinæ humanæq; quæ tamen ad matrimonij rationem adumentro vel obstaculo esse censentur.
Forma quæ per legum varietatem monogrammata & titulos exprimi solet
Forma cõprehensa titulis proximioribus
De Nuptiis
De desponsatione impuberum
De frigidis & maleficiatis
De caussis diuortij
De arrha sponsalitia
Forma legum minus propriè spectantium matrimonij rationem.
De dote & donationibus
De gradib. affinitatis
De cognatione spirit.
De clandestinis desp.
De incestis & nefariis nuptiis
De desponsatione principum.
De voti redemptione.
De authoritate principum, & parentum in liberos.
De seruitute. &c.

παρασκευὴ ad methodum Periscopicen.

Duplex quodāmodo Methodus in Iuris negotio, vna coacta ad naturalis doctrinæ imaginē, altera verò commodior & ipsi facultati iuris familiarior, per solam finium resolutionem.

Hæc omnis in Iuris negotio coacta nimium & violenta ratio est, cuius imitamentum non tam proinde vt necessarium, quàm pulchrum atque possibile demonstraui. Coactam censeo, quod hic sit forma proposita ceu colligāda passim ex ipso materiæ sinu, cùm tamen in Iurisprudentia aut non sit semper annexa materies, (vnde & mens aliquid sufficere debeat in illius locum, præsertim sub conceptu vniuersali) aut si materies adsit, diuulsa hæc penitus feratur & discontinua, nisi quatenus à forma totius negotij ordinata maximè atque continua ad illam perpetui nexus cathenam auream religatur, vt potius isthic ex forma materiem, ex vnitate Idæarum vnionem vmbrarum atq; imaginum, quàm è diuerso cernere soleamus. Quod & in artibus cæteris nō segnius obseruato, quarum præcepta quæ καταλήφεις à Græcis dicuntur, circa res dispersas & discontinuas occupantur. Sunt autem dispersę eiusmodi, quæ non perpetuam seruant inter se mutuo caussæ effectusque necessitudinem; sed nunc se habent vti effectus & caussa, nunc vti effectus eiusdem caussæ, nunc demum vt circumstantium rerum momento impulsa leni in partes varias inclinantur, cuiusmodi sunt ea quæ πεφυκότα Aristoteli recensentur. Verùm vt huic incommodo succurramus, statuenda est methodus peculiaris altera, non tamen re ipsa, sed solo compendio à priore diuersa, quam nos à resolutione finium, ad quos tanquam scopulos cuncta dirigimus, περισκοπικὴν haud malè vocemus, vel finalem, si Latinis placet. Nā & ipse Cicero ad Herennium, Omnem collocationem, inquit, ad finem accommodo. Quin & consimilem methodum secutus est maxime Plato, talēq; subaudias passim, quoties diuisoria Methodo potissimum vsus esse dicatur, non quę sit simplex diuisio, sed mista quædam discursionis species ex diuisione & resolutione intermedia. Vt cùm proponitur beatitudo tanquam vltimus finis, diuiditur ea in felicitatem animi, corporis, atque fortunæ: Felicitas animorum resoluitur in suas caussas proxumas, vt virtutes; hæ diuiduntur rursus in species suas, Iustitiam, Prudentiam, Fortitudinem, Temperantiam: quæruntur postremò singularum caussæ vel media, vt Iustitiæ ratio sit tribuere cuique quod suum est, huius vlterior forma in legibus comprehensa est, diuiduntur iterum leges in diuinas atque humanas. Procedes hoc modo vel in infinitum si libet, vt varient vices nunc diuisio, nunc resolutio, sequestrata sæpe materie, sæpe & intertexta cum vsus postulabit. Hanc Methodi rationē ego in methodorum tabula velut diuersam speciem nolui recensere, tū quod accidente duntaxat à cæteris differat in perfectione scilicet; tum quod ex infinita eiusmodi varietate cōfusus animus res, antequā probè gustarit, sæpe repudiet. Quin si benè consideres, multum affinitatis hæc methodus obtinet cum illa catholicæ methodi parte, quæ ante discursus triplices finē propositū soluit in diuersorum conceptuum rationes, vt quæ sanitatis curam in conseruationē dirimit partis sanæ, & profligationem affectus contrarij. Tantum in illo dissidet, quod progressa vlterius nunc resoluat, nunc resoluta diuidat, formarumque ordines omnes sub ipso finium priorum posteriorumque nomine com-

Artes diuulsæ materies.

πεφυκότα.

Methodus finalis vel περισκοπικὴ.

Diuisiua Platonis Methodus quæ sit.

Methodi Periscopices idea breuissima.

Methodū Periscopicen nihil esse quam partē catholicæ primo canone demonstratam, nisi quod hic per totū curriculum in continuū proferatur.

Digitized by Google

ne comprehendat. Nam vt verum ingenuè fateamur, essentialis rei cuiuslibet forma totum quiddam & omne potentia est, vnde nunc finis, nunc effectricis caussæ rationem includit, interdum & vice materiæ, vice totius compositi, quod ab eadem maximè definitur. Id commodi habet hęc Methodus, quòd materiem non necessariò semper innectat, nec aliàs fermè nisi cum ea sponte se rebus consideratis agglutinat, vt ægrè diuelli possit. Accedit commoditas maior, quòd discurrentis ordinem variè possit inuertere, modò ipsa principia seu priores formæ ad finem ita cõsentiant, vt alibi mutuò non aduersentur. Sunt ergo istius breuissimæ leges: Prior, vt finis simplicior in particulares ordine dirimatur, sic tamen vt ad bimembrem distinctionem, si fieri possit, accedát quàm proximè. Secundò, Diuisæ in particulares maximè conceptuũ rationes paulatim in caussas, media siue principia dirimantur, eademq́ue rursus diuisione noua nouos quoq; resolutionis vlterioris ordines trahant, donec ad prima ferè totius discursus elemẽta pertigeris. Tertiò, Sicubi sese offert materies licet abruptim, non tamen est negligenda, sed & vnà resolui debet, quousque formarum essentialium termino sit exporrecta. Conspicitur ea potissimùm in illis postremis resolutionis ac diuisionis partibus, vt in exemplo sequenti est manifestum. Quartò, Iidem fines diuersis aliquando medijs comparantur, ijdem medio subinde & fines maximè differentes, hinc tam diuersi resolutionis ordines ex oppositis finibus per plura media, quæ tamen desinant in vnum idemq́ue principium. Quintò, Formarum ordini debetur examen triplex, in longitudinem, latitudinem, & profunditatem. vbi tamen cùm sensus obiecta propria non suppeditat, à quàm simillimis ratio sit ineunda. Sextò, Formæ similiter ad formam per omnes dimanationum partes debet esse consensus mutuus per 10. genera & Categorias ab Aristotele constitutas. Septimò, Sæpè etiam dispersi fines opposito ductu denuò ad priorẽ simplicem referuntur, qui duos tresúe fines in se sic comprehendat, vt diuisioni opposita compositio in diuisionis locum ceu postliminio reuocetur, persistente nihilominus discursus totius analytica forma. Verùm exemplo melius hæc innotescent.

Forma rerum essentialis totius cuiusdam rationem in se comprehendit.

Methodi periscopices vtilitas.

1

2

Methodi periscopicæ leges.

1

2

3

4

5

6

7

Exemplum in vestiganda principis felicitate.

Mm Propo-

Digitized by Google

PRIMA DIVISIO conceptus finalis.

Bonorum
- remanentium
  - In Cœlo
    - 1 Legis eternæ gloriæ
    - 2 Philosophia
  - In Cœlo
    - 1 In Asino
    - 2 In Corpore
    - 3 In Fœmina
- In Asino
- In Corpore
- In Fœmina

Reducitur ratiocinatio maximè ad duplicem conclusionem, per Tertium Syllogismum.

Infinita 1
Fœminalis 2
Temperata 3
Generis Virtus Publica 1
Generis Virtus Fœminalis 2
Generis Virtus communis 3
Infinita 3
Fœminalis 2
Temperata 1
Infinita 2
Fœminalis 1
Temperata 2
Infinita 4
Fœminalis 3
Temperata 4
Generis Virtus communis 4

Vide Martinhusium cap. 8. in Summâ Scripturæ, lib. 1. & vide Cl. Pontanum lib. de Virtutibus.

Referuntur omnes per conjugationem ad 2. finem.

Referuntur omnes per conjugationem ad 3. finem.

Contemplationem, quæ refpiciunt
- 1 in cœlo, boni, pulchritudinis gloriæ.
- 2 Idem ipsum in adfectionem animi ad bonum pertes.
- 3 Frequens lectio et meditatio Scripturarum, & ad Deum ipsum finit bonis operibus, & exercitiis, & defuetudine philosophiæ.

Actionem, quam perficit
- 1 Studia fecula quod fibi faciunt gaudia.
- 2 Si contemplatione excrcitationem ad virtutis exercitia, antiquæ cæteris philosophiæ scriptum, quæ vitæ doctrina erit Christiana.
- 3 Si quidem divinum alicui animum simplicem, fequi recreet in philosophia Christi.

SECUNDA VIRTUS compositio.

PRIMA DIVISIO conceptus finalis.

Bonorum
- remanentium
  - In Cœlo
    - 1 Legis eternæ gloriæ
    - 2 Philosophia
  - In Cœlo
    - 1 In Asino
    - 2 In Corpore
    - 3 In Fœmina
- In Asino
- In Corpore
- In Fœmina

Reducitur ratiocinatio maximè adhuc ad duplicem conclusionem, per Tertium Syllogismum.

Infinita 1
Fœminalis 2
Temperata 3
Generis Virtus Publica 1
Generis Virtus Fœminalis 2
Generis Virtus communis 3
Infinita 3
Fœminalis 2
Temperata 1
Infinita 2
Fœminalis 1
Temperata 2
Infinita 4
Fœminalis 3
Temperata 4
Generis Virtus communis 4

Referuntur omnes per conjugationem ad 1. finem.

Contemplationem, quæ refpiciunt
- 1 in cœlo, boni, pulchritudinis gloriæ.
- 2 Idem ipsum in adfectionem animi ad bonum pertes.
- 3 Frequens lectio et meditatio Scripturarum, & ad Deum ipsum finit bonis operibus, & exercitiis, & defuetudine philosophiæ.

Actionem, quam perficit
- 1 Studia fecula quod fibi faciunt gaudia.
- 2 Si contemplatione excrcitationem ad virtutis exercitia, antiquæ cæteris philosophiæ scriptum, quæ vitæ doctrina erit Christiana.
- 3 Si quidem divinum alicui animum simplicem, fequi recreet in philosophia Christi.

PRIMA DIVISIO conceptus finalis.

Bonorum
- remanentium
  - In Cœlo
    - 1 Legis eternæ gloriæ
    - 2 Philosophia
  - In Cœlo
    - 1 In Asino
    - 2 In Corpore
    - 3 In Fœmina
- In Asino
- In Corpore
- In Fœmina

Reducitur ratiocinatio maximè adhuc ad duplicem conclusionem, per Tertium Syllogismum.

Infinita 1
Fœminalis 2
Temperata 3
Generis Virtus Publica 1
Generis Virtus Fœminalis 2
Generis Virtus communis 3
Infinita 3
Fœminalis 2
Temperata 1
Infinita 2
Fœminalis 1
Temperata 2
Infinita 4
Fœminalis 3
Temperata 4
Generis Virtus communis 4

Referuntur omnes per conjugationem ad 2. finem.

Contemplationem, quæ refpiciunt
- 1 in cœlo, boni, pulchritudinis gloriæ.
- 2 Idem ipsum in adfectionem animi ad bonum pertes.
- 3 Frequens lectio et meditatio Scripturarum, & ad Deum ipsum finit bonis operibus, & exercitiis, & defuetudine philosophiæ.

Actionem, quam perficit
- 1 Studia fecula quod fibi faciunt gaudia.
- 2 Si contemplatione excrcitationem ad virtutis exercitia, antiquæ cæteris philosophiæ scriptum, quæ vitæ doctrina erit Christiana.
- 3 Si quidem divinum alicui animum simplicem, fequi recreet in philosophia Christi.

PRIMA DIVISIO conceptus finalis.

Bonorum
- remanentium
  - In Cœlo
    - 1 Legis eternæ gloriæ
    - 2 Philosophia
  - In Cœlo
    - 1 In Asino
    - 2 In Corpore
    - 3 In Fœmina
- In Asino
- In Corpore
- In Fœmina

Reducitur ratiocinatio maximè adhuc ad duplicem conclusionem, per Tertium Syllogismum.

Infinita 1
Fœminalis 2
Temperata 3
Generis Virtus Publica 1
Generis Virtus Fœminalis 2
Generis Virtus communis 3
Infinita 3
Fœminalis 2
Temperata 1
Infinita 2
Fœminalis 1
Temperata 2
Infinita 4
Fœminalis 3
Temperata 4
Generis Virtus communis 4

Referuntur omnes per conjugationem ad 3. finem.

Contemplationem, quæ refpiciunt
- 1 in cœlo, boni, pulchritudinis gloriæ.
- 2 Idem ipsum in adfectionem animi ad bonum pertes.
- 3 Frequens lectio et meditatio Scripturarum, & ad Deum ipsum finit bonis operibus, & exercitiis, & defuetudine philosophiæ.

Actionem, quam perficit
- 1 Studia fecula quod fibi faciunt gaudia.
- 2 Si contemplatione excrcitationem ad virtutis exercitia, antiquæ cæteris philosophiæ scriptum, quæ vitæ doctrina erit Christiana.
- 3 Si quidem divinum alicui animum simplicem, fequi recreet in philosophia Christi.

Digitized by Google

Vides vt huius scopi Analysis solius formalis ordinis distributione in continuum proferatur, sic vt priores scopi sub finium nomine, præcedentes autem sub efficientium caussarum ratione potissimum sint comprehensæ. Materies circa particulares maximè sectiones emergit, diuulsa ferè minusque cohęrens, nisi vbi formarum virtute cõtinuatur tum in legislatoris animo, tum in mente naturæ opificis. Vides præterea quopacto totius scopi sint distributiones duplices, recto quidem incessu per diuisionem magis Dialecticam, vel totius finis in species, vel partes & rationes varias, ex quibus consistit: Transuerso rursus per resolutionem magis caussalem rei constituendæ scilicet in sua principia proximiora primo, inde & remotissima, sic vt resolutionis ordo hic vniuersus non tam sit propriè diuisio rerum sub finis nomine contentarum, quàm finis ipsius dissolutio & consecutionis finalis Anatome, in qua tamen longè id difficillimum est, diuisionis logicæ partes à resolutionis caussalis partibus aptè seiungere, cum ipsa diuisionis membra videantur non iniuria finis iam diuisi caussæ siue principia. Nam & collectio specierum generis ipsius formalis ratio est, vti & partes sunt velut elementa totius integralis. Fiunt itaque pro eodem scopo dissolutiones variæ, proque artificis arbitrio, & dexteritate vel numero infinitæ, quæ tamen ad vnitatem quò propius spectant, eò sint meliores minusque confusæ. Interim & vniuersalium finium Analyses quoque sunt vniuersales, vti & minus communium particulares magis atque distinctæ. Tentandum adeo ex dissolutionis cuiusque partibus ad normam ante præscriptam, vt progressus fiant in Longitudinem, Latitudinem & Altitudinem, tam pro parte passibilis subiecti, quàm eius quod actioni præficitur: In vtriusque analogia per Endeixim significata vniuersus rei cardo versabitur. Poterat enim in Actionis resolutione illud ad eius integritatem constitui loco intrinsecæ rationis caussæq; proximæ, vt neque faciamus aliis, neque fieri patiamur, quæ nolumus fieri nobis. Poterat deinceps ad huius scopi consecutionem statui vlterior ratio & quodammodo natura prior siue antiquior ex libris de Republica Platonis, vt iuxta primæuas leges omnia fiant communia, tollaturque Meum, & Tuum ex Ciuitate. Verùm etsi hæc sit idea ciuitatis optimè constitutæ, quia tamen idipsum pro huius æui necessitate rationem Iuris Ciuilis obturbat, nec iam in isthac hominum corruptela locum naturæ ius habeat, cuius duntaxat impressa vestigia manserunt in animis nostris, idcirco ita id moderandum est, vt studia quidem nostra imprimis huc vsque contendant, naturæ tamen iam labefactatæ atque præposteræ indulgendo tribuatur cuique quod verè sit suum, ita vt suum illud quisque suum sic cogitet, vt natum commune pluribus non ignoret: quodque commune sit omnibus, ita commune, vt quisque ex eo carpat sibi quod satis & necessarium, cuius moderatio ab ipsa natura est, à lege naturæ imitatrice determinatur. O ingens cura & prouidentia Deûm, quæ non in rebus creatis duntaxat omnibus, sed & in creatorũ vsu, in actione mentis humanæ idẽ & vnum & multiplex, idem cõmune & propriũ sic esse voluerit, vt ex duobus summè

Conclusio.

Materiei occursus in Methodo periscopici diuulsa et multiplex.

Finium diuisio duplex in Methodo periscopica.

1

2

Definitio summaria Methodi finalis.

Diuisionis logicæ partes à caussalis analyseos partibus aptè seiungi.

Ratio.

Examen Methodi periscopices.

Axioma Methodi finalis.

Præceptum commune et periscopicæ Methodo, et illi quæ ad naturalia maxima cen φυσικὴ adaptatur.

Exemplum in examinãda Republica Platonis.

An rectè in Republ. statuat Plato vt sint cuncta communia.

Quomodo suum tuum intellexerit Plato.

Magna Dei prouidentia in constituenda republica, ad cuius imaginẽ principis gubernatio omnis sit dirigenda.

Digitized by Google

pugnantibus vna totius musica supra Orpheïcam lyram atque Pindaricam longè tollatur. Nec satis mirari queo, vel doctissimos viros tantopere Platonis Rempublicam criminátes, quòd bona communia, quòd communes animos, communes quoque vxores & liberos esse voluerit, malè ipsius studiũ mordax ille & Epicureicus Lucianus excepit, malè quotquot ipsum de bruta illa & corporali communione locutum existimauerunt: etsi enim vel fortunarum, vel liberorum, & coniugum faciat mentionem, sic illas communes voluit, vt alter alterius satagens, nõ minùs curaret publicum bonum quàm suum: vnde vt animus vel totius forma nobilior corporeas omnes in se comprehendit; ita & animorum coniunctio coniungit & curam exterarum rerum, vxorum, prolium, parentum, fortunæ, & corporeæ valetudinis. Quòd verò omnes æquales esse voluerit, non ideo sustulit ordinem ab vniuerso, cùm alibi contrariũ potius attestetur; sed partim id voluit, vt in eodem ordine distincto, plurium sit summa æqualitas, partim vt ita minores maioribus seruiant, superiores vicissim inferioribus, vt mutua quædam necessitudo & fortunarum contemperatio videatur, iuxta illud Euangelicum: Qui maior est vestrum, sit quasi minimus. quod rectè obseruant & nostri Sancti Pontifices, dum sese gerunt vt seruos seruorum Dei. dum in Ecclesiastica hierarchia minores obediunt maioribus ordine, illi è diuerso his necessaria subministrant; vnde felicitatem communem omnibus voluit, non sic vt omnia omnibus communia statuantur, sed vt nullum Reipub. membrum vel penitus laboret, vel solum exuperet in felicitatis ratione. Quin sit communis in omnibus omnium sympatheia, sintque omnes eiusdem felicitatis consortes pro subiecti modulo, prout cuiusque natura capax existit. Nam & naturæ constituit ordines 3. diuersos quidem in republica non minùs quàm in Musica quauis, in anima hominis & corpore, in mundo maiore atque intelligibili superiore; sed tamen ex symmetria omnium ad pulchri vnius æqualitatem optimè consonantes. Sic sanè officia eadem & viris & fœminis imperat, minoris ferme maiorisque ratione distincta, cùm eius vniuersa relatio sit penè analoga & ad idem vnum. Hanc mentem fuisse diuini Platonis, nemo inficiabitur, si quis contentum eorum omnium videat, quæ libris De regno, Deque republica, & toto ipsius philosophiæ syntagmate per colloquia celebrarit. Quanquam & alia ratione potuerit excusari, quòd ad illud respexerit ius primæuum & penitus naturale, cuius posterius alterum, imago solum, ac velut vmbra dicatur. Deus enim iustitiæ suæ imaginem pectoribus nostris insculpsit, per quam naturaliter inuitamur ad amorem iusti & æqui, deterremur ab iniquo & iniusto, quod sanè ideam appellant philosophi στοργὴν φυσικὴν. Sed quia naturæ primæuę permutatio natiuum penè in animis plurium legis characterem aboleuit, sintque paulatim propensiores homines ad amorem sui effrenemque concupiscentiam; idcirco ne ad peccandi licentiam fenestra tot improbis relinquatur, si sola naturæ lex ab omnibus exigatur, necesse est alios legum carceres inueniri, quibus ad parendum publica necessitate cogantur, vt pulchrè Iurisconsulti in facultatis suæ

Defensio Platonis in lib. de Republ.

Contra Lucianũ & Epicureicos.

Qualẽ communionem rerum voluerit Plato.

Docet idipsum & Reipublicæ nomen.

Vbique in vnitate pluralitas & in pluralitate vnitas conseruanda.

Doctrina Euangelica summa principia.

Rerum omnium præcipui ordines 3.

Consensus ordinũ in vniuerso.

Consensus similis ordinum in Repub. cum consensibus vniuersi.

Altera Platonis excusatio.

Ius primæuum.

Iuris secundarij necessitas.

Digitized by Google

suæ libris Isagogicis demonstrarunt. Sed refero gradũ, vnde digressus fui; illud etiam atque etiá moniturus, vt in scientiis istiusmodi, quarũ subiecta magis à materie sint sequestrata, vel materiem discontinuam adipiscuntur, hanc seruent præcipuè Methodi formam, & in diuisione compositioneq́ue sese imprimis exerceant, præsertim cùm & in facultate nostra sæpius vsuueniat, vt forma se consultantibus ingerat prius quàm formæ substrata materies. Ita enim in febri propter variarum rerum cõplexus infinitos, quoties vel temporis angustia, vel totius περιςάσεως multiplicitate fines dissoluere accuratè nõ licet, sic ferè procedimus vt febrem corpore liberemus. est opprimendum humoris huius vel illius incẽdium, incendij vis absque sublata putredine auferri non potest. Iterum vt putredo auferatur, tollendæ sunt huius vel illius vasis, aut visceris obstructiones, quæ putredinem pepererũt: Obstructio nõ aufertur demum nisi medicamentis partim, partim & bona victus ratione; ac demum nisi mali fomes penitus extirpetur. Vtcumque tamen ita resolutionem medicam præstiteris, occurret passim implicata materiæ ratio, vnde & eiusdem analyses intermediæ requirentur, quas expedire fas est, cùm vsus maximè siue necessitas postulabit, in omnibus alioqui resolutionum partibus prolixa sæpe & superuacua, etsi ad conseruationẽ humani corporis nullus sit nimium effusus labor. Cõstare iam satis existimo Naturam ætiologismi vniuersam in inuentione, traditione, atque iudicio positá, per indicationes maximè designari, substantiarum, quantitatis, formarumq́ue materialium nexu perpetuo cohærentes.

Conclusio summaria de vsu Methodi periscopices.

Applicatio Methodi periscopica ad Medicinam & naturalem facultatem. Exemplum.

Conclusio summaria totius Methodi per antecedentes canones demonstrata.

Quis Deus hanc Musæ, quis nobis extudit artem?
Vnde noua ingressus hominum experientia cœpit?
Pastor Aristæus fugiens Penëia Tempe,
Amissis (vt fama) apibus, morboq́ue, fameq́ue
Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
Multa querens, atque hac effatus voce parentem:
Mater Cyrene, mater quæ gurgitis huius
Ima tenes, quid me, &c.

Totius Methodi Poetica comprehẽsio per Aristæi fabulam ex Georg. 4. circa finem.

Aristæus.

Cyrene.

Necessitas rerum humanarum, velut artium omnium & Methodorum inuentrix prima, à Poëta opt. max. celebratur: huius inuentionis negotiũ fabulę comparatur, cuius personæ principes sensus humanus per Aristæũ insinuatur, virtus imaginatrix per Arethusam, intellectus per Cyrenen matrem.

Arethusa.

quæ sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit, eam circum Milesia vellera nymphæ
Carpebant, hyali saturo fucata colore,
Drymoq́ue Xanthoq́ue, &c.

Infusæ scilicet desuper notiones simulachris nõnihil sensibilibus implicatæ.

Inter quas curam Clymene narrabat inanem,
Vulcani Martisq́ue dolos, & dulcia furta,
Aque Chao densos Diuũm referebat amores.

Clymene.

Digitized by Google

Nam per amorē illa diducitur maximè cōtinuitas, seu rerum dependentia mutua, cuius confusa notio ab intellectu primum in inferiores animæ partes est propagata.

Sed antè alias Arethusa sorores
Prospiciens summa flauum caput extulit vnda,
Et procul à gemitu non frustra exterrita tanto
Cyrene soror, &c.

Vides vt virtus imaginatrix à sensibus excita intellectus potentiam pro inuestiganda natura rerum in subsidium vocat.

Huic perculsa noua mentem formidine mater
Duc age, duc ad nos fas illi lumina diuum
Tangere ait, simul alta iubet discedere latè
Flumina, quà iuuenis gressus inferret, &c.

Ita quidē res primo sensibiles imaginatrix virtus corporib⁹ abstrahit, quibus lustratis amplius intellectus influit, atque in naturæ penetralia penitus ducit.

At illum
Curuata in montis faciem circumstetit vnda,
Accepitque sinu vasto, misitque sub amnem.

Hi sunt confusæ primum discursionis circuli, quales excentrici & deferentis nomine nuper sunt insigniti.

Iamque domum mirans genitricis & humida regna,
Speluncisque lacus clausos lucosque sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat diuersa locis Phasimque Lycumque,
Et caput vnde altus primum se erumpit Empeus,
Vnde pater Tyberinus, &c.

Hæc sunt nimirum primæ discursionis rudimenta, à sensu & intellectu obscura penitus, & secundum alteram partem indefinita, vt demonstratum est supra. Sequitur animi purificatio maior,

Manibus liquidos dant ordine fontes,
Germanæ, tonsisque ferunt mantilia villis.

Et mox:

Oceano libemus, ait, simul ipsa precatur
Oceanus. *Oceanumque patrem rerum nymphasque sorores.*

Hic sanè inducit fabulæ personam principem vim Rationalem, scilicet sub Oceani nomine propter ipsius orbem latissimum, antrisque totius marginibus exporrectam ditionem, propter æstus reciprocos, fluxus refluxusq; continuos, in cuius sinu tandem ille reconditus Proteus naturæ multiplicis vultus multa obrutus aquarum caligine delitescit. Tres itaque discursuum orbes istius gratia commonstrantur.

Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam,

Ter

Ter flamma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit,
Omine quo firmans animum ſic incipit ipſa.

Summam Inuentionis vim in ratione collocat.

Eſt in Carpathio Neptuni gurgite Vates
Cæruleus Proteus, magnum qui piſcibus æquor Protem.
Et iunctò bipedum curſu metitur equorum.

Sunt hîc ſenſibiles ſpecies per Imaginationem tranſmiſſæ, & notiones per intellectum. Vide verò deinceps rationis infandum numen, naturæque vim à ratione comprehenſæ.

Nouit namque omnia vates,
Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur.
Quippe ita Neptuno viſum eſt, immania cuius
Armenta & turpes paſcit ſub gurgite phocas.

Accedit demum ad Rationis Methodum, ipſiuſque diſcurſionis orbem abſolutiſſimum.

Hic tibi nate prius vinclis capiendus, vt omnem
Expediat morbi cauſſam, euentuſque ſecundet.

Quàm expreſſe verò ad Ætiologiſmum & Indicationem hæc viſus eſt retuliſſe?

Nam ſiue vi non vlla dabit præcepta, neque illum
Orando flectes, vim duram & vincula rapto
Tende, doli circum hæc demum frangentur inanes.

Quanta verò ſeſe aperiat rerum & circulorũ multiplicitas, & quanta imaginum indiſcuſſa congeries nutantem animum à recta interdum ſemita trãſuorſum ferat, pulchrè in ſequentibus docet.

Verùm vbi correptum manibus vinclisque tenebis,
Tum variæ illudent ſpecies atque ora ferarum.
Fiet enim ſubito ſus horridus, atraque tigris,
Squamoſuſque draco.

Quare niſi ad diſcretionem veri à falſo incumbas gnauiter, periculũ fuerit, ne vel ſero ſcientiam conſequaris.

Atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapſus abibit.

Quare totius Endeixeos & Methodi ſummam ita tandem complexus breuiter.

Sed quantò ille magis formas ſe vertet in omnes,
Tanto nate magis contende tenacia vincla,
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris incepto tegeret cum lumina ſomno.

Id eſt, donec totius reſolutionis ordo conſtans quam maximè videatur, nec vno vel altero poſito aliud ſequatur abſurdum.

Sequitur exercitatio.

Eſt



Eſt ſpecus ingens
Exeſi latere in montis, quo plurima vento
Cogitur, ſinúque ſinu ſcindit ſeſe vnda reductos:
Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis.

Multa hic rurſum de ſingulis παραφραστικῶς.

Intus ſe vaſti Proteus tegit obiice ſaxi:
Hic iuuenem in latebris &c.

Et paulo pòſt de naturæ occultioris imagine, diſcurſuumque congenitis ſeminariis.

eum vaſti circum gens humida ponti
Exultans rorem latè diſpergit amarum.
Ipſe, velut ſtabuli cuſtos, &c.

Rurſus de Methodo & ratione inueniendi rerum abditas cauſſas.

Vix deſeſſa ſenem paſſus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisque iacentem
Occupat. ille ſuæ contrà non immemor artis,
Omnia transformat ſeſe in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluuiumque liquentem:
Verùm vbi nulla fugam reperit fallacia, victus
In ſeſe redit atque hominis tandem ore locutus.

Hæc

Hæc eſt fabulæ totius læta Cataſtrophe, huc omnes ingenij nerui & vires intentæ penitus aſpirabant. Aperit tandem Natura cauſſas, quibus inuentis, ad reparandas apes antè deperditas miſer Ariſtæus,

Haud mora, continuò matris præcepta faceßit,
Ad delubra venit, monſtratas excitat aras,
Quatuor eximios, &c.

Ab ipſa Analyſi ad Syntheſim, à contemplatione ad actionem proficiſcitur. Hanc mentem tanti viri pluſquam Platonici, ac Philoſophicam allegoriam neſcio an quiſquam ante nos animaduerterit, cùm tamen ſi totum diſcurſum perlegas, eodem loco in vnum conſpirare ſenties vniuerſa. Adeò vel poëtis ipſis (quorum furorem Plato tantum in infimo ſtatuit gradu) diuinæ iſtius methodi diſcurſusque triplicis character inoleuit. Quin ipſam Platonis philoſophiam ex horum officina non aliter effluxiſſe, quàm ex Oceano Mæotis, ex Mæotide Pontus, ex Ponto Helleſpõtus, ex Helleſponto Pelagus, teſtis eſt Max. Tyrius ſermone 16. cùm de Homeri myſtica Theologia præclarè diſſerens, eandem ab Academiæ iniuſtis legibus vindicaret. Authoris carmina eò prolixius enarraui, quò noſtra hæc accipi maiore cum voluptate voluerim, memorique menti (vt ex carminibus ſolet) firmius adhærere. Manifeſtum inſuper ex antè traditis puto, quæ ſit Endeixeos & ætiologiſmi mutua neceſſitudo: videtur enim ſubinde confundi vtriuſque ratio, ſubinde tanquàm in vices partita ab animo comprehendi. Mihi profectò natura viſæ ſunt complicari, ſic tamen officiorum alternata viciſſitudine dirimi, vt vna alteri nunc effectus imaginem, nunc cauſſæ atque principij præ ſe ferat. Interdum enim ex cauſſarum tractatione, endeixis naſcitur; interdum ex endeixi rurſus cognitio cauſſæ, ſi tamen totius diſcurſionis extrema conſideres, vnaque & nominum vim, nobis quidem diſcurrentibus poſtremum quiddam eſt ætiologiſmus, cauſſæque cognitio: primùm verò ex claſſium genere triplici petita indicatio, ſic tamen vt per diſcurſionis curriculum reliquum & vices varient, & nominum appellationem.

Poetarum laus.

Poetices & Philoſophiæ comparatio.

Carmethodi tationē ex poetæ ſummo deduxerit.

Corollarium de comparatione ætiologiſmi & indicationis.

Digitized by Google

HÆC EST TOTIVS ÆTIOLOGISMI BREVISSIMA COMPREHENSIO.



a Inuentorum repositio.
b Iudicium determinatum quo ad naturam.
c Reminiscentia inuentorum trad. pars.

Methodi Catholica vsus immensus.

Habes demum ex arte Medica cuiusuis doctrinæ & cognitionis celeberrimos fontes, imò velut immensi cuiusdam Oceani caput, & septemplicis ostia Nili: quæ cùm repereris, illud quoque te cogniturum scito, in quo potissimum fortuna negotij tui, imò & artium quarumcunque & vitæ felicitas collocetur: Nam siue scientiam nudam, præsentiú scilicet, præteritorum, futurorum, seu rectè dicendi methodum, seu agendi dexterè cupiamus, vis omnis vbique in extremorú præcipuè analogia posita est. Vt in prædictionibus Astrologicis, vbi simplicior resolutio est, quia de mutationibus quæritur sublimarum rerum. Vnde hæ cieantur inquirimus primùm: atqui elementa simplicia constat à supernorum corporum lationibus affici; hominem verò partim à concursu fortuito, partim ab Astris, partim à Deo solo atque instrumentorum materie, aut etiam à libera voluntate, quæ cælos vltra cùm libet & astra transcendit. Spectantur itaque pro cuiusq; euentus genere id quod afficitur, quodque afficit, vtrumque resolutum in causas vel partes extremaq; scrupula, quorum medio proportiones efflorescunt, secundum substantiam, magnitudinem, numerum, qualitatem, locum, & tempus, vnde propemodum quid prædici debeat, & quousq; hæc facultas progredi possit, absq; negotio colligemus. Quòd si viderent cæteri, non ita vel tribuendo nimium artem hanc vltra quàm par sit va-

Vtilitatum Methodi Cyclognomica particularium demonstratio. 1 In futurorum prædictione.

Scientia Astrologica cōstitutio.

In Astrologica prædictione quæ sint spectanda præcipue.

Astrologia facultas quousq; sese extendat.

rijs

rijs superstitionibus infarcirent, vel derogando plus satis opificis nostri largam benignitatem infringerent. vt Picus fecit, affectu magis quàm veri studio in hanc scientiam concitatus. Quasi non artibus singulis atque scientijs suæ sint imposturæ, sua superstitio, & abusus intolerabilis. Quasi adeò quod imperiti sint homines, quod cæcus animus vel ignorantiæ tenebris vel cupiditate præpeditus, quòd rerum principia difficillima, remota paulisper oculis, remota auribus nostris, idcircò scientias earundem esse sit inconueniens? Sed nos istius doctrinæ particularem Methodum & nunquam hactenus obseruatos canones, nobis autem ratione firmissima atq; vsu assiduo comprobatos propediem in vulgus spargere meditamur. Quod ad orationis methodum spectat, nónne id ante omnia in Oratore præcepit M. Tullius, orationem non tantum constructione verborum & rerum multarum electione firmandam, sed & omnes animorum motus, quos hominum generi natura contribuit penitus pernoscendos, quod omnis dicendi virtus in eorum qui audiunt sedandis mentibus aut concitandis sit exprimenda. Quare & disertos plurimos κῲ λογοδαιδάλους, eloquentem neminem, nisi rerum cognitione imbutum, nisi perfectum philosophum putat; & hunc quidem cernebat animo, re ipsa vidisse minimè, fatebatur. Itaque cum pro rerum partim, partim pro personarum qualitate sit temperanda oratio, sintque istorum primæ differentiæ tres, idcircò & styli differentiam triplicem adaptauit, duas quidem extremas vt grandiloquam vnam & grauem, alteram remissam & tenuem subtili quadam pressáque orationc limatam, quarum sit altera media temperata in neutro excellens vtriusque particeps. Harum singulas in sua diducit principia, rursus resoluens vnamquamque in sententiarum tropos & schæmata, hæc deinceps in verborum figuras vt elementa. Vbique autem sicut reliquarum artium, ita & hic fundamentum est, videre quid deceat, τῲπρέπον appellant Græci, decorum Cicero, qui proinde mouendorum affectuum duos statuit velut cardines antesignanos ἤθος κῲ πάθος, cuius rationem pulchra similitudine à pictoribus ducit, quando sanè nec sartor vestem, neque calceum sutor, nec ædificium architectus probè nisi pro rerum quibus aptantur necessitudine comparabit. Vt itaque nullius est efficaciæ absque anima corpus, ita nec absque rerum cognitione pollet orator, qui non & humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperate dicere potest, quem etsi inuenies nusquam, quis vetat vt animo speciem comprehendas? Eatur demum ad actionis omnem effectionisque disciplinam, isthic non tantum rerum cognitio simplex, caussarum effectuumque proportio in naturæ efficientia, sed & compositi naturalis vnius ad alterum, agentis ad passum committendorum inuicem pro intentione animi nostri, quam nos imitatores opificis nostri ad illum naturæ archetypum ceu Polycleti regulam iugiter applicamus. Vt si quis palestræ Methodum vel artis Athleticæ velit, spectandus est ille qui impugnat, & is qui oppugnatur primum. atqui in impugnante spectatur hostilis inuasio, siue aggressus, & inferendæ plagæ dexteritas. Contra in defendente regressus, & aduenientis

In 1. Picum.

2 Methodi demonstratio exemplaris in Arte Oratoria.

Oratoria facultas in quibus consistat.

Diserti distinctio ab eloquente.

Oratoria facultatis Methodus.

Orationum genera 3.

Oratoria artis fundamentum in analogia orationis ad auditorē vel rem qua tractatur. Simile à Pictoribus & Mechanicis.

Quod anima corpori, id Oratori Philosophia rerumque cognitio.

3 Vtilitatis Methodi exemplum rectum in actione.

In Gymnastica vel Athletica

Digitized by Google

plagæ repulſio. Sunt itaque hæc artis illius principia 4. à parte quidem paſſibilis rei regreſſus, repulſio, à parte actiuæ rei inuaſio, vulneris illatio: ſed & hic vtrobique multiplices modi, penes omnes poſitiones corporis, penes inſtrumentorum variam rationem. Vnde priuſquam theſes vel antitheſes omnes expediant ordine reſolutorio ad elementa priora vel progymnaſmata deducuntur, quæ ſolent præfigere, vt & arma & manus & pedes & reliquum corpus hac ratione in omnem habitum atque occurſum quàm celerrimè aſſue-
1 *In arte nautica.* faciant. Ita & in arte Nautica (vt hæc ſit inter mechanicas exemplorum plurium loco) diſcēda eſt loci natura, & quà vela dare conſtituas; diſcendum anni tempus, & ſyderum conſtitutio præſens. Hæc à parte paſſibilis rei, cui oportet reſpondeat & nauis materia, & forma eiuſdem vniuerſa, ipſius quoque gubernatoris induſtria & fortitudo, qui ſcilicet ventis

Nec premat aduerſis nimium, laxetque ſecundis.

Mira profectò inuenta doctrinæ nauticæ, & circa hanc ipſam ingeniorū ſtu-
2 *In Architectura.* penda miracula, vt patet ex monumentis clariſſ. viri Petri Nonij. Sed longè hanc artem exuperat Architectura, quæ propter vſum mortalibus neceſſariū, propterq; principia Geometrica, à quibus aciem nunquā deflectit; propter denique effectus tam admirandos, vt omnem copiam laudis, omnemq; exuperent orationis vim, digna mehercule eſt, vt ſupra Nauticam & Pictoriam (etſi iſtarum quoque ratio, vt aliarum artium in Mathematica proportione conſiſtat) in artium maximarum & liberalium numerum referatur. Quod vti firmius credas, ſolum tibi vel Archimedem illum Syracuſanum præ oculis ſtatui velim, pugnaſq; omnes & machinas contra Metellum Romanum conſulem, cuius hiſtoriam diſertis admodum verbis inter illuſtrium vitas Plutarchus expreſſit. Vnum hic equidem ſilentio præterire non potui, cuius inuentum ſi probè examines, vel Archimedis inuentis hactenus vel Vitruuianis omnibus non paruam caliginem offudiſſe videbitur. Eius eſt author vir illuſtriſſimus Francorum Regi ab eleemoſynis atque à conſiliis, Abbas reuerendiſſ. S. Elyſij Philibertus de L'orme, in omni Philoſophiæ genere præclarus maximè, præſertim in Mathematicis & Architectura; cuius eam exiſtimationem eſſe Pariſiis audio, vt ædificia integra & turres vaſtiſſimas à fundamento facilè & *Architectura mirabile quoddā inuentum.* paruo negotio transferre ad aliquot ſtadia poſſit. Nunc opus eiuſdem inſigne prodijt, eò reſpiciens, vt ſumptu exiguo vel ex lignorum fruſtulis paruis (cùm ſemper magnarum arborum non ſit vbique copia) compactis inuicem parare ingentes trabes, arcus, atque parietes poſſis, vel nullo adhibito ferro, cœmento, aut eius generis nobiliore materia. Atqui vt paucis eiuſdem negotij elementa longè pulcherrima poſſis concipere, aptantur partes in longitudinem primum proportione ſuperioris ad inferiorem, factoque ad commiſſuram vtriuſq; communi ſinu: quibus ita compoſitis, iunguntur in latitudinem aliæ eodem artificio fabricatæ, vt & lōgitudo & latitudo reſpondeat cum certa ſinuum analogia. Tranſuerſim denique & velut in altitudinem iunguntur velut principio maſculo columnæ vel arcus antedicti in eam effigiem totius operis

operis, quam conceperis primò, intercedentibus clauis ligneis, qui cuncta copulent atque connectant.



Figuras ex illius opere in hunc decerpsi locũ, partim vt studiosi ad vtilissimã ei⁹ lectionẽ inuitẽtur (etsi vino vẽdibili suspẽsa hedera non sit opus) partí vt huius intuitu & in nostra sphæra compositionis imaginẽ, & in naturalibus cæteris ideã rudiusculam apprehendát, qua primùm ex rebus pusillis apta proportione coagmentatis inuicem, vel mũdus struatur hic vniuersus, quò forsan & illa eorum opinio spectat, qui cuncta non ineptè forsitan ex atomorum compositione & diuulsione fieri sunt arbitrati. Eamus ad facultates superiores.

Architectura tectio cum natura opificio comparatur.

In Medicina quidnam est illa partitione prius, quæ sanitatẽ humani corporis in formam atque materiem secat, vtramque in similarium & instrumentariarum partium symmetriam, & huius gratia paulatim maiora instrumenta in minora, donec ad minima per anatomen deuenitur? Similares quoque continentes in contenta diuidit & impetum facientia, & hęc postremò in elementa prima, à quibus regressus per synthesim fiat, si artis faciũda sit constitutio. Eodem modo sanitati contrarios morbos inquirit, primum à symptomatibus ad morbos ipsos naturę pugnátes, ab his postremò ad morborum caussas, causarumque principia, quæ penè tot numero patent, quot sunt naturam quæ foueant atque conseruent. Affectionum genera cuncta cũ vestigaris, ad ea procedi volunt, quæ vice agentis aut instrumenti accommodi loco vel sanitatem similem seruent, vel morbum morbique effectus & caussas eiusdem sibi contrarias eradicent. Iam vtriusque proportione deprehensa, ad ipsam vltimò curationis conseruationisq; methodum peruenitur, inuentionis via per analysim cœpta, traditionis per synthesin absoluta. Quid autem in iurisprudentia? nonne ad tranquillitatis publicæ & iustitiæ conseruationem operi materies velut subiecta ciuitas est, nexusque dispersæ multitudinis in vnitate? legum verò constitutio velut anima reip. eiusdemq; concordiæ velut efficiens causa. Dirimatur itaque & ciuitas & hominum contractus in causas suas vsque ad elementa, tribuantur & æqui leges & consuetudines, vsque ad illas naturæ primæuæ subobscuras notulas, legumque leges, quibus resp. non secus quàm

2 In medicina.

3 In iurisprudentia.

mundus hic vniuersus communi quadam anima gubernatur. Hæc vbi compleueris, mox partium quarumcunque dissensus consensus siue proportio institutionem tibi breuissimam alioqui infiniti iuris absoluet. Sed methodum iuris analyticam simul atque syntheticam paucis ita complexus est Maximus Tyrius sermone 6. Reipublicæ salutem intelligo consistere, non vt mœnia habeat firmissima, vt integra naualia, vt fana, gymnasia, luces, & porticus, quæ vel hostilis iniuria vel ætas vel ignis absumit, sed omnem hanc statuo in compositio more ciuitatis atque administratione decora, quæ quidem nequaquam aliter effici possunt, quàm optimarum legũ ministerio. Optimas leges custodit vtentium virtus, Vtentium virtus ab ratione exoritur, Ratio exercitatione cõualescit, Exercitationem perficit veritas, Veritas non nisi per ocium quod in ea assequenda ponatur, id est, per philosophicam contemplationem obtineri potest; qua fit vt accensus ea discat quæ nunquam alias viderit, quæ didicerit ea & fideliter custodiat, custoditis vtatur, vtens nunquam labatur. Hic est totius considerationis propositus fructus. Viden' vt tota deductio περοισκοπικὴ, vtque à fine proposito analytice primum feratur vsque ad philosophiam ceu primam & principẽ causam, inde reuersus in circulum via synthetica ab eodem principio tendit ad finem prius propositum, qui in ipsius ciuitatis salute consistit. Rectè igitur Plato tum demum beatas fore respublicas dixit, cum qui gubernant, philosophari inceperint; non quod velit philosophos in magistretum semper assumi, nam qui ex humili loco tolluntur altius, subinde & sui & philosophiæ prorsus obliti, nescio quid magis tyrannicum redolent, vt nihil hoc monstro sit insolentius. Verum reges vult ipsos, atque primates primatum genere natos aut philosophiæ operam dare, aut cum verè philosophis conuersari, & ab iisdem consilia capere omni & spe, & metũ, & assentatione deposita. Iure itaque & nostræ ciuitati meoque natali solo sibi in quo gratuletur obtingit, postquam tot genere illustres viri omnes philosophiæ amatores, plærique etiam in hac versati plurimum Rempublicam sapienter hactenus administrant, vti rebus vel summe perturbatis vndique magna cum laude & gloria commonstrarunt, his annis præsertim superioribus 1566. 1567. & præcedentibus aliis, quibus & Ate & ipsa Pandoræ pixis, & omnes Diræ atque infernales Furiæ terris immissæ viderentur, impiaque æternam tripidarent sæcula noctem. In Theologicis rebus si praxim obserues, nonne propemodum & eadem ratio est, quæ medicinæ fuit? Nam vt hæc præcipuè affectus corporeos curat, ita & Theologia interdum affectus animæ ex vnitate in multitudinem deriuatæ. Discenda est igitur & hic effectuũ ratio ac multiformitas, proq; plagarum diuersitate, pro rerum & personarum circunstantiis variis versanda remedia variè, vt ad scopum vnicum æternam beatitudinem scilicet in vnione nostrùm cum Christo veterique ecclesia positam quàm celerrime contendamus. Pulchrè id diuinus ille Gregor. Nazianzenus in suo Apologetico tradidit, dum cicurandum animal ob oculos ponit, quod veluti ex multis animalibus constans pro capitum quoque multiplici genere & cicurandi poscat.

Varia analysis & synthesis ex Max. Tyrio philosopho.

Digressio in Philosophiæ laudem & Principũ qui hanc amplectuntur.

4. In Theologia Practica.

Gregorij Nazianzeni præclara institutio à simili sumpta.

poscat multiplicem modum, quæ si relligionis antistites in castigandis subditis animaduertant (vt apud nos fore confido) futurum est maximè, vt neque iustitia Deûm neque clementia terris exulet, nec vna ex parte dici possit in socordes nimium illud Ezech. 34. Quod confractum est nõ colligastis, quodque abiectum non reduxistis, quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis ei & cum potentia. Nec alia ex parte in seueros supra modum ex Hier. 23. Væ pastoribus qui disperdunt & dilacerant oues pascuæ meæ, sed contra possint cum Psalmista dicere, Domine non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à consilio multo, Domine ne longè facias misericordias tuas à me. Qui enim aliorum non miseretur, à Deo misericordiam quo ore aut pectore implorabit? vnde & Chrysost. in Math. tribus nominibus pastorem ita cum subditis agere docet, vt cum filijs pater. 1. mali maioris vitãdi gratia. 2. vt sibi mitiget iudiciũ Dei. 3. vt misericordem Dominũ vestigiis proximis imitetur. Cum itaque sit animarum omnium species vnica ad sui artificis similitudinem fabricata, quæ tamen propter commercia corporis & societatem cum orbe hoc sublunari ex loco & tempore ingenij sæpe metamorphosin variam subit; idcirco cõmunis quidem est omnibus vna quædã doctrina Christiana, vna Ecclesia, vnũ baptisma, & fides in Christo Iesu, à q̃ quisquis recesserit, pro transfuga merito & Apostata recensetur. Eadem tamen particulares subinde cõstitutiones variè temperat, ritusque accommodat tãquam particulatim incidentium apta repagula, quorum si detur communis ratio in vnitatem pristinam conspirare nemo qui sanus est diffitebitur. In legis diuinæ resolutione labor non tantum est arduus, sed & extremum sæpe periculum: multi enim se sensibus temere credunt, & corporis mancipati proluuio, obsessique vitiis agminatim pro suo modulo cuncta metiuntur. Tumidiores alij & semper cum Ethnicis cespitantes priuatam quoque rationem pro scripturarum interpretatione in subsidium vocant, id sibi in sacris licitum arbitrati, quod nobis circa Platonis decreta vel Aristotelis, fitque vt intelligentes omnia semper desipiant, vt eruant modo ædificentque, aut mutent quadrata rotundis. Maius igitur isthic, maius discursionis principium est ab intellectu stabili, qualis sanè in nostrum singulis haud reperitur, quippe terrenis sordibus obsoletus, sed in Deo solo est formisque abstractis, modo tamen multo inferiore nobis demum non nisi à sancto spiritu per Ecclesiam communicatur. Illam sanè cum multi discerpant, variè probant potissimum tria. 1. Robur & diuturnitas, 2. Consentientium multitudo & vnitas. Postremò Ordinis perpetuitas & pulchritudo, qualis à Petri temporibus in Romana Ecclesia ad hæc vsque tempora iactata quidem procellis variis, sed nunquam interrupta processit, palmæ nimirum arboris instar, cuius se vertex perpetuo frondens in pondus attollit, premique virtus non opprimi potest. In hanc sententiam sic olim lusimus:

In eos qui ratione priuata res omnes fidei ac Dei magnalia se perscrutari posse confidunt

Intellectus potestas in rebus fidei.

Intellectus nobis dispersis à sensibus præpeditur, sed in cõsentientiũ vnitate confirmatur.

Ecclesia vera.

Si

Fundamentum omnis hæreſeos abuertendæ. Patitur.

Si quid in abſtruſis, macerata indagine, rebus,
Vis hominum ſolidæ cognitionis habet,
Hanc omnem aut ratio, aut ſenſu ſimulachra fugaci,
Aut infuſa ſacræ ſemina mentis alunt.
Senſus hebes veri nunquam in penetrale ſubiuit,
Ambiguæ præceps eſt rationis iter.
Sola intellectus ſtabilis ſax aurea, noctem
Inſtabilem miſſo cælitus igne fugat.
Nunc age diuino quoties vis abdita verbo eſt,
In fluctus animi quam rapit aura vagos.

Senſus & virtus imaginatrix quantũ in rebus fidei poſſint.

Vnde tibi & methodum, & diſcendi exordia ſumes?
A ſenſu incipias, & modò fige pedem.
Actum eſt: Crederas ſecretum à corpore mundum
Scandere corporeo te potuiſſe modo?
Iam Chriſto Venus & bene lauto ventre ſagina,
Iam potior gazæ eſt turgidioris honos.
Iam pereat ſtrictum gens quæ petit ardua callem,
Iuremus leges ô Epicure tuas.
Non animum dolor, aut carnem ieiunia frangant,
Fide: Iouis larga eſt gratia, ſaluus eris.

Ratio in rebus fidei quantum poſſit.

At quoniam à ſenſu nimis eſt via lubrica, quis ſcit
Certius an doctæ ſit rationis iter?
Ingrediar: quo me vitreo ſub gurgite Proteus?
Quò rapis in varios terra reducta ſinus?
Implexos video millenis orbibus orbes,
Qui dubium æterni turbinis axe rotant.
Iam neque ſeu vetus has profert Eccleſia leges,
Captinamque animis mandat habere fidem:
Seu nouus ex alio aduerſum tonat agmine cerdo,
Obſequar: ingenio non ſtatuente meo.
Cur potius credam quicquid docet vnus & alter?
Si mihi diſcurſus ſit data vena paris.
Orpheaque iam Moyſi anteferam, Chriſtoque Platonem,
Quotquot & expreſſa plus ratione mouent.
Sed neque Mercurius bene, nec ſibi conſtitit Orpheus,
Credamus nullos protinus eſſe Deos.

Cæcitas à ſufficienti diuiſione. Intellectus quid poſſit in rebus fidei.

Si fallax Ratio, ſi Senſus, quid modo poſſit
Ambroſia diuum mens ſaturata vides.
Hinc etenim lucis vigor inconcuſſus, & ordo

Intellectũ tribus cardinibus veri circa ſacrorũ interpretationem.

Vnus, & à primo Spiritus Ente fluit.
Hinc dubiis fidei quicquid de rebus habetur,
Cardinibus punctum vertitur omne tribus.

VNIO

VNIO *ſola animat legem, nutritque* VETVSTAS,
Et longo exultans ORDINE *firmat Amor.*

Atque hæc idcircò lubentius retuli, vt plures intelligant ſubtiles hoſce Mæandros Logicæ ac Cyclognomicæ facultatis in rebus Theologicis ad traditionem legum diuinarum, ad praxim atque prudentiam plurimum facere: ad inuentionem earundem vel interpretationem penitus nihil. Quanquam & ille ſit vſus mihi longè vberrimus, vt de meipſo circa negotium iſtiuſmodi iam minus minuſque exiſtimem, & aliorum temerarios auſus facilè rideam, nihilque fretus ingenio meo vltra mortalem ſortem, vltra fas ipſum affirmare contendam, quando nimirum diſcurſionis huius principia prima ita nobis obſeptis caliginoſo carcere indefinitam faciem monſtrent, vt veluti noctuarũ oculis ad Solem caligantibus nulla ſit certitudo alia vel alius ſenſus, quàm quòd ſentire hanc lucem immenſam non valeamus. Quod & diuus Paulus teſtatur alibi cum Epiphonemate, O altitudo diuitiarum &c. Atqui olim aduenient tempus, cùm aliis oculis ſinguli quàm carneis iſtis Diuûm magnalia contemplemur. Nunc quod res poſcit, omni depoſito faſtu atq; hæreſeos fundamento, mentem captiuam Chriſto atque Eccleſiæ demus, vt quæ conſenſu vniuerſali ſint ſtabilita hactenus, ventorũ impulſu vario diuelli nobis, & ſubrui penitus non patiamur. Quin cùm in ſacra Monade conſiſtat Eccleſiæ vigor, & Carmen huic monoſyllabicon vnanimi ſpiritu dedicemus.

In rebus Theologicis quoque Methodi facultas conferat.

Faſtus omnium hæreſeon radix.

Lux	*hominum ſalue ingenij quam nulla capit*	*Vis:*
Vis	*rapida exitio rerum quam nulla dedit*	*Sors:*
Sors	*medij maris ad fluctum inconcuſſa velut*	*Mons:*
Mons	*à quo cælis vigor eſt & terricolis*	*Spes:*
Spes	*vnde & venæ fluit vberis omnipotens*	*Pax:*
Pax	*radio plantis qualem influit æthereo*	*Sol:*
Sol	*ô iuſticiæ & concordi lege Deûm*	*Mens:*
Mens	*qua nec virtus maior ſata nec melior*	*Dos:*
Dos	*antiqua boni veriq́ue & lætitiæ*	*Fons:*
Fons	*gelida pariens à bruma frondiferum*	*Ver:*
Ver	*cui multiplices ſpinæ, ſed perpetuus*	*Flos:*
Flos	*cui firma ſubeſt radix, ſemperq́ue viret*	*Frons:*
Frons	*ſacro ſaturam Chriſti quam rore rigat*	*Crux:*
Crux	*ſalue domitrix inferni, ſalue hominum*	*Lux:*

NONVS CANON, TOTAM HACTENVS DEMONSTRATAM *Analyticam viam pro rerum agendarum inuenienda ratione, docens retexere via Synthetica, quæ constituendis artibus imprimis est oportuna.*

9. *De cõuersiõe ex analysi in synthesim instituenda.*

SVCCEDIT iam nonus in arte nostra, atque vltimus Canon, ad quæstionis practicæ traditionẽ syntheticam præcipuè spectans. Postquam enim tot scopulos præruptos Methodo transilueris, en tibi portum in tranquillo positum, vt nihil supersit aliud, quàm auxiliares copias admouere. Habemus etenim in manu nostra duos potissimos scopos, Prædictionem scilicet, naturæq; tractationem: quarum posterior rursus vel actione, vel sola doctrina, & traditione perficitur. Sed fines hos omnes rectè consequimur, ad duo duntaxat capita collimantes, ægroti scilicet indolem pro negotio medico, & affectus rationem. Sic sanè ab ægri viribus & morbi magnitudine, de salute deq́ue interitu præsagium instituimus; sic rursus pro partis natura vel ægri totius, proq́ue affectus noxij statu varias remediorum differentias adhibemus, consentientes passim formarum potissimum essentialium ratione, deinde & accidentium cæterorum, vt modi, magnitudinis, numeri, loci, & temporis. Quemadmodum verò Inuentionis gratia itum est analytica via, à fine scilicet ad caussas atque principia, nunc contra vbique ferè syntheticè progredi decet ab ipsis principiis ad effectus eorundem, cautione interim habita iuxta affectionum & rei affectæ postulata. Multi sunt huius loci merè practici & particulares canones vix à prædictis aliter quàm vsus ordine differentes, quorum tamen paucos & antesignanos repetá quàm
1 paucissimos. Primò vt hæc tibi per classes endeicticas & consultationis & praxeos collecta capita præ oculis statuas quæ sint agenda, qualia, quanta, vbi, quando, quomodo, & quo ordine; hæc enim sunt ferè quæ Galenus enume-
2 rat. Secundò, vt vel pugnante indicationum agmine vel effectuum & caussarum inter se circulo quodam eius quod violentius vrget, habeatur & ratio prior; reliquis interim, si fieri possit, non omnino neglectis: quod pulchrè Galenus exemplo in hydrope docuit, quoties hæc febribus complicatur.

In Medicina 2. potissimi scopi. Prædictionis atque curationis promiscuè duo sunt capita prima, affectus ratio & ægri natura. Prædictionis ratio in re medica Curationis Methodus summaria. Synthesis totius breuissima comprehensio. Synthetica Methodi particulares canones.

3 Curandum est rursus, vt quæ afflictæ primariò fuerint, vel per se, prius tractentur illis quæ ex consensu, vel per accidens; nisi minus ex morbo quàm ipso
4 symptomate periculum videatur. Si qua propositam actionem aduersa obstacula remorentur, illa dimoueas priùs quàm ad rerum consecutionem
5 annitaris. Quod si vna eademq́ue opera vel telo simplici victoriam duorum hostium vel plurium possis adipisci, idem præ cæteris magis est eligen-
6 dum. Si rursus currenti ad propositam metam ex eo quod primum cœperis, maius impendeat malum, relegendum potius est iter vniuersum, quàm vlterius absque spe fructus & gloriæ veliteris.

7 Notabis denique in omnibus malè affectæ particulæ curationem vnà cum bene

Digitized by Google

bene affectæ prophylactica permisceri, quod copiose Galenus in libris Therapeutices seu de medendi methodo demonstrauit, dum vlcus curandum ita proponit, vt omnes illius differentiæ exiccationem pro remedio postulent. Nam cùm alia aliis sint humidiora, partes quoque affectæ secundum humidi vel sicci gradus plurimum differant; idcirco & quatuor vniuersim coniugationes insinuat, vel vlceris siccioris cum partis natura sicca: vel siccioris vlceris cum parte humida: vel rursus humidioris vlceris cum parte sicca: vel humidi ad humidiorem quampiam. Erunt ergo & indicationum quadruplices syngamiæ; nam cùm affectus præter naturam contraria mandet; partis natura ad sui conseruationem similia: cùm vlcus humidum fuerit, pars autem sicca, iam duplici nomine vehementer est exiccandum. Contrà si pars est humida, vlcus vehementer siccum, in cæteris complexuum generibus mista est indicationum ratio, vnde & medicamenta mediocri modo se gerant in exiccando & molliendo est necessarium.

Vlceris curatio Methodica paucissimis capitibus cōprehensa.

Multa insuper alia in contemplationem cadunt, vt num morbus sit simplex an compositus, num affectus in esse, an in fieri tantùm, & si sub permanentium genere est, num caussa efficiens agere iam desierit. Ex horum intuitu curationum modos plurimos occasionesque poteris expiscari, quæ omnia ad analogiæ regulas potius sunt referenda. Potissimum verò in tribus versatur curationis gloria, siue dexteritas, vt via restituas tuta, vt breui, vtque iucunda. Quod si in inflammatione cerebri doceri denuo velut exemplo placet, cogita tibi effectus vltimos & maximè sensibus occurrentes facultatis cognitricis læsionem, vigilias, febres nunquam intermissuras: horum symptomatum causa est morbus ipse phlegmone cerebri scilicet, quandoque & membranarum vel partium eminus consentientium inflammatio. Vnde in formarum ordine inflammatio fit à putredine sæpe, putredo ab obstructione, hæc postremo à cibo potuque crassiore, & id genus causis extrinsecis. In materiei dissolutione cerebrum à membranis afficitur, membranæ à venis atque arteriis vndique circumfusis; hæ rursus ab hepate, corde, & ventriculi tunicis. Rursum in singulis substantia similaris continens à contentis afficitur, humor proximus ab influente, influens ab eo qui paratus est influere: humores interni omnes à cibo, potu, atque exterioribus elementis.

8

Curationis gloriā in tribus potissimum vertit.

Exemplum rursus discursionis Methodica in phrenitide breuiter ex analysi in synthesim finiens.

Analysis.

Quare vt causa cuiusque effectus inuenta est ordine resolutorio, effectus sublatio per internecionem causæ ordine compositorio suscipi debet; non enim aufertur incendium, nisi oppressa putredine; nec putredo dimouetur, nisi aperiantur obstructa, quemadmodum facilè semper recurrit obstructioni cibus, vel potus obstruens interdicatur. Ita si capiti probè consultum voles, venis primum atque arteriis vt consulatur, vide; quin prius interdum & hepati, ventri, cordi, cæterisque partibus ordine colligatis: nequicquam adeò id quod influxit eruimus, nisi influentem simul ma-

Synthesis.

Digitized by Google

teriem refrenemus, nisi vel tempestatum semina, vel serò ventura fluxio caueatur. In hoc negotio difficultas ea præcipua est, quòd ordo syntheticus licet semper respuat causam vt prius quiddam, sæpe tamen non ab extremis vsque causis ad effectus vltimos proficiscatur, sed interdũ à causis proximis tantum, à continentibus, & maximè necessariis, interdum quoque inuersa penitus ratione ab effectu progredi videatur ad ipsam causam, quoties effectus vel grauioris causæ ad effectum alterum speciem repræsentat; vel cùm per circulum idem effectus alicuius causæ fit causa eiusdem, à quo primũ dimanarit, quemadmodum de glacie sub ænigmate fertur: *Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me.* Ab istis scrupulis, vt te compendio liberem, inprimis aliá paulò in docendo, aliam in agendo synthesim in pluribus expectabis. Quod enim ad traditionem pertinet, ibi ordo syntheticus ferè semper est inconcussus, à primis per media vsque ad postrema, quemadmodum analytica series à compositissimis atque postremis per media, ad simplicissima rerum elemẽta processit. Vnde in Medicina ex actionibus inuentæ sunt facultates & actionum opifices formæ, ex instrumentorum sectione maiorum minores ordine, ex similarium substantia humorũ orta cognitio est, ex humoribus elementorum externorum. Sed in traditione artis medicæ contrà ab elementis ad humores; ab his paulatim ad naturam partium, facultatum, atque actionum descendimus. In actione tamen subinde occurrit quædam præpostera methodus, non tam in rei natura talis, quàm in artificis animo propter inuersam faciem, & nominis commutationem ex habitudine sola vel effectus, vel causæ. Ita in dolore Colico vel Nephritico, cùm dolor sit tantùm effectus morbi siue symptoma; dolori tamen interdum prius occurritur quàm morbo, propter inflammationis vel hypothymiæ pericula, quæ ex doloris acerbitate proficiscuntur, adeò vt & narcotica Galenus nõ semper dissuadeat in affectibus istiusmodi, licet hæc ipsa morbi quoque fomitem nonnihil adaugeãt; duum enim malorum cùm alterum euitari non possit, id eligendum sentiunt quod minus est malum. Quod si viuidius paulo in rebus Politicis dari exemplum velis, quo nostra hæc Cyclognomice non solùm ad artem quamlibet atq; scientiam, sed ad ipsius quoque prudentiæ & sapientiæ munia præ cæteris necessaria demonstretur. Sit rursus in regno aut ciuitate quapiam tumultus popularis, diuulsiq́; sint omniũ animi, & dispartiti maximè in tres quatuorue factiones: sit & præfectus vel princeps aliquis optimè hactenus de regno, de subditis suis, de ciuibus, totaq́; republica meritus, cõtingit vt deterioris sectæ multitudo, sentẽtia quoq; vel duas reliquas antecellat, quarũ vna sit optima ipsius principis animo & bono publico imprimis consentanea; sit medij generis & minùs laudabilis altera, cùm ad optimam comparatur; melior tamen cùm ad pernitiosam maximè vel priorem illam deterrimam & viribus maximè præualentem. Hæc, inquam, factionis pessimæ cohors, suo iam numero freta, siue potẽtia, nec factionem mediam feret nec optimam: interim illa, quæ media est (cùm omnis pugna necessitate tandem in binarium redigatur) suo adhærens principi

Doctrina syntheticæ præcipua difficultas nũ à remotioribus causis, nũ proximis statim curatio sit inchoanda.

Solutio per distinctionem.

In traditione rerum qualis sit ordo cõpositorius

Exemplum.

In actione Methodus subinde præpostera.

Methodi præpostera exemplum in curatione doloris colici vel nephritici.

Axioma Duorũ malorum eligendũ sæpius quod sit potissimum.

Exemplum præclarum in rebus politicis.

Digitized by Google

principi,eidem & offerat , & ab eodem ſubſidia poſtulet , vt peſſimorum ac iam velut communium hoſtium inſolentia reprimatur. Princeps quid agat in ſummo hoc rerum diſcrimine conſtitutus? Si deteriores negligat, iam & de capite ſuo,de bonis omnibus, de ciuitate, totaque republica actum exiſtimabit: Sin volet opprimere, vt tantùm cum optimis & ſibi conſentientibus pugnet , longè id optimum atque optatiſſimum foret. Sed neque pugnantium numerus,nec virtus ipſa fortaſſe ſuffecerit. Oritur & rationum in animo conflictus inenarrabilis , & ſummè intricata quæſtio,num velit à ſecta minùs laudabili, ſed tamen à meliori proxima oblatas copias recuſare. Si recuſet, iam illa ſe forſitan deterioribus iunget; iam turbæ peſſimæ auxilium ingens, bonorum exercitui præſens exitium feret. Si ſuſceperit,iam cum ſuſceptis copijs venturo non multò poſt tempore dimicabit , iam & fauiſſe minùs laudabili ſectæ ab imperitis iudicabitur , iam fides anceps & parum firma dicetur , vt quamuis pro melioribus arma ſuſceperit , ſe ſuaque omnia aduerſarijs oppoſuerit ; propter ſuſpicionem attamen famæ,fortaſſe pericula fortunarumque omnium vnà cum exilio ſit ſubiturus. Neceſſe eſt ilicò rebus ſic exulceratis, ſic perturbatis vndique, virum imprimis ſe ſtrenuum monſtret , cùm nullibi magis,quàm in alternis æſtubus, in tempeſtate ancipiti, gubernatoris animus & virtus inclyta ſe manifeſtet. Facturus eſt igitur, vt Dij fecerunt , Platone teſte, priuſquàm homines formarentur : cùm enim & corporis robur, ſeu vitam tribui longam , ſimul & partis rationalis robur optaſſent omnes , nec iungi tamen vtrumque commodè poſſet ; duorum malorum id elegerunt quod videbatur optimum. Quare & Princeps ſi minimè malus, contemptis vulgi varijs opinionibus , quin capite quoque & commodis ſuis pro ſalute publica ſectæ quidem meliori ſemper aſſiſtet , mediæ verò & minùs malignæ tantiſper ſeſe accommodans,dum pernicioſam maximè & prævalentem optimæ profligarit , omnia priùs experiens,quàm armis & violentia, ſi fieri poſſit, vt quamuis & dictis placidis & promiſſis varijs paulò iniquiores ſibi deuinxerit,non tamen illorum pro factionis ſpecie continuò fautor exiſtat,ſed diuûm neceſſitati & tempori duntaxat obſequens; dum liberandæ ciuitatis & expugnandæ tutior via ſe repræſentet. Nam, vt rectè pocta Æſchylus ἀπατῆς δικαίας οὐκ ἀποσατεῖ θεός, fraude etiam iuſta interdum non abſtinet Deus. Vides profectò quantum in rebus ſummis doctrina ordinum præſtet , quantumque in omni negotio vel intricato maximè noſtræ ſit methodi pondus atque momentum, vt non immeritò prudentes viros vulgus vulgato vocabulo optimè reſolutos vocet. Quanquam illorum pluribus ingenij atque virtutis perpetua quædam ſit conflictatio cum Fortuna Dea; quæ ſi ſit vſpiam, à Deo quidem vero remota eſt oppidò,in ſublunaribus tamen ſæpiſſimè reſpectu ſcilicet humanæ propoſitionis apparet. Vnde & communis illa ſententia, Mortales proponere, Deos diſponere,non ineptè conſtituit. Nam præter hoc ipſum, quòd reſolutionis ſpecies & compoſitionis pro cuiuſque captu ad eundem vnicum finem ferè ſint infinitæ; accedit ſanè cauſſarum efficientium & peruertentium,

Dilemma varium.

Animi generoſi vis in tempeſtate ſpectatur.

Deorum conſultatio ex Timæo Platonis circa hominis fabricam.

Principis officium in tam ancipiti rerum fluctu.

Concluſio.

Prudentia ſummum in Methodo collocari.

Fortuna atque prudentiæ crebra conflictatio.

Fortuna vbi maximè dominetur.

tium, totiusque peristasis ratio ita perplexa & multiplex, vt vel exercitatissimi quique in rerum vsu, cognitione, methodoq; quò tandem se vertant, nesciant. Falluntur autem vel summè methodici inter exempla similitudine, inter rationum anfractus electione potioris, quantitate boni, & demum extrinsecus incidentium aduersa violentia vel occasione insperata, quæ neque in rei passibilis vi, neque agentis arbitrio, sed incidentium infinita varietate collocetur. Quæ quidem in opere medico rarius vsuueniunt; at in ciuilibus quàm sæpissimè, propter caussarum, vt dixi, diuersitatem, & materiei discontinuæ ataxian. Hinc sanè meritorum omnium vel bene vel malè iniquus est arbiter populus, dum plagiarium ferè pro medico probo, præstantem alterum pro tortore vel imperito ducit, dum reges suos pro tyrannis ilicò, mediatores palam pro perfidis iudicat, in secundis assentatur, in rebus afflictis accusat temere, & criminibus grauat Chamelęontis ritu, virtutem denique absentem quærat sedulò, præsentem minimè ferat. O verè plebs bellua multiceps; verè illud Homericum apud se mussitent reges:

Etiam summè Methodicos à fine aberrare propter fortunæ violentiam & rerum extrinsecus occurrentium ἀταξίαν.

Fortunā minus in rebus medicis quàm negotijs ciuilibus dominari.

Vnde potissimū bene vel male meritorum iniquus arbiter populus.

Principum vita miserrima.

Σεύς με μέγα κρονίδης ἄτη ἐνέδησε βαρείη

Et illud è Tragico,

Humida vallis
Raros patitur
Fulminis ictus.
Tremuit telo
Iouis altisono
Caucasus ingens.

Hæc cùm mecum reputo, non possum illud non sæpius vsurpare cum animo meo,

Bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.

Sententia Epicureica satis.

Etsi fortassis ea sententia generosis pectoribus minùs sit inserenda, idque sit nobis curandum potiùs, vt pro periculis tantis regi & principibus viris grati perpetuò simus, bene gestorum memores auræ fallaci fidem temerè non habeamus: quod sanè futurum est optimè, si cogitemus illud perpetuo, quod viris indignè pressis res afflictas sæpius,

Virg. Aen. 11.

Multa dies variusque labor mutabilis æui
Rettulit in melius, multos alterna reuisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locauit. Redeamus vnde digressi.

Methodi præposteræ ratio duplex.

1 Ex artis natura.

Huius præposteræ methodi, quæ ex effectu ad caussam in actione proficiscitur, quam & Græcè προθύστεραν liceat appellare, duplex potissimum est assignanda ratio, Prior ex artis natura, prout nimirum vel efficit quicquam, vel reparat; nam quæ efficiunt vt in architectura à simplicissimis statim exorsi compositionem machinantur; ex terra enim lapides seliguntur atque cementum, ex hisce compactis muri struuntur, tecta, atque fundamina, ex omnibus vnica domus, ex ædificijs multis & mœnijs tādem ciuitas. At qui duntaxat reparant,

Digitized by Google

parant, vt cùm ruinam minitantes parietes citra orthogonũ inclinantur, non ſtatim reſpiciunt ad remotiſſimas cauſſas, nec fundamenta de nouo ſtruunt; ſed vel calce fiſſuras opplent, vel incumbentes arcus & machinas adhibito fulcro ad tẽpus ſuſtinent, ne priùs mole ſua deorſum concidant, quàm ipſis principijs occurratur. Idem in rebus Medicis vſuuenire & ſimilibus cæteris quàm ſæpiſſimè cogitabis; ſic enim ſe habet Medicus ad opificem Deum, vti ſutor qui calceos reparat ad illum qui concinnat nouos. Poſterior ratio ex rerum indole magis deſumpta, cùm in multorum concomitantium ordine illud potiſſimùm præ oculis ſtatuatur, quod vel grauius vrgeat, vel præſens magis periculum minitetur. Fitq́ue id rurſus dupliciter, vel ex progreſſu ſimplici ad inconueniens maius, vel conuerſione in circulum quendam, vt diximus ſupra. Progreſſionem ſimplicem voco, vt ſi in Phrenitide obſtructionem arteriarum venarumq́ue voles auferre, inflammatione priùs non animaduerſa; nam illa citiùs depaſcitur ſolidam viſceris ſubſtantiam, quàm præcedentes cauſſæ & præcedentium fomites opprimantur. Idem in ciuitate ac rebus publicis vſuuenit, ſi quis ſeditionũ antecedentes cauſſas ſtudeat extirpare, legumq́; & religionis labefactatam ſpeciem reſarcire, ſeditioſis viris & improbis nõ antè domitis vel oppreſſis. Hinc illud Ciceronis ad Herennium: (credo) Sempérne igitur ordinem collocandi quẽ volumus, tenere poſſumus? non ſanè; nam auditorũ aures moderantur oratori prudenti & prouido, & quod reſpuunt immutandum eſt. Vides quantũ & in Oratoria facultate, quantumq́; in actione qualibet inuerſæ iſtius methodi ratio requiratur. Recurſus in circulum patent, quoties effectus cauſſæ ſpecié ſuſcipit ad cauſſam vnde diffluxit. Vt cùm ex libertate nimia ſeditiones oriuntur, ex ſeditionibus morũ & legũ reformatio; ex qua cùm malè ſuſcipitur, ſeditiones iterum nouę atq; licẽtia maior inundat. Ita in Phrenitide ex inflammatione vigiliæ fiunt atq; deliria; ex iiſdẽ vigilijs denuò velut in fontem ſuũ conuerſo flumine inflammationis vigor accreſcit. Succurrendum igitur protinus eſt ipſis vigilijs, & prouocãdus ſomnus, vel antequàm phlegmonẽ extinguamus. Præclarum vidimus exemplum iſtius in caſu clariſſimi Domini Melchioris Schæti, cùm circa Auguſti finem Anno 1567. multis ſtudijs ærumniſq́; anteactis in febrem cõtinuam incidit, cuius characteriſmus duarũ tertianarum aſſultus exactiſſimè referebat vſq; ad decimumquartũ diem. Huic primùm ex ſanguinis aduſtione ſumma per cauſſas procatarcticas plures orta eſt vehemẽs obſtructio, tum in hepate & mezeraicis venis, tũ in vena caua, & partibus quæ ſupra hepatis gibbum ſunt conſtitutæ, quemadmodũ ex pathognomicis ſignis proprijs demonſtratiuis facilè fuit colligere. Per obſtructionẽ nata putredo eſt, & hepatis ingens incendiũ; hinc rurſum ſudores copioſi, & ventris perturbatio partim naturalis, partim ſymptomatica, à quibus tandẽ extrema ſiccitas neruoſarum partiũ, ſtupor in extremitatibus digitorũ, affectus conuulſorius in larynge cum deglutiendi difficultate, vt ſanè non leuis hic controuerſia fuerit an concitato ventri magis ſit promouendus, an diuertenda materies potiùs vniuerſa per vrinas, an naturæ deniq; ſecundum ordinẽ & cum intellectu

2 *Ex rerum natura.*

Cauſſam vrgere grauius duplicitèr.

1 *Progreſſus ad inconueniens maius.*

2 *Malorum circulus.*

2 *Progreſſio ſimplex ad inconueniens maius. In Phrenitide. In ciuitate per ſeditionem concitata. In oratione Rhetorica.*

Concluſio de neceſſitate propoſitæ Methodi.

2 *Recurſus maiorũ in circulũ. In ſeditione ciuitatu. In Phrenitide.*

Exemplum circuli & caſus particularis in febre continua.

Conſultatio artificioſa.

Digitized by Google

tellectu agenti negotium in declinatione febri penitus committẽdum. Nam ſupereſſe materiem, quę purgamentis indigeat, ſatis eſt demonſtratum: ſed ex eo iam maius impendebat periculum, ſi per alium duceretur, eò quòd venter antè in lubrico poſitus facilè incitetur, totamque ſaburram à circumferentia trahat ad centrum ſucceſſu cõtinui ſcilicet ad impediendum vacuum. Vnde & neruoſarum partium ſiccitas maior, hepatis obſtructiones iterum nouæ, ex obſtructione febris, vel marcor, vel apoplexia deniq;, ad quam natura & mali ſpecie tum viſus eſt propendiſſe. Cunctandum itaque duximus natura iam occupata circa 14. diem (quo vocatus fui) donec criſem inceptam ſponte perficiat. nec ſpes fefellit; nam poſt aſſultus cæteris grauiores, ſecutus eſt vehemens ſudor atque catholicus, mox & excrementorum alui permutatio in craſſius multò magisque concoctum. Vrina quæ hactenus ruffa cum leni hypoſtaſi, ſed rara ſemper occurrit, in craſſam, turbidam, copioſam, & digeſtam optimè transformata eſt. Securus eſt ſomnus vberior, à quo experrectus leuari ſe plurimum ſenſit: verùm reſtabat ariditas ingens, cui paularim humectantibus ſimul ac refrigeratorijs medicamentis (vt ferè ſunt cibi medicinales) moderata ſimul inciſione præditis occurrendum duxi, ne ex hepatis ſiccitate morborum circulus fieret, qualem ab initio metuebamus. Sed & hoc conſilium vel ante acceſſum meũ præ oculis habuerunt doctiſſimi Medici Antuerpienſes tres, qui niſi cauiſſent ſingula eo quo diximus modo, non dubium quin æger vel vno ex morbo in alios infinitos, in ſcyllam ex charybdi decidiſſet, vel quàm celerrimè vitam morte commutaſſet. Hunc caſum ex infinitis alijs, quos breui in lucem ſpargere conſtituimus, exceptum eò libentius huic ſubiecì loco, quia cùm hæc tractarem, rei geſtæ nobis recentior eſſet memoria, & accurata diductio propter induſtriam medicorum, qui illi per totum ferè morbi curriculum ea aſtiterant ratione, vt methodi veræ nullum potuerit dari exemplum maius, quorũ præcipuè ſummi Philoſophi D. Bekanus medicus olim Reginæ Hungariæ, &c. & D. Aluarus Nonius, non poſſunt mihi non ſæpius iucundæ conſuetudinis atq; colloquij memoriam in animo refricare. Accedit & illud, quod in ea conſultatione noſtra ſic nobis vniuerſa Schœtorum familia ſemper aſtiterit, vt neſciam horúmne magis induſtria ac demonſtratione pluſquàm philoſophica, an noſtra particulatim arte medica vel methodo adiuti ſimus. Eſt enim in ſingulis eorum confratrum coniunctiſſimorum Gaſpare, Melchiore, Baltazare, atque Conrardo, non ſolùm hiſtoriæ linguarumque, & Poëtices ſumma cognitio, verùm & ſcientiæ naturalis, logicæ, ac Metaphyſicæ, vti ex eorum ſermonibus coràm præter omnem expectationem deprehendi. Mirabar enim in tantis negotijs rerum publicarum, in tanta rerum felicitate & affluentia locum permanere virtuti ſimul & cogitationibus Philoſophicis potuiſſe. Non potuit ſanè non facere iucunda illorum recordatio, quin pro ornamento methodi ſummè Methodicis viris artis hanc noſtræ coronidem velut gemmis aut ſtellis fulgentioribus inſignirem. Sunt itaque in actione per ſyntheſim progreſſus ſæpe directi, ſæpe retrogradi, quemadmodum

Conſilium.

Exemplum.

Conclusio. Motus animæ velut creatura ſtellæ directus atq; retrogradus.

admodum & in aliorum planetarum motibus fieri ſolet, vtriuſque generis: alij ſunt rurſus pleniores alijs, prout principiorum plurium vel pauciorum ordines luſtrant. Verùm in traditione, vt dixi, progreſſus regreſſusque fieri neceſſe eſt quàm abſolutiſſimos, aut abſolutis propiores. Erunt autem eiuſmodi in quæſtione practica, ſi à ſimpliciſſimis terminis procedatur ad poſitionum demonſtrationem, & hinc ad conſtitutionem artis, ſcientiamque proportionis inter agens ſubiectum atque paſſibile. In quæſtione problematica, proceſſus eſt abſolutior, ab inuentione medij ad nexum ſubiecti & prædicati. In examinanda demum natura rei, vt eſt vel ſimpliciter, vel tantum tale, vbi quando paulatim deſcenſus fiat à ſimpliciſſimis principijs per media vſq; ad finem effectusque vltimos à materie ad formam ipſam, ab extrinſecis cauſſis ad præcedentes, mox & ſynecticas ſeu planè conſubſtantiales & rebus immerſas. Similiter ab inſtrumentis minoribus ad maiora ordine ab elementis ad ſimilares ſimplices, & hinc ad magis magisque compoſitas, tandem à conſideratione effectus & cauſſæ ad analogiam vtriuſque. In horum diſcurſuum ſingulis partibus per ſyntheſim explicatis tranſuerſim fiunt aſcenſus deſcenſusque varij per genera decem; mox & in orbem circuitus à compoſitione & diuiſione ad definitiones atque vltimam demonſtrationem ſiue ſcientiam. Hic ordo totius ſyntagmatis compoſitorij tanquam eſſentialis meritò nuncupetur, cui ſeſe interſerunt accidentales plurimi, non tam ad eſſe, quàm eſſe perfectius doctrinæ Methodicæ facientes pro natura vel docentis ſcilicet, vel diſcentis, vel rei quoque quæ traditur accidentaria ratione. De his vberius alibi diſſeruimus. Nunc illud adiũgere his operæpretium fuit, in iſto canone omne artificium poſitum eſſe de rerum atque verborum copia; cuius methodi vice ſolent vel oratores celeberrimi, vel poëtæ ſibi parare quoſdam communes locos, quorum illa ſit diſpoſitio, vt in tabellæ quadratæ ordine ſuperiori res ſibi tractandas in ſua digeſtas membra in laterali ſerie partes conſtituant Erotematicæ methodi. In cõcurſu ordinum ſingulorum ſedes figunt & promptuaria, quibus vel inuenta per ratiocinationem propriam, vel aliunde accepta collocant, memoriæ ſimul, iudicio, & traditioni maximè ſeruitura, vt ſi de cauſſis viciſſitudinum humanarum tractare in animo conſtituerint.

In traditione rerum progreſſus ſyntheſeos maximè abſoluti.
1 *In Longitudinem.*
In practica quæſtione.
In Problematica.
In ſimpliciſſima quæſtione.
2 *In Latitudinem.*
3 *In Altitudinem.*
Ordinis accidentarij miſtura cũ eſſentiali.
Artificium componendæ rerum atque verborum copiæ ex 9. Camœne arte Cyclognomica pendet.
Tractandi thematis vulgaris ratio per communes locos.

HABES SYSTEMA LOCORVM COMMVNIVM, *cuiuſmodi ferè vulgariter exarari ſolet.*

	DEFINITIO F	DIVISIO G	CAVSSÆ H	EFFECTA I	PARTES K	COGNATA L				REPVGNANTIA M
						Sententia	Similitudines	Proverbia	Apophtegmata, &c.	
DEVS A	AF	AG	AH	AI	AK	AL				AM
NATVRA B	BF	BG	BH	BI	BK	BL				BM
RATIO C	CF	CG	CH	CI	CK	CL				CM
FATVM D	DF	DG	DH	DI	DK	DL				DM
FORTVNA E	EF	EG	EH	EI	EK	EL				EM

Nescio

Nescio certè an hoc sit artificium, quod longis ambagibus atque figuris in arte sua descripsit Lullius, huius enim principia etsi non satis intelligam, nec intelligere vacet aut libeat, quantum tamen à limine potui salutare, in eum spectasse finem mihi videntur, vt breui compēdio quis in artificem summum possit euadere, & non solùm res mundi vniuersas copiose tradere, sed & de singulis vel saltem probabiliter disputare. Hanc enim eius intentionem declarat obiter illud, quod de terminorum multiplicatione sermonem sæpius cædat, quanquam mihi non tam ad rerum scientias veras, quàm apparentes magis ipsamque sophisticen visus sit aspirasse. Sed aliorum id esto iudicium, quibus illa principia altiùs insiderunt, mihi vt examinem non est ocium: de non expensis censuram ferre, improbi hominis ac scelerati est. Atqui per synthesim vniuersam naturæ deductio, & terminorum multiplicatio quæuis nobis contextu hoc orbium trium absolutissimè designatur, sic vt interior sit artis ipsius vel quæstionis quam quisque examinandam proposuerit: Exterior secundus interiorem ambiens naturæ ipsius statuatur, mundi res omnes continens dupliciter distributas per dependentiæ gradus ab intellectu per genera decem ab imaginatrice facultate iuxta discursuum classes reales duas Physicas scilicet & Metaphysicas: Posterior orbis & extimus complexus interiores cæteros immenso ambitu suo Scientiæ dedicetur, vt quemadmodum in Analysi hæc centri obtinet vicem, nunc contra ad Peripheriam extimam relegetur. Huius molis externæ sunt alij particulares orbes duo, quorum interior sit instrumētorum Logicæ facultatis penè secundum distributionem, qualis tum in classe rationali, tum in præceptis atque principijs proximioribus methodi supra est exarata. Hæc demum exterior sit ipsa methodi sphæra, interiores reliquos omnes diuina maiestate atque potentia comprehendens. Licebit hos omnes pari proportione in semel præfixam ternionem conuocare, vel pro arbitrio tuo, quantitatis alterius numeris insignire. Quod si nunc ita coaptes singulos, vt contentorum partes minimè per continentium quaslibet classes & scrupula vniuersa circumducantur, eam probè concipies & rerum & terminorum propagationem quæ à natura duce per rationem optimè sit instituta, qualisque ad animæ rationalis habitum quemlibet, ad omnem inuentionem, traditionem, atque iudicium, ad ipsam instrumentorum rationalium fabricam imprimis est necessaria.

Ars Lullij.

Cōpositio omnis & resolutio & Terminorū multiplicatio quopacto per classes 3. primas inuicem coaptatas optimè commonstretur.

1 *Orbis.*
2 *Orbis.*
3 *Orbis.*

Orbis tertij partes duæ.

1 *Interior.*

2 *Exterior.*

Consensus omnium.

Vsus tabularum 3. doctrinæ synthetica seruientium.

Digitized by Google

TOTIVS RAPTVS SYNTHETICI PRIOR atque interior orbis.



1 EFFECTVS
2 PROPORTIO } & sic per ordinem.
3 CAVSSA

1 EFFECTVS
2 PROPORTIO } & sic per ordinem.
3 CAVSSA

1 EFFECTVS
2 PROPORTIO } & sic per ordinem.
3 CAVSSA

Partium explicatio.

1 Huius internæ partes ad quæstionem practicam penitus spectant mediæ ad
2 problematicam, extimæ ad simplicissimam. Quòd si te segmentorum per-
3 turbet multitudo, licebit trinam orbis cuiusq; distinctionem simplicissimam
ita concipere, vt & harum singuli circa se inuicem conuertantur, partesq; con-
Caspain. tentorum quælibet per continentium partes ordine transigantur.

ORBES

ORBIS EXTERIOR ET SECVNDVS PRIOREM *proximè complexus.*


NAT VRA
SVPREMA
MEDIA
INFIMA
MAIOR
MINOR
SVPREMA
MEDIA
INFIMA
SVPREMA
MEDIA
INFIMA
SVPREMA
MEDIA
INFIMA

ORBIS EXTIMVS AC TERTIVS ORDINE *priores duos in se complexus, particulatim verò dissectus in alios duos.*

1 Orbis tertij pars prior atque interior.



Partium explicatio.

1 Interior circulus instrumentorum diuersi generis ordinem tradit.

2 Medius instrumentorum differentias iuxta triplicem animæ facultatem.

3 Exterior tertius in singulis tres differentias alias magis minusque communis naturæ ordine differentes.

Vsus. Ex huius orbis conuersione intra priores geminos omne consistit componendi, diuidendi, definiendi, ac demonstrandi artificium, vt tomo sequente vberius ostendetur.

ORBIS

ORBIS TERTII PARS ALTERA SIVE EXTERIOR
priores omnes in se complexa, vel iisdem tota totis vt coextensa.



Interior circulus primas totius Methodi differentias continet. 1 *Partium explicatio.*

Medius in singulis speciebus sphæræ totius orbes præcipuos tres. 2

Extremus omnium in orbibus particulatim singulis trinos tandem discursuum ductus à Phantasia, Ratione, & intellectu, qui omnes canonibus paucis à nobis sunt comprehensi. 3

Aptentur autem hi orbes in vnum systema, vt circa artem & quæstiones naturæ ambitus circumducatur, circa naturam scientiarum circuli, & tandem circa hos omnes Methodus ipsa, cuius sphæra vel ita concipitur, vt cunctos interiores ambiat, vel tota totis æqua proportione superincumbat, quò rectius intra ternarij limitem persistamus. *Captatio.*

Instabat operi iam fermè suprema manus, cum alter non leuis huc properantem scrupulus occuparet. Equidem non defore scio qui sub Catholica Methodo nostra Galeni Methodos omnes vel antiquioris Hippocratis nequaquam commodè comprehensos putent. *De Galeni Methodis 3.*

Nam

Digitized by Google

Nam in libello artis paruæ eſſentiales apertè inſinuat ſpecies tres, quarum
1 prima ex notione finis per reſolutionem eſſe dicatur, cuiuſmodi totius ſphæ-
2 ræ analyſis eſt vberrimè à nobis hactenus explicata. Poſterior ex compoſitione eorum quæ per reſolutionem ſiue analyſim ſint inuẽta, cuius doctrina ſub
3 Syntheſeos nomine poſtremo hoc canone demonſtratur. Accedit his tertia quam definitoriam vocat, ex definitionis diſſolutione in partes ſcilicet, quæ definitionem aptè conſtituant, totius autem artis capita prima quàm pauciſſimis complectatur, cuius exemplum ſanè præclarum ibidem ipſe huius definitoriæ Methodi præcipuus author Galenus in conſtitutione artis Medicæ

An definitoria Methodus ſub Catholica ſit cõprehenſa.

luculenter oſtendit. Verùm (inquies) vbi hic Methodus definitoria, ſiue ipſam quis ſyntheſim, ſiue analyſim ſpectet? Cui non infrugiferæ quæſtioni, vt paucis reſpondeam, illud te imprimis admonitum volui, iſtis vocabulis definitoriæ Methodi, diuiſiuæ, demonſtratiuæ, reſolutiuæ, ſcriptores veteres

Definitoria diuiſiua vel demonſtratiua vel Reſolutiua Methodus dupliciter appellatur.

dupliciter vſos: primo ſub ratione quæ inſtrumenta concernit ſingula, & eorundem compoſitionem abſolutè: Ita enim definitoria Methodus, quæ breui negotio definiendi rationem & fabricam, & definitionis vſus oſtendit. ſub iſthoc nomine apertè ſunt omnes eiuſmodi Methodi ſpecies velut totius
1 ſyntheticæ, aut analyticæ partes, ad rationalem orbem ſcilicet pertinentes, de
2 quibus peculiari capite abundè eſt enarratum. Sed eſt & acceptio altera ſub ratione ſcilicet πρός τι & cum reſpectu ad quæſtiones ſiue ſcientias, ad artium & facultatum trãditionem ordinatam, vt ſit definitiua Methodus, quæ totam artis vel quæſtionis ſeriem ex definitionis diſſolutione gubernat, vt ſi de homine diſputaturus ipſum primò definias animal compoſitum ex corpore & anima rationali; animam diuidas in facultates tres; corpus in caput, ceruicem, thoracem, ventrem, manus, pedes, crura & brachia; poſtea particulatim de ſingulis voles differere: Trãditionis ratio erit partim definito-

Soluit quæſtionis.

ria, partim & diuiſiua. Dicam mehercule ſecundum quoque acceptionem eiuſmodi definitoriam Methodum fruſtra vel à Catholicæ Methodi partibus, vel ab ipſis Methodi ſpeciebus primariis ſeparari. Cùm enim omnis eſſentialis iſtarũ ratio vel ſit recta, vel circularis, & rectarũ alia vel ſynthetica, vel analytica, vel ex vtriſq; cõpoſita: obſerua ſedulo exẽpla Methodi definitoriæ, ex quibus & eius indolem, ſiue naturam quàm facillimè comprehendes; eſt enim quodammodo mixta ex vtriuſque ratione, prout illius progreſſus ordo à diſcurrente concipitur. Nam quia definitio interdum vt rei natura, interdum vt ens rationis dũtaxat in animum ſubit: idcirco progreſſus à definitione ad eiuſdem partes ceu doctrinæ capita, erit ſyntheticus, ſi definitionem cogites, velut communem pluribus eſſentiæ rationem; tendit enim à forma ſub differentiæ nomine, & materie ſub nomine generis ad definiti ſpecies velut effectus ex cauſis eiuſmodi conſtitutos. Apertius tamen ad analyticam

Ratio.

ſeriem ſpectat: quod ſi concepta ſit definitio, vt merum ens in ratione. cùm enim à definitione tota ad partes excurrat ſingulas, nõne velut ab effectu rurſus ad cauſas atque principia ordo reſolutorius eſſe dicetur? nemo dubitat,

nam

nam & idcirco à definitionis diſſolutione Galenus aptiſſimè nominauit. Vnde conſequitur eſſentialiter hanc methodi ſpeciem ab illa compoſitiua & reſolutoria non differre. Quod autem accidentaliter differat, minimè nego; transfert enim violenter ſatis eam ordinis ſpeciem, quæ vni tantum parti debetur rationali in catholica methodo, ad figuram vniuerſalem vel artis totius conſtitutionem ſolidam, quæ ſemper à cauſſis ad effecta legitimè componentibus nobis inſtitui ſolet. Cui accedit & altera ratio, quòd omnis definitiua methodus iſtiuſmodi eſſentialem alteram præſupponat (vt logicè loquar) vel quaſi præmiſſam tacitè ſemper includat; ſic enim in definitiua methodo oportet medicum naturam omnium quæ ad medicinam ſpectent inuenire primum ab effectis ad cauſſas ſiue principia, & ab iiſdem exorſum cuncta componere, vt artis præcipua capita in traditione perſtringat, priuſquam ex capitibus illis definitionem communiſſimam elaboret, quæ ſummam totius negotij complectatur. Quin ſi conſimiles methodi differentias ex inſtrumentorum diuerſa ratione deſumptas, ad artis totius traditionem vel inuentionem torquere quis volet, licebit & cæteras perſequi ſub eodem genere comprehenſas, vt ſint accidentariæ ſpecies methodi ex eſſentialibus profluentes 4. compoſitiua, diuiſiua, definitiua, demonſtratiua; non quidem abſolute tantum vt ipſam met inſtrumentorum fabricam obſeruemus, ſed & reſpectiue, vti vel artes vel ſcientiæ ſingulæ harum præſidio reperiri aut in traditionis ordinem digeri poſſint. Atqui vt eſt & inſtrumenti cuiuſque diuiſio penes diuerſam fabricæ rationem, erunt & rurſum particulares cuique differentiæ tres, & tandem in tribus ſingulis ſua vbique analyſis, ſyntheſis, atque conuerſio. Vnde præter eſſentiales methodi ſpecies in accidentariis ſingulis comprehenſas,

Plures eſſe methodos ſecundum accidentariã rationem ex eſſentiali profluentẽ, numerum 4.

Digitized by Google



Exempla definitoria Methodi.

Sed vt exemplo vniuscuiusque ratio commodius innotescat,ab illa Galeni definitoria methodo auspicemur. Quod si totius Philosophiæ traditio per definitionem sit gubernanda, dicam imprimis Philosophiam esse rerum & naturalium,& diuinarum earumque omnium quæ sunt in ratione complexum, sequetur ilico naturalium rerum diuisio in corpora & eorundem principia,materiem,formam atque proportionem. Rerum quæ in animo sunt,vt entia rationis, aliæ rursus cogitationis,aliæ in orationis opera dirimentur. Postremò rerum supra naturam aliæ sunt vel mera mathemata, & creandarum rerum ideæ simplices, aliæ verò vt formæ verissimæ subsistentes,& à corporibus separatæ. Rursum in arte medica quid illo præclarius: Medicina scientia est salubrium,insalubrium,& neutrorum;vnde talis deinde & artis dissolutio constituta est.

Medi-

Digitized by Google



Progreditur enim deinceps à corporibus ad cauſſas & ſigna, horum vnumquodque ſubdiuidés, ac definiens iterum donec compendio breui & artificio penitus admirabili immenſam capitum ſeriem ad neceſſitatem Medici requiſitam perluſtrarit. Vides autem in hac quoque traditionis ſpecie æquabiliter prorſus & diuiſoriam permiſceri. nam etſi præcipuè definitionem artis diſſoluat, vt inſtrumentum in partes integri conſtitutrices; ita tamen hanc definitionem compoſuit prius, vt ex diuiſione rerum quæ in arte tradũtur inuenta penitus videatur. Vnde à definitione ſtatim ad diſſolutionem eiuſdem proficiſcitur: ſed in conceptu hoc rationali tantum non perſeuerat, quin ſtatim

Digitized by Google

ad res delapſus in definitione contentas vlteriore diuiſione progreditur, mutatque quodammodo diſſolutionis ſpeciem ex merè mentali in realem ſcilicet, atque hic interdum ſubiectum reſoluit in accidentia, interdum accidens in ſubiecta, interdum & genus in ſpecies vel differentias, nonnunquam & horum ſingula in certos acceptionum modos vel nominis appellationes: quanquam in hiſce partitionibus accidentariis non ſemper tantopere referat quæ quibus præponi, quæque poſtponi diuiſionis membra conueniat, modò illius hic cæteras leges & neceſſarias magis obſeruet. Huius interim definitiuæ neceſſitas minime dubium quin ad memoriam rerum potiſſimum conferat, vel Galeno teſte, cum paucis in arte totius infinitudinem cõplectatur. ſed & idcirco illius ratio non tam tyronibus primum eſt attentanda, quàm doctioribus cæteris vt pridem inuenta vel definita latiùs capitibus quam breuiſſimis in penum memoriæ redigantur. Quod ad Methodum diuiſiuam pertinet cùm primum propoſita generis ſectione in ſuas ſpecies, vel totius in partes, vel ſubiecti in differentias accidentales, vel accidentis in ſubiecta, vel denique accidentis in accidentia, paulatim ab vniuerſa in quæuis illius ſegmenta prouehimur; quis non animaduertit eandem penitus vel à priore non multum diſcedere, vel illi æterna quadam neceſſitudine complicari? Oportet enim probè docere volentibus, ſi ſint obſcura quæ proponuntur, definirier primum: ſi multiplicia, diuidi: Vnde & Cicero id maximè voluit, vt in omni quæſtione, vel ſermone philoſophico ante omnia conſtet, quid ſit id de quo diſputetur. ſed quale id cunque exordium ſtruas, in progreſſu tamen variant ſemper & definitionum & diuiſionum vires. nam cùm diſtinxeris virtutem animæ in naturalem, animalem, atque vitalem; definis primùm quid ſit animalis virtus, mox & potentias cæteras. deinde ſubdiuidis rectè animalem in ſenſum & motum, & rurſus vtrũque definis, idemque denuo dum ſenſum in extimos illos interioreſque diſiunxeris, externos in 5. particulares alios, internos in 3. vel 5. vel 4. pro diuidentis animi varia ratione. Hanc ferè Methodum ſecutus eſt Iuſtinianus imperator, dum ius partitur in naturale, gentium ac ciuile. Ac naturalis iuſtitiæ capita in libertates, ſeruitutes & id genus alia, ius gentium in omnes contractuum ſpecies, vt emptionem, venditionem, locationem, conductionem, ſocietatem, depoſitum, mutuum, & alios titulos innumerabiles: ius ciuile in id quod ex ſcripto conſtat & non ſcripto, vt conſuetudines: ſcriptum in legem & plebiſcitum, ſenatus conſulta, principum placita, magiſtratus edicta, & reſponſa ſapientum. Poſtremò iſtorum ſingula vel ad perſonas refert, vel ad res, vel actiones. Sequitur hanc diuiſionem perſonarum, rerum, actionumque diſtinctio vbique definitionibus & axiomatibus intermedijs, donec in infinitam multitudinem proferatur. Vtiliſſima itaque eſt huius methodi ratio in particulari non tantum quæſtione qualibet, ſed & in artibus ſiue ſcientiis, quarum materies longè lateque diſperſa non facilè ad normam catholicæ perfectioriſque methodi ſpeciem reuocatur. Quanquam & iſta iuris conſtitutio aptari facillimè ad definitoriam poſſit, eoque

Vſus definitionis maximus.

De diuiſiua methodo.

Exemplum diuiſionis & definitionis in iurisprudentia.

Digitized by Google

eoque nonnihil ſpectare viſi ſint legum latores, dum primum definiunt iuriſprudentiam iuſti iniuſtique ſcientiam. Sed huic oppoſitam methodum reſolutoriam vel compoſitoriam potius ita concipies, vt primò particulare aliquod in quæſtionem proferatur, idque collatum cùm cæteris eiuſdem generis, mox in ſuperioris vel vniuerſalis naturæ vnitatem colligatur. Vt homine tibi propoſito ſimul & bruta conſyderes, mox inde ad animalis naturam vſque conſurgas, deinde & animal cum planta compares, & vtriuſque ſtatim ideam vniuerſalem in natura corporis animati, ſed neque exempla iſtius, nec vſus inſignes in tradendis artibus facilè eſt reperire, cùm ad inuentionem potiùs & reſolutoriam methodi ſpeciem referatur. Quare vt vltimam tibi ex eodem genere & longè pulcherrimam proferamus, Occurrit tandem & methodus demonſtratiua, quæ à principijs concluſionum per propoſitiones medias vſque ad concluſionem proficiſcitur, ſi traditionem vel ſyntheſim ſpectes; è contrario autem, ſi reſolutionem ſiue analyſim. Habes iſtius exemplum in mathematicis opportunum. cùm enim in Geometricis elementis ad doctrinam de triangulis illa potiſſimum ſpectet aurea propoſitio (cuius inuentionem multi Pythagoræ tribuunt) in triangulis orthogonis quadratum quod à latere rectum angulum ſubtendente producitur, æquum eſſe quadratis quę ex lateribus fiunt rectum angulum continentibus. Si bene expenderis priorem omnem Euclidis librum, videbis ordine interrupto penitus ab ipſis principiis communiſſimis priora quidem ad mediarum propoſitionum demonſtrationem maximè pertinere, ſed catenatim ſic omnes referri demum ad concluſionem vltimam atque præcipuam propoſitione 46. demonſtratam, vt huius ferme vnius gratia ſuſceptæ cæteræ videantur. Erit huic oppoſitus methodi analyticæ ductus, ſi quod probandum eſt maximè, in operis fronte conſtituas, & hinc à demonſtratione proxima ad medias paulatim & remotiores ordine proueharis. Licetque & in definitoria methodo & diuiſiua & compoſitiua non valde diſſimilem analyſis ſpeciem pro inſtrumenti primarij ratione conſtituas. Interim hæc demonſtratiua traditionum methodus quiddam præ cæteris tribus magis eſſentiale redolet, vt ad Catholicam illam in rebus quæ ſola ratione ſubſiſtunt (vti mathemata & quæſtiones logicæ) quàm facillimè reducatur. An autem vlla traditio ſit rectè per ſolam Analyſim, non ſegniter obſeruaui: atque illud occurrit ſummo cùm fructu, in artium quarumcunque veſtibulo inuentionis ſeriem vel compendio protinus exhiberi; quod & Ariſtoteles egit libro vtriuſque analyſeos, & Galenus libro de Conſtitutione artis medicæ. Nos quoque in huius facultatis limine pro virili noſtra imitari conati ſumus. Vtinam verò & idipſum faciant cæteri, cùm huius ille ſit fructus vberrimus, vt fine præcipuo ſtatim præ oculis conſtituto gnauius incumbatur. Ad extremos etenim fines naturâ omnes maximè aſpiramus, cùm præ ardenti eorum deſyderio multi præpoſterè auſpicati viam relegere ſæpiùs, & more cancrorum ſua ſe per veſtigia rurſum

Methodus reſolutoria.

Demonſtratiua methodus.

Demonſtratiua Methodi exemplum in mathematicis.

An vlla traditio recte per analyticam fiat.

Analyſim confuſanea doctrinæ ſyntheticæ rectè præmitti in operis cuiuſcunque veſtibulo.

Exemplum præclarum analytici ordinis in vniuersa ferè Encyclopædia.

Medicina.

Physica.

Astrologia.

Astronomia.

Arithmetica & Geometria.

Metaphysica.

Methodus.

tursum inflectere, rerum ipsa & principiorum necessitas cogat. quod mihi in rebus medicis & mathematicis olim vsu venisse non diffitebor. Cùm enim curationem morbi, & sanitatis tutelam mihi proponerem, velut studiorum primarios scopos, hic mihi in illo præcipuè gratulabar, quod arcanorum medicaminum quandam farraginem, tum aliorum munere, tum à patre P. M. relictam reperissem. Verum simulatque in ipso vtendi modo difficultates innumeræ propter naturæ parum adhuc perspectæ abditissimas rationes animum sepè in diuersa transferrent, coactus sum via resolutoria ad ipsam quæ de morbis, morborum caussis ac symptomatibus traditur doctrinam regredi; & cùm nec istam rectè perciperem, nisi pluribus antea prælibatis, paulatim ad ipsam humani corporis accuratam anatomen, ad singularium partium vsus quoque & facultates, ad simplicium medicaminum naturam vniuersalem, & singulorum per sensus examen, ac denique ad ipsa omnium elementa prima ipsorum ordinum necessitate deducor; nec prius fructum in arte solidum sensi, quàm planè conuersus ab elementis via compositoria, per caussas medias & scopo proxumas tandem perfectum circulum pro mei ingenij tenuitate lustrassem. Similiter cùm propter medicinam hanc vniuersam ipsius physicæ statim necessitas altius obuersaretur, huc quoque contendi, vt mundi totius consensum cum humano corpore perscrutarer. Sed aperit primum se fructus mathematum in astrologia potissimum iudiciaria constitutus: docet hæc enim superiorum corporum nexus cum elementis humanaque natura, quanquam ipsa elementorum externorum indoles magis à physicis est haurienda. Astrologiæ caussa continuo Astronomiam siue cælestium motuum theoriam mihi summopere necessariam vidi. Vnde ipsa astrologia tantum à limine salutata, ad Planetarios orbes & primi mobilis descriptionem ascendere meditabar; sed & isthic difficultas prior propter arithmeticæ ac Geometriæ imperitiam, cui cùm serius occurrissem, recepi me denuò ab hisce velut totius astrologiæ elementis primis, ad illam tantopere exoptatam metam, vbi (vt absit inuidia verbo) ita me profecisse intelligo vt quantum in facultate pulcherrima vel veritatis vel superstitionis lateat, aduersus vtriusque generis hostes me demonstrare posse confidam. Sed huic negotio (si vitam dì cum mente superstitem seruent) aliquando & suus dabitur locus. Postremò cùm ea quæ sunt in mundo singula ita connexa perspicerem, vt & eorundum scientiæ diuelli inuicem non facilè possent, collegi sanè propter medicinam vnicam & physicen & mathematicam perdiscendam, & propter hæc ipsa metaphysicam ceu phylosophiam primam, dum plenus quodammodo scientiarum circulus foret. Verùm quandoquidem hic labor in infinitum vergeret, vitaque hominis quàm breuissima & propter mutuæ necessitudinis circulum negotij moles inexhausta mentem nonnihil ab hoc feruore compescerent; tandem ad methodum me conuerti, cuius vsus inenarrabilis malo reipsa quam verbis ex me prolixioribus expectetur.

Habes

Digitized by Google

Habes demum perfectam methodi Sphæram, artisque totius Cyclognomicæ circuitum plenum, cuius præcipuos Canones 9. si breui rursus epilogo tibi comprehensos voles, hos versus nouem singulos singulis ordine respondentes edisci to. *Operis totius cen clusio.*

Nouem Canonum breuis Epilogus. *Compendium canonum 9. totius methodi Cyclognomica, 9. carminibus compre hensum.*

1. *Quam sit multa scopi facies circumspice primum.*
2. *Harum quamque in Agens, Patiens, mediumque resolue.*
3. *Mens trahat in longum causas elementaque Passi.*
4. *Serpat & in latum signorum à sensibus ordo.*
5. *Perficies sphæræ media ex Ratione profundum.*
6. *Fiat vt in passo medij resolutio triplex.*
7. *Et totidem effusæ classes ab Agente ferantur.*
8. *E medio extremis petitur proportio rebus.*
9. *Componet resoluta vice via versa priori.*

Præcepta hęc pauca numero, potestate infinita, si bene percepta discusseris, discussaque altiore animo recondideris, non erit deinceps quod in sermone philosophico, quod in arte quapiam siue scientia vel crassioris ignorantiæ tenebras, vel sophistarum scopulos & præcipitia amplius extimescas. Nullienim te colubri, nec stelliones, nec archiplani versipelles; nulla argumenta ceratina vel crocodilita, sutelæ, strophi, hypostrophi, paraphoræ, paragogæ, paralogismi à veri ipsius compendiosa orbita dimouebunt. Nactus es etenim præter affixa plantis talaria, insignem illum Mercurij caduceum (quem & nos, si digni simus, pro symbolo circumferimus) contextum orbibus tribus vigilis draconis gemini circa eandem virgam endeicticam vel ætiologisticen mutuo se implicantium. *Methodi potissimus vsus contra sophistas, quos virulentia hodie quàm latissime patet.* *Caduceus mercurij.* *Authoris symbolum.*

I. REI

1.	2.	3.
REI PASSIbilis consideratio.	MEDII CONsideratio.	REI ACTIVÆ considerratio.

Hac animas ille euocat orco
Virg. Aeneid. 4. *Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.*
Dat somnos adimitque, & lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Aequora, tamque volans apicem & latera ardua cernit
Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit.

Exercitatio methodica quanta conferat. Atqui vt inter cælum terrasque medius voles, nihil deinceps quàm sola exercitatio supereſt, quæ illud præceptis accumulat, vt promptè succurrant singula, vtque ex subsidiorum infinita congerie in vsum pauca dútaxat stabilia maxime & necessaria colligamus. Sed de particularibus exercitamentis, deque subsumptionis forma vberius dicendum est proximo tomo, qui iuxta analyticam seriem ad præcedentium illustrationem doctrinæ methodicæ velut auctuarium tradet, vnaque pauciſſimis totius philosophiæ, logicæ, physicæ, ac metaphysicæ seminaria complectetur.

1
2
Præsens ad sequentem tomum eiusdem argumenti.

Sed nos immensum spatiis confecimus æquor,
Et iam tempus equum fumantia soluere colla.

ΤΕΛΟΣ.

Digitized by Google

TOTIVS OPERIS BREVIS EPILOGVS, ARTISQVE *Cyclognomicæ summa complexio.*

CVM ille sit artis nostræ primarius scopus, vt in omni negotio & quæstione, in facultate qualibet veritatem siue scientiam rerum compendio consequamur: Sciētia autem per rerum sit causas tum proximas, cum remotiores ordine vsque adelementa: Res verò discendæ mortalibus cum infinitæ numero, tum ita connexæ mutuo, vt earūdem sciētiæ (Cicerone teste pro Archia) omnes perpetua quadam necessitudine, & cognatione mutua inter se contineantur: Idcirco opus fuit compendio facili, quod nobis in hac breuissima vita, hoc terrenorū sensuum lenocinio fascinatis scientiarum circulum infinitum sic comprehendat, vt actiones omnes & studia vel ad principem finem vnicum, vel artem bono publico necessariā (quam quisque sibi seu natura duce, siue fortunæ impulsu coleridam proposuerit) filo perpetuo dirigantur: & circa finem primarium certe causas eiusdem proximas præ cæteris inuestiget, circa remotiores ordine facultates, minorique affinitate deuinctas non ita supinus dormiat, quin iuxta præceptum M. Tullij in Oratore, tantum ex illis sibi desumat, quantum ad inuentionem principis scopi, iudicium & actionem, traditionemúe necessariúm æstimabit.

At cùm istius compendij ratio in animorum motu siue discursu maximè collocetur: ne ad præfixam metam à recta via deflexum aduersa vspiam obstacula remorentur, ideo & ad motus eiusmodi rationem aptanda sunt nobis principia propria & causæ & elementa, ad facilitatem viæ vel motus tria potissimum requiruntur. 1. Pernicitas animæ, vt rei mobilis, quæ partim à natura insita est, partim vsu & exercitatione comparatur. 2. Viarum simplicitas quæ maximè in extremorum nexu siue proportione cū medio, in ipsis rerum aptis ordinibus collocatur. Postremò motus dexteritas & certa cōpositio, quæ sanè tum pro viarum seu perceptibilium rerum, tum pro natura mobilis & motoris primi, in sphæram vnicam tribus dimensionibus absolutam optimè reducatur. Omnis enim hic motus vt ex confusa multitudine per vnitatem stabilem perfici possit, ascensu descensuque vario ad plenam conuersionem vsque versatilis fluit.

Tria hæc igitur ad integritatem operis nostri, ceu prima capita requirūtur, viarum ratio, rei mobilis, atque ipsius motus, ac sanè de singulis permistim in opere hocvniuerso pro loci multiplicis oportunitate à nobis est explanatum. Peculiariter tamen viarum ratio velut stabilioris principij speciem referens abundè monstrata est primo libro. Sed rei mobilis tum primo, tum secundo libro. Motus autē præcepta vel rationes partim secundo, partim in tertio libro.

Vbique cùm sint omnia in recipiente per recipientis modū iuxta axioma Physicum, omnia sanè ex vnitate fecimus primo in ternarium fluere, & ex eodem (ceu multiplicatione quadrata rationi corporis cōsona) per nouenarium

prorogari vſque ad 27. figuram abſolutiſſimam cubi. Mox & eandem ſeriem oppoſita via ex infinita multitudine reuolui denuò, ex 27. in. 9. ex nouenario iuſſimus in ternarium & hinc in vnitatem indiuiduam : vt conſtet vbique & ipſa eſſentiæ, & pulchritudinis ratio, quorum hæc in multiplicitate muſica vel vnita maximè, illa in vnitate multiplici optimè colloceţur.

Itaque à primo motore naturarumque Architecto Deo, res omnes & mobiles & ſtabiles & vnas & triplices obiter demonſtraui, vt cuncta ſuum opificem, cuius characteriſmo ſunt inſignita, vndique colant, obſeruent, & admirentur. vt iuxta actionis & paſſionis communiſſimam rationem, artes omnes, & facultates, quæſtiones, actiones, & ſtudia ex trinitate atque vnitate perpetua gubernentur. Eſt enim hæc omnis inter extrema principia duo, actiuum & paſſiuum ſcilicet, ſeu res naturæ ſeu rationis examines, quæ tamen extrema in vnius medij ceu Proxenetæ tertij, vel Paranymphi cuiuſdam ratione ſunt comprehenſa. In naturali quidem eſſentia & artificiali, inter agens & patiens quæreda proportio in vtriuſque extremorum affinitate vel pugna. In rationali complexu ſeu Dianoitico inter ſubiectũ vt vocant & prædicatum, in communi medio quod argumentum à dialecticis appellatur.

Vnde eius ternarij progreſſus à Deo incipiens per medias claſſes ſingulas, præcipuè per animam rationalem ſeu mundum minorem vſque ad humanam rempublicam ſeu mundum μακρόκοσμον prorogatur, vſque ad ſcientiæ vel artis cuiuſque inuentionem vel compoſitionem ſimilem tribus his motibus analyſi, ſyntheſi, & vtriuſque plena conuerſione perficiendam.

Vt enim in Deo mens eſt, quam patrem omnium vocant Pythagorici, & verbum filius ſeu patris ſapientia, & cuncta connectẽs ſpiritus: ita & res mũdi intelligibiles atq; ſenſibiles omnes catena quadã aurea in continuum ſunt diſtributæ. Ita & in anima rationali vigent hæ partes præcipuè 3. intellectus ſuperior ſcilicet, & virtus inferior ſiue imaginatrix, extrema hæc denique copulans ratio, eademque ex parte confuſa definiens abſolutè. Ad normam omnium digeſta eſt ſphæræ methodicæ ratio vel artis cyclognomicæ noſtræ in orbes potiſſimos 3. & rurſum in ſingulis diſcurſionum inuoluit orbitas totidem, velut in longitudinem, latitudinem, & altitudinem exporrectas. Longitudinis quidem Metaphyſicam ab intellectu ex relatione rerum ad idẽ principium: Latitudinis à phantaſia ceu Phyſicam viam ex relatione ſecundum idem potiſſimum: Altitudinis denique Logicam vel rationalem à ratione paſſibili oriundã, cum relatione potiſſimũ orbis totius circa idem velut cẽtrum.

Idcirco appoſitè (credo) animam rationalem velut ſtellã erraticã finximus, cui orbes inſeruiant cũ motus numero & vniuerſa ſpecie reſpondentes. Prior deferens augen, ſecundus Eccentricus Epicyclum deferens, & tertio cunctorum orbium abſolutiſſimus Epicyclus, intra quem orbes particulares alij, quibus omnibus inſidens anima ceu carpento vehitur ſurſum, deorſum, & in orbẽ mobilis, recta, trãſuerſim, motu directo, ſtationario atque retrogrado, quẽ-

admodum

admodum fieri & in ſtellis cæteris ſolet. Hæc verò de tota idea operis generatim dicta ſufficiant.

Sed vt membratim eius compoſitionis ſegmenta ſingula perſequamur: Libro quidem priore totius Methodi cauſſas remotas maximè, ſeu velut extrinſecas deſignaui, propiores ordine in ſecundo libro, ſed conſtitutionem ipſam latiſſimè tertius comprehendit.

Rurſus in primo Methodorum omnium exẽplar dedimus anteſignanum tum in Deo opifice, tũ rebus creatis in mundo ter triplici ratione diſtincto. Secundo hinc profluentẽ archetypã Methodũ, ſed confuſaneã in animis noſtris omnẽ ſyntheſeos, analyſeos, atq; eõuerſionis rudiuſculæ tribus nominibus cõprehenſam. Quę quia nobis confuſa penitus & indeterminata ſemper aſſiſtat, niſi per obſeruata ſenſuũ diuiſionis quoq; & cõpoſitionis ſuccinctas imagines excitetur; idcirco pro elemẽtis methodi, tres rerũ primas & viarũ omniũ claſſes oſtendi, ea potiſſimum ſpecie, vt duæ extremæ, nimirũ Phyſicæ, & Metaphyſicæ ad res naturæ propius ſpectent, media claſſis & rationalis ad entia rationis. hæ primæ diſcerptæ in nouẽ, & hinc, propter corporeas vbiq; dimẽſiones 3. in 27. ex iiſdẽ denuò in 3. præcipuas, & tandẽ in ſcalã vnicã mundi pulcherrimã colliguntur. In ſecundo huius operis libro primùm de cauſſis in genere velut cauſarũ particulariũ methodo προλεγόμενα pauca deſcripſimus. hinc ſtatim iuxta ſimilitudinem diſcurrẽtis animi in tres præcipuas portiones diſtributi aptaui & methodi cauſſas cęteras, vt effectrices ſecũdarias ſiue ideas & fines, & cauſas proximas, formã videlicet atque materiem. Etenim rationalis anima diſcurſus methodici, vt cauſa efficiens eſt definita, cuius partibus tribus intellectui rationi phantaſię cõſentiunt & habitus totidẽ loco finis, ſed triplex relatio vt materies, ordo triplex & diſcurſuum via vt primaria forma. quãquam hæc rurſus diuiſione Analoga ex 3. in 9. & hinc in 27. facilè proferantur, vti ex iiſdem quoque in concentum vnicum refluunt, ad normam totius vniuerſi vndique temperatum.

Poſtremò pro argumento tertij libri id breuiter accipe. Anima rationalis & vna & triplex, ceu mundi minoris ſol aut ſtella erratica, vt ciuitatem hanc ſublunarem regat in terris poſita, ſuis inhæret orbibus atque vehiculis certis pro motus neceſſarij ratione compoſitis, vt rerum veritate primò, dehinc & ſummo bono per eandem proximè potiatur. Sunt orbes illius ab ipſa præfixi natura opifice, & in operibus eius euidenter expreſſi omnes difficiles quidem, ſcandentes altiùs quàm reliquorum ſyderum ſphæræ, proinde & ab humanis ingeniis ſeriùs deprehenſi, ex quæſtionum & motuum varietate ſcilicet, mentiſque reflexione quadam in ſeipſam, cum argumento perpetuò fere ex effectu ad cauſam, vt ſunt inuentæ & Solis & Lunæ & cæterorũ cæleſtium orbium theoriæ.

Primò etenim pro indefinito & confuſaneo maximè diſcurſionis rudimento, proponitur orbis deferens, à quæſtione Practica circulum trahens per problematicam vſque ad ſimpliciſſimam, quæ de rebus abſtra-

ctim conſyderatis ſuſcipi ſolet, in hoc eſt ſuus aſcenſus Analyticus, deſcenſus ſyntheticus, & vtriuſque conuerſio, quorum prior motus ad inuentionem maximè, ſecundus ad traditionem, ad iudicium tertius religatur.

Hunc excipit alter Eccentricus Epicyclum deferens, in rebus ſimpliciter vel abſtractim conſyderatis (cuiuſmodi quæſtionem omnes compoſitæ includunt ſibi, quippe quæ in eandem vltimo reſoluãtur) eo potiſſimum ſcopo vti occultã & confuſaneam rebus immerſam multiplicitatẽ eruat, pro inuenienda ſcilicet multiplicitate ordinum vel progreſſus reſolutorij & compoſitorij, quæ ex conſiderandarum rerum multiplici ratione progerminat, ſiue ſit multiplicitas Phyſica, qua ſæpius totum in partes dirimi ſolet: vel Metaphyſica, qua cuncta in formam atque ſubiectum, in agens & patiens, & extremorum mediũ: Siue demũ ſit Rationalis, qua genus in ſpecies, aut vniuerſale quodlibet in minùs communia tribuatur. Hic rurſus & ſuus aſcenſus, ſuus deſcenſus atque conuerſio magis magiſque iam definita.

Incumbit duobus circulis Epicyclus tertius maiori violentia & pernicitate cuncta in quæſtione determinans pro inuentione ſimiliter Analytica via ab effectu ad cauſſas, pro traditione per ſyntheſin priori oppoſitam, pro iudicio tandem per conuerſionem plenariam vtriuſque.

Et in ipſo quidem Epicyclo duplex eſt compoſitio, exterior vna ſecundum facultatum animi trium diſtinctam rationem: interior altera, quæ rationi ſoli ſic tota reſpondet, vt ratio in anima, velut facultas vna & princeps cuncta in vnitatem referat, extremaſque potentias ambitu ſuo & poteſtate contineat.

Sunt autem in ſingulis iſtis diſcurſionum circulis ſui rurſus aſcenſus particulares, deſcenſus atque circuitus, vt cuncta minora maiorum ideam aſsiduè repreſentent, donec per reſolutionem ad minutiſſima ſcrupula proferamur. Eſt & in ſingulis diſcurſus in longitudiné ſub cauſæ effectuſq; nuda relatione Metaphyſica; in latitudinem ſub habitudine ſigni reiq́ue ſignatæ Phyſica; in altitudinem, ſub conceptu Logico, & orbis inſtrumentarij raptu, vel ſub nominibus entium rationis.

Tractantur horum diſcurſuum modi vel orbes idonei ſingulis, & eorundem arcus vſque ad ſcrupula ferè diſtincti per Canones 9. facto auſpicio à quęſtione practica per problematicam, vſque ad ſimpliciſſimam, in quam omnes neceſſario terminantur.

Vnde cùm in omni praxi, in propoſitione qualibet, etiam in quouis compoſito naturali ſint ſemper extrema duo, & extremorum medium ſiue proportio: Docetur primum diſſolutio finis propoſiti in ſuos conceptus pro rationis practicæ neceſſitudine differentes. Inde in conceptibus ſingulis ſua ſtatuuntur extrema ſiue principia duo, actiuum vnum, & paſſiuum alterũ; quorum Analogia per cauſſas vtriuſque ſit veſtiganda. Tertiò ab extremorum ſingulis velut carceribus, diſcurſus ante ſignati triplices proferuntur, vt à parte ſubiecti paſſibilis primum, mox & ab extremo agente vel maſculo, tandem & à medio, in quo proportio collocatur, per proportionem indicatio, per indicationem

Digitized by Google

dicationem Ætiologiſmus abſoluitur, in quo ſcientia demum animæq; ſumma perfectio reponatur, quo rerum veritas, ante naturæ demerſa penetralibus efflorescit. eſtque hæc facultas ætiologiſtica, velut anima quædam totius Methodi, artisque Cyclognomicæ forma generalis, tota per totam æqualiter exporrecta. & in diſcurſu quidem Metaphyſico theatrum cauſſarum omnium atque effectuum inſtituitur ſecundum ordinem relationis ad idem æquiuocè, à primis principijs ſcilicet per cauſſas medias vel antecedentes vſq; ad extrinſecas vel elementa, quorum primo ſe conſequentia rudis oſtendit ratione loci vel temporis, vel apparentis ſimilitudinis. In diſcurſu Phyſico determinantur ſingula magis per ſigna propria atque communia ſub 10. primis generibus comprehenſa, & relatione ſecundum idem. Abſoluit indefinita vtrinque extrema ratio per orbem inſtrumentarium.

Quo mentem nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia verſat.

Peracta circuitus parte pro inuētionis Methodo docetur & Syntheſis Canone nono Iudicij ratio pro ſui natura per vniuerſos promiſcuè prorogatur, vti circulus ex analyſeos atque Syntheſeos mutua conuerſione perficitur.

Hæc primùm ad vniuerſalem methodum penes ſyntheticam normam ſunt refer enda; quam vbi repereris, facilè per ſubſumptionem quandam poteris & in ſingulorum conſyderatione particulares methodos inuenire, dum vniuerſalis ratio inuenta per orbem Cyclognomicum ſub diſiunctiuæ propoſitionis habitu conſtituitur, vt ſi dicam inflammatio poteſt fieri vel in neruis, vel in membranis, tunicis, corde, cerebro, hepate, coſtis, &c. fit turſus vel à ſanguine ſimplici, vel flaua bili vel humore Melancholico, vel horum permiſtione, dum vel pluriū, vti ex vſu aſſiduo & exercitatione per epilogiſmum in pluribus eſt obſeruatum. Hic ſi te ab vniuerſ. Method. ad Achillem aut Socratem cōferas, in quibus morbi confuſa notio ad inflammationis ſpeciem accedere videatur, procede per orbes ante ſignatos 3. diſcurre in longit. latit. & profunditatem: tandem tibi definiet ratio, num magis ſit affectum latus, num pulmonum exteriores muſculi; turſus quo ad materiem, an magis ex bili, an ex ſanguine, an aliunde. quod ad efficientem cauſſam, an magis à læſione, an ab intemperie, an obſtructione potius. In forma quoq;, an tātum obſtructio; an vnà ſit inflammatio: deinde ſi ſit; nū incipiat, augeatur, cōſiſtat, an declinet potiùs; num ſtet victoria à parte ægri, num ipſius morbi; poſtremò pro ægri & morbi ratione, pro partis affectæ natura, & aliarū circumſtantiarum vi, remediorū quoq; ſubſtantia, quantitas, qualitas, locus, tempus & ordo per analogiam mutuam penitius innoteſcent, vnà cum vniuerſa prędictionis methodo, quæ cuncta ſi dextrè conſequimur, nos ſanè diuinis intelligentijs quàm ſimillimos reddent,

Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subijcient pedibus, ſtrepitumque Acherontis auari.

Vides verò & inter potentiarum habitus circulum, qualis in rebus eſt vniuerſi ſingulis. Nam ex particularium conſyderatione primum vniuerſalis rei

Digitized by Google

cuiuſque Methodus exaratur, atq; ex eadem rurſus particulares cæteræ, dum ex confuſa notitia determinata naſcitur,& ex eadem rurſus probantur eadem vel hiſce ſimilia, per quæ prior facta eſt demonſtratio. nec tamen idcircò progreſſus fiunt in infinitum, verùm ex circulorũ natura ſæpe ſe mutuò vel æquè ignota definiunt: cognitionis autem extrema ſunt intelligibiles notiones,ſenſibiles ſpecies, & nobis quoque congenita compoſitionis omnis ac diuiſionis ſeminaria; quorum virtus in omnibus mundis,mundorumq́ue particulis minimis eſt manifeſta. Atqui,vt dies diem aperit, & clauus clauum pellit,ſic vna propoſitio declarat alteram,ars arti lumen affert, experientiæ ratio, experientia rationi.

Equidem quo quiſque immenſum doctrinæ naturarumq́ue theatrum hoc infinitum anguſto pictum velut in clypeo ſecum circumferat,feci profecto,vt mathematici ſolẽt,dum cæli vel terræ circulos omnes, lateq́; patẽtes ambitus virtute optices & radiorum viſus, angulorumq́; mutua proportione ad res viſibiles in paruam contrahunt Aſtrolabij vel Planiſphærij formam;in quam defixus oculus, quæ propter infinitudinem in exemplari capere non poteſt, intuitu celeri in eiuſdem imagine conſequatur. Nos autem in hoc maiore volumine viam ſecuti ferè ſyntheticam ſumus, ipſius interim Analyſeos ratione non omnino neglecta; quin vt totius forma cum eiuſdem materie cõſentiret, quandoquidem in naturæ rebus & rationis ad vnitatem maximè & ternionem & ex hac profluentem nouenarium vbique ferè reſpexerim. Opus quoq; hoc vnicũ de doctrina ordinũ digeſſi, primum in tres præcipuas partes, cuiq; aſſignando capita nouem,vt ad 27. excreſcat,qui numerus eius eſt interualli,quo Luna Soli congreſſa iterum,& lucis & motus ſui perfectum compleat orbem. Fateor tamen ſecutum me paſſim ſeriem ſatis tumultuariam, multaq́ue ſub finem tradidiſſe,quæ præmiſiſſe forſitan ſatius fuit principij loco; plura quoq; vel omiſiſſe,vel obſcuriora iuſto ſæpius inculcaſſe, vt fert ipſorum partium affinitas ſumma, rerumq́ue tractandarum difficultas vix vllis rationum limitibus circumſcripta, vtque fert demum prima quæque inuentio;de qua non dubito quin vſueniat mihi quod mille hominum ſolet, vt vſus, ætas, ratio ſcilicet ſemper aliquid apportent noui, ſintque vulgato prouerbio δυτέρας φρόντιδες σοφώτεραι. Verùm vt verbo me abſoluam;

Nunc te Marmoreum pro tempore fecimus: at tu
Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

DIALO-

DIALOGVS HERCVLIS ET ATHLANTIS, IN QVO PROGNOSIS VENTVRÆ ÆTATIS, vna cum circulorum vel circuituum cauſſis in rebus humanis ab eodem authore compoſita, Anno 1563. ex ea, quæ tum vigere cœpit, planetarum trium ſygygia ♄ ☿ ♂ in ♌. dodecatemorio.

Gedo humeros pater, adde manus & brachia moli HERC.
Ocius, adde latus lateri, fremit impete vaſto
Iſte (viden'?) polus alter, & illa Lycaonis Arctos.
Cedo humeros mecum, ſupremáque robora cedo.
Quid ceſſas? ruit Oceano grauis umbra, Deosque
Neſcio quam ſuperos, terram, mare, tartara turbet.
Non cadit in ſuperos pauor. heus abſiſte moueri ATHL.
Tu quem nulla mali pauidum violentia fregit
Hactenus, aſſuetos mecum partire labores,
Et gemino ſerua nutantem cardine mundum.
Tu tergum Heſperijs, Septemque aduerte Trioni
Obnixus valide: mihi ſolis regna cadentis,
Et rutili incumbant face perluſtrata Canopi.
Sed quânam tanto prorumpens flamma fragore HERC. Orbis totius tempeſtas inſinuatur.
Surgit? & aduerſos Naturæ legibus orbes
Circumagit? videas toto palantia cælo
Sydera, non aliter quàm ſi ipſo à vertice mundus
Ardeat, aut iterum auulſis Phaethonta quadrigis
Præcipitem velut ille Deum pater, atque hominum rex.
Quò fragor hic? quò fumus abit, terramque, polumque,
Et freta terribili rapiens vertigine ſecum?
Pande oculos modò, iam triſti (circumſpice) vultu
Erigone ſæuo ceſſit ſua ſceptra Leoni,
Squallet & Arcturi facies, & clara Bootis,
Pleiadesque tuæ patrios ſub mole lacertos
Defeciſſe putant, Titan perterritus ipſe
Oceani citius vitreo ſe gurgite condit.
Quid referam quanto verſis elementa figuris,

Turba-

Turbataque acies (etsi gestemus vterque)
Sæuius incumbant, obluctantesque fatigent?
Vix via spiritui facta est, mihi perforat artus
Sanguineus sudor, linguaque volumina fauces
Ægra trahunt, etiam hospitibus Iunonia restat
Inuidia, & sedes vrunt fera monstra quietas?

ATHL. *Pone modum Alcides, animo iam pone querelas.*
Fatorum noua lux cœlo deducta sereno
Spargitur: illa prius nigranti turbine terras
Implicat, & cæca pingit res nube futuras.
Quotque nouæ facies Diis consultantibus adsunt,
Tot species simul illa nouas, noua monstra figurat.

Laudes Philippi Hisp. regis allegoricè insinuantur. *Perser, & obdura Diuum sate sanguine, felix*
Monstrorum domitor, breuis est, & rarius vrget
Difficilis labor, en labor hic solo Hercule dignus.

HERC. *Non Erymanthei rabies me perculit apri,*
Nec fera Geryonis, neque vis immanior hydræ,
Aut Acherontea tria Cerberus ora palude,
Ter triplici nexu intorquens sub luminis auras.
Nescio quid Tauro, Thressa quid Amazone maius

Leonis dodecatomorion. *Hic Leo parturiat, dudum cui brachia Cancer*
Contrahit, & cæli iusta plus parte reliquit.
Tu modo cùm recreet ratio percepta laborum,
Iapetionides edissere vera roganti,
Et caussas obiter, fatique arcana reclude.
Scis etenim, & multi dotem inuidere Deorum.

ATHL. *Rem petis obscuram, & longi sermonis egentem,*
Pauca tamen minimè verborum in nocte sepulta
Et quantum effari permisit Iupiter, audi.
Principio terram, & conceptos ætheris orbes,
Totque per innumeras distincta animalia classes
Cùm natura parens in mundi vnius honorem
Vi rapiat, flammaque potens correpta ligarit

Fines vniuersi. *Magnus* AMOR, *dignum Pulchri, Veríque, Bonique*

Vnius

Vnius vt germen sit, & exemplaris imago,
Fit sanè vt gemino mundi res fine ferantur:
Quáque Bonum spectent, simplex sit in orbe figura:
Qua Pulchrum, multiplicitas comitetur & Ordo.
Singula sub cælo, & subter labentia terras
Fata rotant, iactatæ animæ sursum atque deorsum
Circuitus complent varios, nascentibus ortum
Excipit occasus, odium pax, turba quietem.
Hinc gaudent metuunt qúe, humiles modò tollit in altum,
Præcipitémque trahit modò Fors sublata ruinam.
Has rerum Natura vices quo tempore primum
Brachia Telluri porrexerat Amphitrite
Signiferi inssit celatæ margine, Septem
Erronum arbitrio numerúmque, modúmque tenerent:
Contemplare igitur, mentémque per omnia volue
Sedulus, exemplo ditiones, oppida, pagos
Agglomerans, casas tenues, amplósque Penates.
Nonne vides quantum quæ sint in honore deorsum
Inclinata ruant, & quæ cecidere, serenum
Protinus assumptis rapiantur in æthera pennis?
Scilicet vt plenum cuncti volitemus in orbem,
Angustis primum melior concordia rebus
Pullulat, afflatu pacis simul agmen honorum,
Maiestas, & opum vena fluit vbere riuus,
Donec ad extremum saturato ventre petulcis
In luxum & fraudes mortalia corda fatiscant;
Donec & ambitio rebus malè victa secundis
Audeat in cædes & aperta tumescere bella,
Vastet agros, hominésque: hinc se prius & sua perdit,
Priuati statuens alienum iuris aceruum.
Iam sileo Thebas, excisáque Pergama Troiæ,
Pœnorum patriam, & te quondam maxima mundi
Roma caput. Heu quo Francorum gloria cessit?

Vanitatis regula. Multiplicitatis & ordinis.

Circuitus necessitas in rebus singulis vniuersi.

Astrorũ circuitus vt signum conuersionis infœlicis.

Exemplo docentur circuitus rerum humanarum.

Conuersionis gradus.

Ascensus.

Fastigium.

Descensus.

Quóque ferox quondam tantis Germania bellis,
Tot ſpolia, & lætos celebrans à Marte triumphos?
Aſpice & Anglorum quæ nunc Sors, quæ fuit olim.
Tum Flandros, Batauoſque, & Belgarum inclyta regna.
Vt morum, ſic & Fati quoque Circulus idem
Voluitur. Interea ſolio pater arduus alto
Cæleſtiũ rerum analogia ad orbẽ ſublunarem Poëtice deſcripta, ſic tamen vt iſtis mentem ſuperiorem non dubitemus.
Tempora dinumerans, quoties in cardine res eſt,
Horribili ſaciem nymbo dextrámque triſulcis
Ignibus armatam quaſſat, nutúque potenti
Aſtriferas acies vocat, & genus omne Deorum:
Hæc ſeries Fati terdenis circiter annis
Cœleſtiũ reuolutionũ ſpecies diuerſæ.
Vertitur. Ante alios cæli in commune theatrum
Cum Ioue Mars ſeſe, & Saturnia ſtella receptat,
♂ ♄ ☌ quid ferè portendat apud Aſtronomos
Próque nouis hominum tractant noua fœdera rebus.
Maiores alios rapida ex vertigine cæli
Circuitus dicant alij: maioribus illos
Auſpicijs Deus ad centena aut millia ducit.
Nunc quia magnanimi ſpatioſam Teutonis oram
Humana ſcelera inter præcipuas cõuerſionum cauſas.
Laxatis Fortuna diu labefecit habenis,
Et luxum ingeminans, & apertis otia portis:
Hinc ſeges illa virum, & vitiorum fertilis ætas,
Cui cum terra parens toties alimonia fruſtra
Comparet, exhauſtóque ſuis vix vbere natis
Sufficiat, ſupplex queritur Iouis ante ſupremi
Conſilium, fremit ante pedes proſtrata Deorum.
♂ ♄ ☌ in ♌ 1563. & 1564. cum hoſtẽdis aliis ſchematiſmis.
Inter ſe coëunt Saturnus, Iupiter & Mars,
Veſtibulum ingreſſi rutilantíque ora Leonis.
Ponè gradum figunt reliqui longo ordine diui,
Homines Saturnini, vt auari, ſordidi, truculẽti, vt monopolæ, cęteri, inuidia, muneribus aut ambitione corrupti.
Et ſuſi circum volucres ad murmura quæuis
Nequicquam caſus verſant in mente futuros.
Falciſer antiqua nihil ex feritate remittens,
Vt ſobolem voret ipſe ſuam, ſquallentia terris
Frigora, terribiléſque immittere fluctibus Orcas

Deſinat:

Destinat: ille Famem Stygia ciet horridus vnda:
Ille focum Inuidiæ, & diro manantia tabo
Pectora, secundámque malorum millibus Aten.
Hinc genus it terris, quo nec crudelius vllum,
Nec magis orbe facem diuini explodit Amoris.
Namque sua totum vt rapiat ditione, Senatus
Et Reges ficta sub Relligione potentes
Allicit, hinc plebis miseræ depascitur artus,
Excidióque domos, & cælum fulgure terret.
Contrà Mars iris acuens mortalia corda,
Tisyphonem media Dirarum ab sede sororum
Suscitat, hæc tumidas Belgarum incensa per vrbes
Bella manu, lethúmque serit, procul ære canoro
Increpitans: passim vt rapidus volat æquore turbo,
Depexosque iacit nodosis crinibus angues.
Hinc alia exoritur toto gens impia mundo,
Quæ solam sese pietatis nomine iactans
Seruitij immeriti formidine crimen inumbrat:
Quæque rudes animos primum, atque ignobile vulgus
Arma iubet patria pro libertate capessant:
Proque Deum cultu, Iusti sub imagine, leges
Iustitiæ violent & relligionis honorem.
Scilicet vt discant direptis omnibus, omnes
Pauperiem, atque famem, & duros perferre labores,
Vt sileant leges, vt sit via libera vitæ,
Inferna vt superis si possit, casta profanis
Quilibet, ac cælo terram, mare misceat orco.
At non hæc oculis frustra pater aspicit æquis,
Arripiens geminas accliui examine lances,
Vt capitum imponat molimina tanta duorum.
Nam quamuis glacie Saturni, & Martis ab igne,
Alternis mundi tepor in diuersa trahatur:
Vtraque supplicio tamen & moderamine iusto

Hominum aliud genus naturæ Martis, vt raptores, auctores seditionum, & violentiam publicam exercentes.

Mundus in extrema distractus ruinam minitatur.

Indiguit, quia terrigenis in corpore duplex
Est animus, quorum huic cum Brutis æqua potestas.
Illi astat ratio & fatis sapientia maior.
Astra quidem variam aspectus sortita figuram
Nunc in amicitiam coëunt, nunc prælia versant.
Sic posita inter se rerum hæc elementa vicissim
Et casus torquent varios, vitámque ministrant.
Sed Ratio, quam certa fides animusqúe perennis
Inuictam voluit superis insistere templis,
Non nisi cum fragiles artus, moribundáque membra
Prosequitur, vitam cæli in vertigine ducit.
Quin longè hanc supra graditur cum è carcere cæco
Respiciens multam ad lucem non comprimit auris
Aduersis nimium, neque laxat vela secundis.
Ergo vt Saturni medio, Martisqúe ferocis
Iupiter ingrediens diuulsa extrema reducat,
Nobilium cœtus, infractáque pectora bello
Magnanimum Heroum vitæ immortalis amore,
Vnius & recti æterno sub fœdere vinxit.
Iámque suprema dies & ineluctabile Fati
Tempus erat, quondam vt Saturni sydere terram
Sorpsit aquis, iterum stellis trepidantibus axem
Concutiens Atropos hominum genus atque ferarum
In vastum reditura Chaos dissolueret, atro
Sulphure, & arsurum Martis sale spargeret orbem.
Stant obnixi animis contra & concordibus armis
Semidei Reges, Comitúmque, Ducúmque phalanges
Non aliter iunctæ, quàm si Deus omnia sparsim
Collecta in fascem validum sarmenta ligarit.
Aut quoties sæuo tellus percussa tridente
Æstúsque, pluuiásque, & atroci vortice ventos
Æolia ciet, hinc Boreas atque impiger Eurus,
Austri illinc, Zephyriqúe tonat domus ardua, qualis

Animæ species duplex in homine secũdum Merc. Trismegistũ cæterosq; Platonicos.

Anima rationalis omni fato superior.

Anima delapsa nimis in sedem corpoream fit fato obnoxia.

♃ ceu medius inter ♄ & ♂ vtriusq; sęuitiem moderatur.

Heroũ medius status pro rege & Republ. decertantium.

Duplex diluuij genus.

Virtus & constantia principũ virorum.

Simile.

Simile.

(Oppositi

(Oppoſiti quanquam furit vnda crepidine ſaxi,
Jnque iugum fluctu maris attolluntur arenæ)
Attamen Euboico Baiarum in littore, moles
Jnconcuſſa manet, flatus, & murmura ponti,
Et rapido ridens crepitantes grandine Fagos:
Sic Joue nata cohors terræ, pelagique procellis,
Atque minis Erebi nunquam conceſſa moueri
Hactenus, aduerſo inſanum regit obice pontum,
Et fugat emiſſas hyemes, Solemque reducit.
Jamque nouam video Pacem frondente corona
Jre per Europam, & reuocatis legibus vltro
Aurea Juſtitiam toti dare ſecula mundo.
Maumethen contrà victum longeque fugatum
Sauromatas vltra & glacialem cedere zonam.
SALVE *magna Deum ſoboles, ſalue inclyta bello*
Nobilitas, & tu medio velut agmine flammam
Stella vomens, humero ſæuus quam torquet Orion,
Curſtorum columen, caput, & ſpes vna PHILIPPE,
Cedo humeros, agileſque toros, & brachia cedo.

Apoſtrophe ad Seremiſſ. Regem.

FINIS.

Libri hi tres artis Cyclognomicæ, per Corneliũ Gemmam conſcripti, nihil habẽt S. Romanæ Eccleſiæ fidei contrariũ, aut Reipub. offenſiuum: quod atteſtor Sebaſtianus Baer Delphius, inſignis colle. Eccle. S. Mariæ Hantuerpienſis plebanus.

Digitized by Google

REGIÆ *Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis citra Christophori Plantini Typographi iurati Antuerpiensis voluntatē, hunc librum, cui titulus est*, Cornelij Gemmæ Louanienſis Medicinæ Profeſſoris De arte Cyclognomica, Tom. III. *ante ſexennium imprimat, aut alibi impreſſum importet venalemue habeat, intra omnes eius ditionis fines. Qui ſecus faxit, confiſcationis librorum, & pœna fiſco regio exſoluenda mulctabitur, vt latiùs patet in ipſo diplomate, dato Bruxellæ, Anno Domini* M. D. LXVII. XVII. *Martij. Stylo Brabantiæ.*

Subſignat.
Vander Aa.

Idem cautum eſt in Conſilio Brabantiæ, ad totidem annos, & ſub pœnis iiſdem, vt in ſuperiori Priuilegio; quemadmodum latiùs patet in litteris datis Bruxellæ XVIII. *Februarij, eiuſdem anni.*

Subſignat.
I. de Witte.

Digitized by Google

PRIVILEGIVM CAESAREVM.

MAXIMILIANVS II. Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus; Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclauoniæ, &c. Rex; Archidux Austriæ; Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtenbergæ; Comes Tyrolis, &c. Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium uniuersis: inter alia maiorum nostrorum consilia, illud haud postremum fuisse comperimus, vt ad Imperij Romani decus & dignitatem plurimum facere arbitrarentur, non minus rem litterariam, quàm militarem disciplinam propagare: quòd litterarum monumentis, quidquid fortiter & præclarè gestum esset, illustrari cognoscerent, & æterna memoriæ consecratum ad posteros sta transmitti, vt tam exteris quàm domesticis populis exemplo ad virtutem esse posset: quodq; optimarum artium studia, & quidquid ad humanæ vitæ cultum atque vtilitatem in quaque arte fuisset excogitatum, litteris & contineri, & conseruari optimè didicissent. Illorum nos laudatis vestigijs insistere summo studio cupientes, dignum imprimis duximus, prudenter & accuratè cauere, vt si quis ad eam rem quidquam vel industria vel laboribus & impensis suis contulerit, ne huic fraudi beneficium publicum sit. CVM itaque sincerè nobis dilectus Christophorus Plantinus ciuis & typographus Antuerpiensis nobis humiliter exponi curarit; se veteres nonnullos auctores, vel nunquam antea visos, & raros, vel emendatiores, aliaq; opera magni momenti; in primis verò Biblia Hebraica, Nouum Testamentum, Eutropium de vita Philosophorum, Illustrium de poëtis, Nonium Marcellum, Petronium Arbitrum, omnes veteres Poëtas correctos vel commentarijs illustratos: Emblemata Sambuci, Dictionarium Hebraicum, Dictionarium Græcum, I. Iulium Florum de Gestis Romanorum cum Commentario Ioannis Stadi, & si quæ huius generis alia, vel antea non edita, vel emendatiora, locupletiora, auctiora, & illustriora facta sunt, quacunque in lingua, imprimere constituisse: vereri autem, ne quod sæpenumero vsu venire consueuerit, alij nonnulli, qui alieno labore & industria partis, fucorum more inhiare, & frui soleant, ea quæ ille magnis sumptibus & impensis collegerit, & typis procuderit, mox ad suum compendium, minore sumptu & labore imitentur, atque effingant, illiq; labor omnis, sumptus & impensæ, omne quoque lucrum & laboris præmium, atque adèo (quod dici solet) oleum & opera pereat: ideoq; suppliciter à nobis petierit, vt contra huiusmodi improbos quorundam lucri cupidorum conatus, fraudem & iniurias, Priuilegij nostri prærogatiua munire illi dignaremur. NOS huiusmodi illius precibus æquis & iustis benignè annuentes, & prædicti Christophori Plantini honestos conatus promouere, atque indemnitati illius quàm maximè consultum cupientes, hoc publico edicto cautum volumus, & sancimus, ne quis cuiuscunque status, gradus, ordinis, aut conditionis fuerit, quacunque sacri Romani Imperij & ditionis nostræ fines patent, deinceps prædicta, aut alia quæcunque probatorum auctorum opera, quotquot vel hactenus nondum impressa, vel ab alijs quidem impressa, nouis autem deinceps scholijs, annotationibus, aut cõmentarijs aucta & illustrata, præfatus Plantinus primus typis procuderit, intra proximum sexennium à prima cuiusque operis aut voluminis editione vllo pacto eiusdem vel diuersi characteris forma excudat, aut excusa ab alijs intra nostros & Imperij fines vendenda importet, seu quouis modo distrahat manifestè vel occultè, sub pœna decem Marcharum auri puri, quarum dimidia fisco nostro Imperiali fraudi vindici, residua verò pars prænominato Plantino cedat, præter librorum, sicut præmittitur, ad imitationem impressorum amissionem, quos idem Plantinus vbicumque locorum nactus fuerit per se, vel suos, adiumento magistratus loci, vel citra, propria auctoritate sibi vendicare, inq; suam potestatem redigere potest. In cuius rei fidem præsenti edicto manu nostra subscripsimus, & sigillum nostrum apponi iussimus. Datum in ciuitate nostra Vienna Austriæ, die XXI. mensis Februarij, Anno Domini M. D. LXV. Regnorum nostrorum, Romani. III. Hungarici, II. Bohemici verò XVII.

MAXIMILIANVS.

Ad mandatum sacræ Cæs. M. proprium.

Haller.

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google